










IOANNIS GALLEGO
DE
LA SERNA
MALACHENSIS,
CATHOLICORVM PHILIPPI III.
& IV. Hispaniarum Regum Archiatri,

NEC NON
CHRISTIANISSIMÆ GALLORVM
REGINÆ Primarij quondam Medici,

Tractatus duo posteriores.

PRIOR,
ETHICA PVERORVM inscriptus.

POSTERIOR,
OPTIMI REGIS EDVCANDI RATIO.



LVGDVNI,
Sumptibus Iacobi & Petri Prost fr.

M. DC. XXXIV.

IOANNIS GALLEGO

LA SERENA

MALAGAENSIS

CATHOLICORVM PHILIPPI III

et IV Hispaniarum Regum Archidiaconi

et Canonici

CHRISTIANISSIMO GALLEGORVM

Reverendi Principis quondam Medici

Tractatus duo posteriores

PRIMO

ETHICA PRIMO V. M. incipit

PRIMO PRIMO

OPTIMI REGIS EDUCANDI RATIO



EDVANI

Sumptibus Jacobi & Petri Proff. f.

M. DE. X. X. X.

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM duorum posteriorum Tractatum.

Liber de Ethica puerorum iuxta Platonis, & Arist.
doctrinam: in quo scilicet virtutum moralium
in incultis puerorum animis seminatio,
& vitiorum inhibitio docentur.

P R O O E M I V M,

In quo redditur, causa ob quam vtilius sit inhibe-
re animæ peccata, quam prohibere corporis vi-
tia, & ob quam nos Medici cum simus, de pue-
rorum educatione agamus. pag. 1

- Cap. 1. **R**ationibus, & autoritate medicorum, ac
philosophorum probatur, tantam esse af-
finitatem inter principia eius partis me-
dicæ artis, quæ dicitur physiologica, & philosophiæ mo-
ralis, ut nullus philosophus moralis possit suum adim-
plere munus sine cognitione artis medicæ. pag. 2
- Cap. 2. De opere, & distinctione duarum facultatum co-
gnoscitivarum, quæ inveniuntur in homine, & de or-
dine, quem servat unaquæque facultas appetitiua
cum sua cognoscitiua, & de eo, quem servant due fa-
cultates appetitiua inter se, & de repugnantia inter
carnem, & spiritum. pag. 7
- Cap. 3. De remota, & proxima causa efficienti perturba-
tionum, & quid habeant naturæ, & quid præter na-
turæ legem, & quod peccatum committat voluntas, &
intellectus in ipsis perturbationibus. pag. 10
- Cap. 4. Quid sit animi affectus, & quo modo ab ipsis non
aliter inebrietur anima, atque à generoso vino, expli-
caturque multis exemplis, & quadam figura adducta
à Platone, quo modo affectus rationis imperium u-
surpent. pag. 13
- Cap. 5. Quod nec virtus moralis, nec vitium sit à natura
congenitum, & de partibus, siue facultatibus ex qua-
rum compositionis modo resultat eiusdem animi sani-
tas, & pulchritudo, & quid unusquisque affectuum
sit, & multa dicuntur de temperantia late sumpta. p. 16
- Cap. 6. De natura, & differentiis animi morborum, tum
etiā, & de eiusdem animi deformitate, ubi quoque multa
dicuntur de intemperantia, & de incontinentia. p. 20
- Cap. 7. De necessitate, & de utilitate bonæ puerorum e-
ducationis, ac de male incommodis, & de causis diffi-
cultatum, ob quas in primo septenario bonam educa-
tionem admittant pueri, & ad malam facile feran-
tur, & bona debeat ab utero exordiri, licet in toto pri-
mo septenario nullum vitium, nec virtutem moralem
consequi possint, & quod omni bestia sint intractabi-
liores pueri. pag. 22
- Cap. 8. Quod deterius sit sinere pueros sine pedagogis,
quàm sinere oves sine pastore, servos sine domino, &
uxores sine marito, & quod oporteat pueros perficere
circa corpus, circa potentias irracionales, & racionales,
& quod discrimen versetur inter paedotribam, peda-

- gogum, & præceptorem, & quod virtus sit perfectior ipsa
natura, nobilitate, opibus, & quacunque arte, & quod
antiqui philosophi cognouerint Angelum custodem. p. 28
- Cap. 9. Declaratur ex Possidonio quis sit pedagogi circa
pueros ultimus finis, & qualis debeat esse pedagogus,
quantumque conferat bonum parentum exemplum &
quantum noceat malum educandis filiis. pag. 31
- Cap. 10. Quantum referat ad puerorum institutionem, ut
eorum parentes, & pedagogi individuales cognoscant
ipsorum inclinationes, & aptitudines, & quæ institu-
tio optimis, & quæ depravatis animis debeat, & de
falsitate præcociorum ingeniorum. pag. 34
- Cap. 11. De modis, quibus tractandi sint à pedagogis,
atque magistris pueri, ut asperum virtutum, & scien-
tiarum iter agrediantur: an scilicet vapulationibus,
& minis, an mollitie, & iocunditate, an media qua-
dam via sint regendi. pag. 39
- Cap. 12. Quid sit virtus in communi, quid sit virtus
moralis, & quid sit vitium morale, & utrum virtus mo-
ralis sit habitus simplex, vel participet extrema. p. 42
- Cap. 13. De parte theórica philosophiæ moralis, quod de-
beant scilicet pueri ante omnia, addiscere diuina præ-
cepta, & quod hæc consuetudo ab omnibus fere natio-
nibus semper fuerit observata. pag. 45
- Cap. 14. Quod propria natura, & essentia virtutis, non
contemplationis sed exercitationis gratia desideretur,
probaturque ex Arist. & Platonis doctrina necessa-
rium esse pueros statim ab infantia in bonis actibus
exercitare. pag. 48
- Cap. 15. Quid sit temperantia, & quomodo distingua-
tur à continentia, & quod temperantia sit fundamentum
reliquarum virtutum moralium, & quod difficilius
omnium acquiratur, variisque exemplis docetur, quo-
modo pueri sint ad ipsam ducendi. p. 50
- Cap. 16. De numero virtutum, & vitiorum irascibilis
appetitus, & potissimè, quia ita detestibilis affectus est
ut ab insania non differat, quod probatur. pag. 53
- Cap. 17. Quomodo pueri ad mansuetudinem ducantur,
& actus irascendi fugiant. p. 56
- Cap. 18. De variis generibus eorum, quæ dicuntur terri-
bilia, & circa quæ ipsorum vera fortitudo versetur,
& circa quæ puerile sit timere, aut audere, & circa
quæ delirium sit illud facere: quid sit audax, quid ti-
midus, quid pugnax, & quid fortis. p. 58
- Cap. 19. Iterum variæ fortitudinis descriptiones, &
eius proprietates explicantur, & quàm utilis sit præ-
meditatio futurorum malorum, ut eorum impetus fran-
gantur, antequam veniant, etiamsi non sit fortitudo
ipsos hoc modo tolerare. p. 60
- Cap. 20. De excellentia, & viribus magnanimitatis, &
de parvi languidi que animi erroribus, & de huius
fugiendi, & illius consequendi arte. p. 63
- Cap. 21. De habitu iustitiali, qui non distinguitur à re-
liquis

Index librorum, & Capitum.

- liquis virtutibus cardinalibus, & de eo, qui est una quatuor virtutum, & de eius assequendi modo. pag. 67
- Cap. 22. Quid sit prudentia, & quod eius officium, non solum sit dirigere reliquas virtutes morales ad consequutionem suorum finium, sed etiam in eorundem finium electione, inbeat, atque precipiat, & quod etiam si sit habitus intellectus practici; dicatur quoque ab Arist. habitus cogitativus, quid sit consultatio, quae consultanda, & quis consultans. pag. 71
- Cap. 23. De variis prudentiae generibus, de eorundemque utilitatibus, de sagacitate, & de versutia, ac de modo, quo pueri effici debeant prudentes. p. 73
- Cap. 24. Quo modo exercendi sint pueri in administratione pecuniarum, ut liberalitatem, & magnificentiam consequantur, & fugiant contraria vitia, auaritiam scilicet, & prodigalitatem. pag. 76
- Cap. 25. De tribus virtutibus, affabilitate scilicet, Urbanitate, & veritate quae in verborum, & quorundam actuum usu inveniuntur, & de sex contrariis vitiis, contentiones scilicet, adulatione, scurrilitate, rusticitate, mendacio, & arrogantia. pag. 79
- Liber de optimi Regis institutione, secundum Platonis & Aristot. decreta.
- P R O O E M I V M,
- In quo explicantur integrales partes philosophiae moralis, quid sit ciuitas, & ex quibus potissime partibus constet, & ratio unionis earundem, auctorisque institutum. pag. 82
- Cap. 1. **D**E natura, fine, & excellentiis facultatis Imperatoriae. pag. 85
- Cap. 2. Quod sit necessaria acquisitio cognitionis artis, siue scientiae imperatoriae ad optimi Regis institutionem, & de optima primigenitorum Persarum Regum educandi, atque instituendi ratione à Platone adducta. p. 87
- Cap. 3. De modo, quo Persarum Reges primogenitos alebant usque ad decimum quartum annum, & de utilitate, ac necessitate venationis, & equitationis ad dignitatem regiam comparandam, & quod mollis eorum educatio soleat corrumpere monarchiam, ut contigit filiis regis Cyri. p. 85
- Cap. 4. Quod non solum optima, sed simpliciter necessaria sit ad educationem, & constitutionem optimorum Regum consuetudo Regum Persarum in electione prudentum pedagogorum, ut colligitur ex tanta bonitate, qua indigent imperatores. p. 92
- Cap. 5. Quod non solum fides catholica doceat venire à Deo Regum dominium, & dationem bonarum legum, sed quod gentiles philosophi idem verum esse cognouerint, & quod observantia legis Christi sit primum, & potissimum fundamentum bene regnandi. p. 95
- Cap. 6. Quod maxime oporteat Regem statim à pueritia, negotia regia tractare, & virum Rex omnium sapientissimus esse debeat. pag. 98
- Cap. 7. Quod ad institutionem optimi regis necessaria sit philosophia moralis, & quod eius pars, quae dicitur Ethica, sit veluti radix, & fundamentum, ex quo oritur bona subditorum gubernatio. pag. 100
- Cap. 8. Proponitur unica earum causarum, ob quas optimus futurus Rex debeat, antequam accedat ad civilem gubernationem, addiscere, & exercere economicam philosophiae partem, & agitur de vigilantia, quae debet habere paterfamilias, & bonorum, & malorum aulicorum proprietate, & electione. pag. 103
- Cap. 9. Quod optimus futurus Rex scire debeat, propter alias causas artem economicam, quia scilicet aperit ianuam ad regiam gubernationem, & quia maximam cum ipsa habet affinitatem, & consequenter agitur de bonorum ministrorum necessitate. p. 106
- Cap. 10. Quod optimus Rex debeat obtinere ad sui, & ad politicam gubernationem quatuor virtutes Cardinales, siue imperiales. pag. 109
- Cap. 11. Probatur multis rationibus, natura more, Salomonis, & grauiusimorum auctorum testimoniis, necessarium esse optimo Regi ad conseruationem, & augmentum monarchiae cum mansuetudine gubernare. pag. 112
- Cap. 12. Quod mollis, aut dura Regum gubernandi ratio sit Reipublicae exitialis morbus, & quod antiquarum legum innouatione corrumpantur Respublicae, potissime si sit circa monetam. pag. 116
- Cap. 13. An regibus conueniat Rethoricam addiscere, & quo modo ipsa uti debeant, & de necessitate, quam habent addiscendi artem breuiter consultiandi, & de noxia tarditatis consultationum, & explicatur epistola dedicatoria Arist. libri de Rhetorica ad Alexandrum. pag. 119
- Cap. 14. Quod optimus Rex non debeat esse omnino ignarus eorum, quae constituunt mundum, nec ordinis, quem inter se seruant, & de utilitatibus, quas comparat Rex ex historiarum lectione. p. 122
- Cap. 15. Virum optimo conueniat Regi musicam addiscere, & quo modo ipsa uti debeant Imperatores. p. 124
- Cap. 16. Quod utilissimum sit optimo cuiunque Regi munus secundi pedagogi Regum Persarum, quod erat puerum facere vera dicentem in omnibus, & per omnem vitam. p. 127
- Cap. 17. Quod utile, ac necessarium sit optimo cuiunque Regi officium tertij pedagogi Regum Persarum, quod erat puerum docere, ut à nulla cupiditate superaretur, ut liber viuere consuesceret, & quod cognosceret se Regem imperantem esse: sic quoque probatur utilitas quarti pedagogi. pag. 129
- Cap. 18. De tyrannica gubernandi ratione, & de eius inconstantia, ac infelice fine, & cur nihil profecerit Plato in reuocando secundo Dionysio à sua tyrannide. pag. 132

TRACTA



TRACTVS IV. LIBER VNICVS

DE ETHICA PVERORVM IVXTA PLATONIS ET ARISTOTELIS

doctrinam; in quo scilicet, virtutum moralium in
incultis puerorum animis feminatio, &
vitiolorum inhibitiō docentur.

PROOEMIUM,

*In quo ratio redditur, ob quam utilius sit inhibere animæ peccata quam
prohibere corporis vitia, & ob quam nos medici, cum
sumus, de puerorum educatione agamus.*



Um à principio hu-
ius operis de pue-
rorum educatione,
non modò institui-
mus docere artem,
qua puerorum cor-
poralis salus conser-
uari possit, & ab eiusdem imminētibus
hostibus tueri: sed etiam modum afferre
quo anima sana, vt dicunt, in corpore sa-
no possit omnes suas actiones, ita foelici-
ter, ac perfectè exercere, vt ad eiusdem
animæ beatitudinem, & corporis vti-
litatem cunctæ conspirent: necessarium
iam est, vt de educatione puerorum,
secundum morum perfectam institutio-
nem aliquid dicamus. Hęc enim dispu-
tatio tanto vtilior est præcedenti, quan-
to animæ salus excellentior est corporis
sanitate: imo illa, propter hanc institui
debet. Nam quamuis ad reipublicæ vti-
litatem multum conducat, valentia infan-
tium corpora efformare, vt dicebamus,
vanum tamen illud esset, nisi talia corpo-
ra ingenuis moribus deseruirent. Certior
est enim reipublicæ ruina ob scelestos,

malignosque animi mores, quàm propter
corporum imbecillitates. Hoc igitur vti-
lissimum, omninoque necessarium om-
nibus infantibus, vt dicemus, munus
debet suscipi, incultis adhuc existi-
entibus puerorum animis: nam multo vti-
lius, atque facilius est inhibere vitio-
rum animæ generationem, & virtutes
feminare in incultis, tenerrimisque ip-
sorum animis, quàm in eisdem, statim
à principio, permittere vitiolorum radi-
cationem, & augmentum, & postea
eadem vitia extirpare, & virtutes pro-
ducere velle, quoniam sic duplex inue-
nietur labor: extirpatio scilicet genito-
rum vitiolorum, ad quæ suapte natura
facile labuntur pueri, & virtutum pro-
ductio, ad quas durius, quàm ad vi-
tia feruntur. Vnde conuenientissimum
hoc esse censuerunt Plato, Aristoteles
& omnes antiqui philosophi, pueros
scilicet omnes, ita, statim ab incunabu-
lis, gubernandos esse, vt ipsorum ani-
mi ingentes affectus, vi, & arte (vt
brutorum affectus,) cohibeantur. Nam,
vt dicemus, in ea ætate non est po-
tens

*animæ mori-
bus quàm ex
corporum im-
becillitate.*

*Anima sa-
lus excellen-
tior sanitate
corporis.*

*Reipublicæ
ruina certior
est ex scelestis*

A tens

2 Tr.IV.de Ethica puerorum.

tens ratio, propter sui imperitiam, & debilitatem, dictos affectus refrenare. Quare magistrorum minis, & arte idem facere oportet.

*Quid recta
scribendi me-
thodus requi-
rat.*

Caterum, cum recta scribendi metho-
dus nullo modo permittat, in tradendis,
docendisque artibus, ac scientiis, aliquos
miscere terminos, necdum principia, ac
rationes, vnius scientiæ, cum terminis, aut
rationibus alterius; maximè improprium
esse videtur, vt nos, medici cum simus,
dum de stabilienda, firmandaque corpo-
rali salute agimus, velimus etiã de vitio-
rum inhibitione, & de virtutum moraliũ
generationis modo differere. Est etenim
hoc mittere falcem in messem alienam,
vt dicunt: nam hunc solum habet finem
pars Philosophiæ moralis quæ dicitur
Ethica, vt dicemus. Quapropter, vt ab hoc
crimine liberi euadere possimus, probare
decreuimus, tantam esse affinitatem prin-
cipiorum eius partis medicæ artis, quæ di-
citur physiologica, cum principiis philo-
sophiæ moralis, vt mediocri labore medi-
cus possit in philosophum moralem eua-
dere, vt fecit Gal. & alij quamplurimi. Imo
tantam habere dependentiam vitiorum
extirpationem, & moralium virtutũ pro-
ductionem à medicinali arte probabi-
mus, vt nisi philosophia moralis sit cum
arte medica coniuncta, opera illa minimè
assequi valeat. Tum præterea probare
tentabimus ad medicum pertinere scien-
tiam de perturbationibus, siue de animi
pathematis multas ob causas, vt in sequen-
tibus videbimus. Interim tamen animad-
uertere volumus eos Philosophos, in quo-
rum manus liber iste inciderit, quod ea,
quæ hic de virtutibus, ac vitiis dicta inue-
nerint, non ea exquisitissima ratione à no-
bis esse disputata cogitent, qua examinan-
tur à doctissimis theologis. Nos enim solũ
intendimus, ista omnia ita limpida à diffi-
cultatibus proponere, vt sine variatũ, di-
licatarũque ad virtutum acquisitionẽ, &
vitiorum inhibitionem inutilium quæstio-
nũ impedimento, faciliẽ à pueris percipi
possint. Veritates namque earum rerum,
quæ ad bene viuendum incultis puero-
rum animis proponuntur, non debent
ita plenæ difficultatibus proponi pueris,
vt ipforum animi ab eis sursum, atque
deorsum semper trahantur: sed potius ita
debent esse certæ, atque stabiles, vt veluti
fortes anchoræ, in mundi procellis fixos
semper contineant mobiles puerorum
animos.

*Ethica &
medica artis
affinitas.*

CAPVT I.

*Rationibus, & autoritate medi-
corum, ac philosophorum pro-
batur, tantam esse affinitatem
inter principia eius partis me-
dicæ artis, quæ dicitur physiolo-
gica, & philosophiæ moralis, vt
nullus philosophus moralis pos-
sit suum adimplere munus sine
cognitione artis medicæ.*

Facile igitur probare possumus alie-
num esse à medico corporali disputa-
re de eradicatione vitiorum, & de mora-
lium virtutum noua productione.

Nam cũ obiecta realiter sint distincta,
vt constat: necessarium est, vt distinctas
realiter habeant proprietates, quæ de sin-
gulo seorsum demonstrari possint, distin-
ctasque habeant causas, & principia per
quæ demonstrantur. Vnde ars, quæ agit
de sanitate corporis, distinctus habitus
erit intellectus practici, ab eo, qui agit
de sanitate animi. Nam, quemadmo-
dum materia, cui aduenit finis medici,
est corpus humanum, vt ei aduenire
potest sanitas, aut morbus: sic anima
rationalis, quatenus est capax virtutis,
aut vitiij moralis, est obiectum philoso-
phiæ moralis. Virtus enim, animæ salus,
& vitium eiusdem morbus dicitur à Pla-
tone. Nam, vt dicemus, salus animi in ve-
ris intellectus iudiciis, bonisque moribus,
& morbus in falsis opinionibus, malisque
moribus consistit. Vnde quamuis Græci
has duas scientias ab vno Apolline origi-
nem duxisse existimarunt: dicebant tamẽ
ad illarum constitutionem duos distinctos
genuisse filios: Æsculapiũ scilicet, & Pla-
tonem. Quod quidem verum esse dixit
Mar. in arg. lib. de sophista, dum inquit: extat
apud Græcos verissimum de Platone dictum:
Phæbũ videlicet duos præcipuè genuisse filios,
Æsculapium, & Platonem: Æsculapium qui-
dem, qui corporibus, Platonem verò, qui
animis mederetur. Sic quoque omnes Socra-
tici dicebant, Socratem à Deo dimissum fuisse
purgandorum animorum gratia. Nam,
vt superius dicebamus, idem Socrates
fatebatur, se obstetricis munus circa
animas

*Obiecta rea-
liter distin-
cta distinctas
realiter ha-
bent proprie-
tates.*

*Virtus est ani-
ma salus, vi-
tium autem
morbus.*

*Græcorum
opinio de ori-
gine harum
scientiarum,
moralis scilicet
& medi-
cæ.*

*Socrates cur
à Deo dimis-
sus iuxta So-
craticos.*

animas agere. Quod quidem munus tanto prestantius, vtiliusque affirmat, ea, quod de extirpandis corporis morbis agit, quanto anima ipsa prestantior est corpore. Vnde in sophista, & alibi artificiosissime Plato monet, ne temere cuiuslibet doctrina nos committamus, & quod curam animi, magis quam corporis habeamus, caueamusque diligenter, ne disciplinis noxiis, malisque moribus ipsum imbuamus. Quae quidem omnia euidenter probant, hanc disputationem prorsus esse alienam ab arte medica, & a medico ipso, vt talis: quemadmodum alienum omnino est a morali Philosopho prescribere sanguinis missionem, &c.

Anima & corpus sibi inuicem suas affectiones aliquo modo communicant.

Ceterum cum anima & corpus vnum substantiale compositum efficiant, necessarium, ac naturalissimum est, vt inter animam, & corpus sit mutua quarundam passionum communicatio. Nam quamuis anima, vt immortalis, incapax sit corporalis cuiuscunque affectionis, vt forma tamen substantialis corporis, necessarium est, saltem, quo ad vsum, immutari, aliterque se habere circa suas operationes a diuersis corporalibus affectionibus. Vnde certum est, quod anima corpori, & corpus animae quodammodo suas affectiones communicat. Cuius quidem communicationis potissima causa est necessitas, quam habet anima vnita materialium quarundam actionum ad conseruationem suae vnionis. Nam, cum necessarium sit, vt ad harum actionum productionem dimanent ab anima diuersae facultates in diuersis organis: quae quidem non possint in omnibus hominibus, & aetatibus eodem modo esse dispositae: necessarium quoque est, vt pro diuersa dispositione organorum, diuersa operetur anima. Vnde fit, vt anima participet corporeis dispositionibus. Et hinc quoque fit, quod bona organorum dispositio in animae laudem, & mala in vituperium redundet. Nam si bona sit, laudabiles, si mala, vitiosas edit actiones. Verbi gratia, si cor nimis calidum sit, amplosque habeat ventriculos, superbire, & excandescere facit animam: si verò frigidum, timere, & sic de ceteris. Vnde manifestum est, quod propter istam obiectorum medicinam, & Philosophiae moralis communicationem sit etiam necessaria certa quaedam commixtio inter istas duas artes, ita, vt nullo modo possit esse medicus perfectus, qui non habeat veram scientiam de animi

Anima su perbia & inuiditas unde oriuntur.

Medicina & morali philosophia commixtio est necessaria.

perturbationibus vt in Hipp. & Galeno apparet, nec possit esse perfectus philosophus moralis, qui non cognouerit originem, & causam earundem perturbationum: vt apparet in Arist. & Platone. Nam si ignorauesit diuersas, verbi gratia, perturbationes oriri a corde calido, & sicco, ab ois, quae nascuntur, a frigido, & humido, minime sciat easdem emendare, vt boni habitus morales, & non mali fiant. Nam cum boni, aut mali habitus morales fiant ex appetitus sensitiui bonis, aut malis actibus, qui tanquam a principio, dependant, ab irascibili, aut concupiscibili, virtute, quae mutatur ad mutationem, temperamenti hepatis, & cordis: necessarium quoque est, vt habitus mutantur, aut boni, aut mali conseruentur, propter dispositionem qualitatiuam, aut quantitatiuam dictorum organorum. Oritur enim, ex ea necessarioque resultat, tanquam ab intrinseca causa naturalis quaedam inclinatio in hominibus ad hos, potius quam illos consequendos actus, habitus, & mores. Vnde Galen. 4. de placitis, cap. ultim. inquit: omnia denique moralis Philosophiae documenta hinc, id est, ex anima facultatum cognitione, tanquam ex funiculo vno dependere affirmat Posidonius ex Platone. Et recte quoque aduertit, mores, qui has naturales inclinationes sequuntur, facile conseruari, & augeri: difficillime verò reflecti.

Habitus morales vel boni vel mali unde fiant.

inimicus est animae, quia inuadit eam, & corrumpit, & destruit.

Cum igitur vera cognitio, emendatio, aut conseruatio temperamentorum, conformationum, & appetitiuarum facultatum propria sit artis medicae, necessarium est, quod ad solum medicum spectet, naturales morum causas cognoscere, conseruare, aut immutare, & quod philosophus moralis, nisi sit medicus, siue naturalis Philosophus, nulla ratione id assequi possit: quamuis ipse praecpta tradat, quomodo boni aquirantur habitus, & mali depellantur. Ex dictis quoque sequitur, verum esse id, quod docuit Galenus lib. quo animi mores, & in fragmento de substantia facultatum naturalium: Nempe posse moralem Philosophum de moralibus virtutibus, & vitiis, & medicum de sanitate, & morbo disputare, absque perfecta cognitione essentiae animae: an scilicet mortalis: vel immortalis sit. Nam quamuis anima sit principale, potissimumque principium, quae, suarum actionum: cum tamen sit remotum, variarique possit ordo suarum actionum,

Concluditur praedicta affirmatio harum scientiarum.

Anima cognitio quomodo cadat in philosophum moralem & medicum.

4 Tr. IV. de Ethica puerorum.

propter variationem dispositionum principij, quod efficit, totius scilicet compositi, aut propter mutationem potissimi instrumenti, caloris scilicet natiui: minimeque mutantur, propter animi mutationem, cum ipsa ab extrinsecis causis sit immutabilis: hinc est, quod citra ipsius animi naturæ integram cognitionem possit medicus corpus, & moralis philosophus animam sanare: solum enim ista omnia desiderant debitam corporum dispositionem.

Mores animi
temperamen-
tum corporis
sequi proba-
tur ex Gale-
no.

Facile quoque cum Galeno probare possumus, mores animi corporis temperaturam sequi. In primis enim id manifestum facit, quod experiamur in diuersis pueris eiusdem ætatis, & eiusdem patris, ac matris parum in ætate differentibus, tantum differre mores, quantum eorundem temperamenta differunt. Idem quoque probatur in vno, eodemque homine, in quo pro diuersa temperamenti mutatione, ratione diuersarum ætatum proueniente, diuersi, omninoque contrarij apparent mores. Nam dum puer est, non aliter in ipso circa cibos, & potus viget appetitus, ac in brutis, & appetitus rei venereæ omnino manet sopitus: cum verò adoleſcit, hic maximè viget, & ille incipit regulari: dum autem agit iuuentutem, irascendi potentiæ appetitus dominatur, & cum peruenit ad consistentem, dominari solet ratio potentiis omnibus appetitiuis: in senectute verò simpliciter dicta, propter imminutionem appetitionum sensitiuæ potentiæ relinquere, vt plurimum, solet res leues, at iocosis, & seriis maximè delectatur homo. At cum ad extremam peruenit senectutem, ad pueritiæ inconstantiam redit, non propter multitudinem appetitionum, ac propter robur affectuum, vt in pueritiâ: sed propter nimiam ineptitudinem instrumenti remoti intellectiue potentiæ. Propter refrigerationem enim cerebri adeo imminutas efficit ætas decrepita rectricum potentiarum actiones, vt deliria videantur. Quæ quidem mutationes nullam aliam intrinsecam obtinent causam, præter continuatam natiui temperamenti ad siccius, atque frigidius mutationem: præsertim temperamenti partium principum, vt diximus.

Eandem probat
Aristoteles
ex morum
diuersitate
brutorum.

Eandem conclusionem probat Arist. 2. de par. animal. cap. 4. ex morum diuersitate brutorum animalium: quæ quidem ob diuersitatem sanguinis, ex quo gene-

rantur, atque nutriuntur, diuersas habere dixit inclinationes, diuersosque mores. Nam, vt inquit, ea animalia, quæ habent sanguinem magis calidum, tenuem, sincerum, & à fibris limpidum, sapientiora sunt, & timidiora ius, quæ crassum, atque fibrosum sanguinem obtinent, &c. Illa enim facilius, & exquisitius sensibilia omnia percipere dixit, propter cordisque maiorem frigiditatem ad meruendam opportunitate esse. Vnde fit, vt aliqua exanguia, vt formicæ, & apes, aliquibus sanguineis prudentiora sint, & quod omnia exanguia, ita timidiora sint omnibus sanguineis, vt præ nimio timore detineantur in motu, & excrementa excernant, & aliqua illorum cutis colorem mutant. Animalia verò ea, quæ sanguinem crassum, fibrosum, ac calidum habent, vt apri, & tauri, animosa, & iracunda, furibundaque esse asseruit. Nam ea, quæ terrenam habent substantiam, calefacta vehementius, quam humida, caleſcunt. Iræ autem dixit esse caloricam passionem. Ac tandem concludit dicens: Profecto naturam sanguinis causam esse, cur permulta animalibus eueniant, tum per mores, tum etiam per sensum: ratio est. Materia enim totius corporis est. Quippe cum alimentum materia sit, sanguis autem vltimum alimentum habeatur. Facit igitur, vt plurimum differentie existat, si calidus, aut frigidus sit, si tenuis, aut crassus, si turbulentus, aut nitidus, &c. Ex quibus omnibus manifestè colligitur Aristotelem non inuenisse naturalem originem diuersorum morum, vt merus Philosophus moralis, sed vt naturalis. Nam quem admodum probat diuersitatem morum in brutis prouenire ob diuersitatem sanguinis diuersa constituentis temperamenta: sic etiam variis hominibus contingere probatur. Non enim natura temperamentorum cuiuscunque speciei consistit in indiuisibili, sed maximam eorum in quacunque speciei reperitur latitudo. Vnde non mirum est, si inter indiuidua eiusdem speciei, non modo diuersi, sed omnino contrarij inueniantur mores: præsertim in humana, quæ propter maximam perfectionem magis amplam habet latitudinem.

Exanguis
nonnulla pra-
dentiora san-
guineis, sed
his omnibus
timidiora.

Iræ caloricæ
passio.

Aristoteles
brutorum mo-
ris non vt
philosophus
mores mora-
lis, sed vt na-
turalis cogno-
uit.

Idem quoque confirmat Aristot. in par-
uis naturalibus, & in lib. 1. de hist. an. nam
ibi cognoscere docuit diuersos hominum
mores

Physiognomica nota.

mores per notas quasdam physiognomonicas, id est per notas significantes naturam temperamentorum eius in quo sunt. Aliquæ enim illarum mediante partis organica conformatione, aliæ verò immediatè temperamentum ostendunt. Huiusmodi enim regula cognoscendi mores desumit totam suam vim à quodam naturali principio: quod scilicet natura tale tribuit cuicunque animalium speciei, & eiusdem speciei singulo indiuiduo, totius corporis, & præsertim capitis, faciei, & cordis conformationem, ac temperamentum, quales actiones, & mores habiturum est quodlibet animal, vt superius de simiæ rēdcula conformatione dicebamus. Nam cum simia sit animal deputatum à natura ad iocum, ridiculam illi tribuit partium conformationem. Verissima igitur signa sunt ea, quæ Galenus, in libris de tempera-

Simia deputatum animal ad iocū.

Signa conformationis ex Aristotele.

mentis, & in arte medicinali adduxit. Signa verò, quæ ex conformatione desumpsit Arist. quamuis non sint adeo vera, vt ea, quæ attulit Galenus: non tamen sunt contemnenda, neque ipse Galenus illa despicit: potissime verò sunt in facie. Representantur enim in ipsa mores, & omnes animi passionēs, tanquam in quodam speculo. Vnde ex fronte magna, segnitiam, & ex parua animi inconstantiam, ac mobilitatem plerunque significari dixit. Ex lata autem, facilitatem, & mentis alienationem, & ex rotunda propensionem ad iram colligit. Sic etiam ex recta

Præsertim in facie.

Frontis signa.

superciliorum protractione lenes mores, & ex earundem incuruatione iuxta nasum, austeros, & acerbos, & si secundum tempora declinent, dirisorem, simulatoremque hominem significare dixit. Si verò in totum dimissa, atque subtracta sint supercilia, inuidiam denotare asseruit. Deinde ex oculorum angulis, motionis modo, situ, figura, colore, & magnitudine desumit varia morum indicia, propter superius dictum fundamentum, & quia proprium est philosophi naturalis rerum proprietates à posteriori, siue ab effectu colligere.

Superciliorū.

Oculorū anguli quid significant.

Inclinationū naturalium ad hos, vel illos mores, causa intrinseca unde sumatur, iuxta Gal.

Alio etiam firmissimo argumento probat Galenus intrinsecam causam naturalium inclinationum ad hos, aut illos mores, esse partium principum temperamentum, & conformationem: nempe, quia omnes causæ externæ, quæ valent physicis motionibus mutare temperamentum, videmus etiam natiuos mutare mores. Cæterum, etiam si temperamentum mu-

teretur ab omnibus non naturalibus rebus: potissimè tamen morum immutatio fit, à diuturno vsu cibi, & potus, & ambientis aëris. Vnde Galen. agens aduersus quosdam, qui id fieri posse negabant, inquit lib. quod animi mores cap. 9. Illi ergo, qui aliquos temperatiores, reliquos effrenatiores, aliquos immodestiores, aliquos modestiores, nonnullos audaces, quosdam timidos, mansuetos, comes, seditiosos, ac rixosos cibis reddi posse ferri nequeunt, nunc saltem resipiscentes ad me veniant, & quæ ipsis comedis, quæque potare conueniat à nobis accipiant. Ad moralem enim philosophiam maximos progressus facient. Item, & per intellectricis animæ vires ad capeendam virtutem longe proficient, perspicaciores, memoria tenaciores, discendi avidiores, prudentioresque redditi. Ultra cibos enim, & potiones, & aëris temperaturas, nec non & regiones, quales deligere, quales vitare conueniat, eos commonefaciam. Quibus verbis Galen. nostrum probat intentum, mores scilicet immutari à cibo, potu, & ab aëre ambiente, mediante temperamenti mutatione. Quod quidem perfectè scire, dixit Galenus, aditum aperire ad magnos faciendos progressus ad moralem philosophiam: scilicet docendum, bonos acquirere, & malos voluntatis, & intellectus habitus repellere.

Hanc doctrinam prius omnium philosophorum ac medicorū inuenisse Hippocratem docuit Galen. ipsumque se citare, non tanquam testem, vt faciunt ij, qui sua decreta testium multitudine confirmare solent, sed propter eiusdem rationum maximum robur, & veritatem. Hippocrates igitur latissimè, vt constat, in lib. de aëre, aquis, & locis, & alibi probat omnes mores appetitiuæ, & iracundæ virtutis, sic etiam & intellectiue potentiæ recta iudicia, aut errores, tanquam ab internis causis, oriri à temperamento cerebri, cordis, & hepatis: temperamenta verò variari à cibo, potu, & aëre ambiente. Vnde mores variantur quoque, tanquam à remota causa à cibo, potu, & aëre, vt testatur Hippocrates, tum etiam & à mutatione ætatum. Nam in iis ciuitatibus, quæ ad septentrionem spectant hominum mores agrestes esse dixit: in iis verò, quæ sunt ad orientem, paratiores esse ad irascendum, & intelligendum asseruit, & sic de cæteris. Et in vniuersum, vt ex ipso Hippocrate colligitur, & experientia demonstrat, in omnibus regionibus, ciuitatibus, domibus, & in particularibus cubiculis,

Hippocrati quæcumque deferat Galen.

Intellectus errores unde oriuntur.

Morum varietas unde nascatur.

6 Tr. IV. de ethica puerorum.

Aër nubilosus humidus & crassus quid significet.

Septentrionales ventres colat.

Abdera quæ ciuitas.

Aër siccus & tenuis homines acuto ingenio signat.

Vandalia abundat ingenio præstantissimis.

in quibus ambiens aër nubilosus, humidus, & quocunque modo crassus fuerit, homines aluntur hebetes ingenio, propter crassitiem spirituum animalium, & cerebri humiditatem. Vnde fit, vt ferè omnes homines, qui colunt septentrionales regiones ventrem colant, vt Deum, propter ingenij crassitiem, & appetentis virtutis robur. Nam intelligendi potentiam obruunt affectuum multitudine. Propter quam quidem rationem dicebat Galenus, lib. 6. epist. parte 8. commentario 6. omnes Thebanos, Beociosque crasso ingenio præditos esse. Vnde dictum fuit *lib. Beotica*. Et *lib. quod animi mores*, dixit, apud Scythas vnum tantum post hominum memoriam philosophum extitisse, & apud Abderitas multos fatuos nasci. Abdera enim, de qua agit, erat quædam vrbs Thraciæ, quam regionem, nec cælo, nec solo tractabilem, admodumque asperam, & frigidam esse scripsit Pomponius: propter quam causam dixit ibi homines ferros esse, & aspero cultu. In iis autem regionibus, aut ciuitatibus, in quibus, propter situm, & loci temperiem, aër, est siccus, & tenuis acuto ingenio, potenteque aduersus appetitiones iudicio præditi aluntur homines. Vnde Athenis acuto ingenio homines, & paucos fatuos nasci affirmat Galen. Quod verius testificari possumus de nostra maiori Hispaniæ parte: præsertim de ea, quæ dicitur Vandalia; in ea enim excellentissima, & hodie nascuntur, & olim nata fuerunt ingenia, vt Cordubensis Seneca, Auerroes, Lucanus, & alij quamplurimi, quæ quidem omnia confirmat Hipp. in calce *lib. de aëre, aquis, & locis*, dicens: *temporum itaque varietates potissime sunt, quæ naturam ipsam permutant: deinde etiam regio, in qua quis nutritur: postremum autem aquæ. Inuenias enim ferè semper, & formas hominum, & mores regionis nature compares. Nam ubi terra pinguis est & mollis, & aquosa, aquæ autem valde sublimes, ita vt æstate calida sint, & hyeme frigida, & temporum ratio aliàs probe conueniat, ibi, & homines carnosæ, & articulis infirmi, humidi, laboris intolerantes, & vt plurimum maligni nascuntur, signitæque & somnolentia eis inest multa, suntque ad artes tractandas crassi, non acres, aut subtile. Vbi autem regio est nuda, natura munita, & aspera, quæque à frigore hyberno prematur, & à sole æstiuo exuratur, ibi duros, & robustos, & articulis prope disiunctis, vegetosque, & hirsutos reperias homines, & in quibus à natura laboris tole-*

rantia, & vigilantia insit: quique mores habeant pertinaces, ad iram proclives, & contumaces, magisque feritate participant, quam mansuetudine: insuper ad artes etiam acutiores, & plus solertes, & ad res bellicas gerendas aptiores, &c. Quibus verbis Hispaniam, & alias regiones, quæ ad Septentrionem inclinant descripsisse videtur.

Ex quibus omnibus certè constat, communes animi affectus vnus, aut alterius regionis, aut ciuitatis communem habere causam, aerem scilicet regionalem. Vnde manifestè colligitur peritum medicum, non solum vincere moralem philosophum in medela horum affectuum, sed etiam in eorundem cognitione. Nam cognita regionis, aut vrbs temperatura, eiusdemque dispositione, facile coniectari poterit communes hominum inclinationes, vt coniectantur ex signis physiognomonicis, & vt coniectantur morbi.

Vnde Plato moralis philosophus, monitus ab Hippocrate medico dixit *lib. 5. de leg.* multum conferre ad animi mores conformandos, & ad intelligentiam, prudentiamque comparandam, locorum, ac terræ habitationes. Nam aliquos homines dixit fieri difficiles, & proteruos ex ventorum varietate, ac turbine, idemque accidere affirmat, propter aquas, & cibos, quos tellus subministrat. Vnde asserit cibos, & aquas habere vim faciendi animam peiorem, vel meliorem. Quapropter in Timæo dixit habitus, qui oriuntur à cibis, ab acida pituita, aut ab amaris humoribus, non mutari, donec tales humores non exeant extra corpus: imo, si tales humores ad animæ penetralia, ad cor scilicet, hepar, & cerebrum, tendant, morbosque pariant, & malè vexent dicta tria animæ domicilia, oriri dixit varios animi angores, variasque molestias: nempe temeritates, formidines, obliuiones, & ingenij tarditatem.

Quæ omnia, quamuis sint symptomata morborum, probant tamen nostrum institutum: nempe mores mutari, propter immutationem, ac vitium temperamenti. Et quamuis satis probatum sit ad medicum pertinere disputare de animi vitiis, & virtutibus moralibus: probare quoque possumus necessariam esse medico ad suæ artis exercitium scientiam, veramque notitiam de animi perturbationibus. Nam in primis, cum animi pathemata sint vna causarum non naturalium, hoc est possint, vel labefactare, vel perfi

Scientia de animi perturbationibus necessaria est medico.

perficere salutem, oportet, vt medicus ipsa reprimere sciat, cum vehementia, vel eadem excitare, cum remissa fuerint, vel in mediocritate conseruare. Multum quoque horum cognitio conducit ad partem prognosticam. Nam si aliquis febricitans nimis loquatur, qui tempore sanitatis erat taciturnus, vel è contra, indicium est delirij. Sic quoque, si aliquis ex sua natura adeo sit circumspectus, ac verecundus, vt potius mori patiatur, quàm crepitum ventris coram astantibus mittere, & tamen illud faciat, certum erit significare delirium, aut intolerabilem, ventris, aut renum dolorem. Ad ægrotantium fraudem, & eorum, quæ patiuntur intelligentiam, necessarium quoque est eorundem ægrotantium mores cognoscere. Nam, vt inquit Galen. lib. 2. de humoribus commentario 30. quibusdam est natura comparatum, vt insidias faciant, & familiares in fraudem impellant, conenturque omnes homines coarguere, quasi nihil certi, & firmi scire queant: quidam bonis sunt moribus, & apertè faciunt omnia: in his nulla causa est, cur quicquam esse clam factum suspiceris: in illis verò, qui insidiari solent, suspecta tibi debent esse omnia, & diligenter circumspicenda, & distinguenda, sicut etiam aduersus homines ineptos, ingenio opus est, atque prudentia, &c. Quæ quidem animaduersio ex morum cognitione deprompta, non solum ad artem medicam, sed ad omnem vitæ gubernationem vtilissima est. Nam à dolosis his hominibus, qui aliud in corde, & aliud in ore habere sunt consueti, & facile, aut promptè, ob propriam vtilitatem, ac commoditatem, aut propter occultam animi malignitatem, mutant sententiam: sic etiam à mentiri assuetis, inuidis, & fraudulentis, existimare semper oportet, ab eorum mente nihil firmum, ac certum oriri. Ab aliis verò, qui animas ipsas in manibus semper habent, vt dicitur, de iis, qui in simplicitate ambulant, nihilque occultum, fraudulentumque dicunt, aut agunt, & prius mori, quàm sponte, ac cum aduertentia mentiri volunt, omnia firma, ac vera esse existimare semper oportet: quamuis contractus cum fatuis, & dolosis hominibus maxima indigeat prudentia, ac vigilantia. Ex his igitur omnibus colligere licet ad solum medicum spectare veri pædagogi munus. De quo in hoc, & in sequenti lib. agere instituiamus. Cæterum, quoniam hoc fieri non potest sine cognitione causarum, &

naturæ perturbationum, propterea in sequentibus de ipsis agemus.

CAPVT II.

De opere, & distinctione duarum facultatum cognoscitiuarum, quæ inueniuntur in homine, & de ordine, quem seruat unaquæque facultas appetitiua cum sua cognoscitiua, & de eo, quem seruant duæ facultates appetitiuæ inter se, & de repugnantia inter carnem, & spiritum.

Cum nostrum in hoc lib. sit institutum, studiosum modum viuendi pueris instituere: quod nihil aliud est, quàm vitiosæ vitæ generationem statim ab incunabulis inhibere, & virtutum semina in eorundem animos iniicere: necessarium prius est docere, quid sit perturbatio, quæ sint illius genera, & causæ. Nam cum virtus moralis, vt dicemus, oriatur ex continentia, ac temperatia naturalium perturbationum facta ab intellectu, & vitium ex earundem perturbationum excessu, præter mentis consilium generetur: nulla ratione virtutis generationem, & vitij inhibendi modum tentare possumus, nisi modum generationis, & causas perturbationum prius ostendamus: quemadmodum nulla ratione corporis sanitatem generare, aut conseruare, aut morbi generationem inhibere valebimus, nisi prius quid sit id, in quo consistat sanitas, eiusque causas, & morborum origines intelligamus.

Cæterum, quia harum perturbationum cognitio rectè haberi non potest, nisi prius ordinem cognoscitiuarum, & appetitiuarum potentiarum intelligamus, propterea breuiter de ipso in hoc cap. agemus: solum scilicet de ipso dicemus id, quod ad intelligentiam præsentis instituti satis fuerit. In primis igitur aduertere oportet id, quod Aristot. 2. ethi. cap. 5. & lib. 1. magnorum moralium, cap. 7. docuit: in anima scilicet rationali tria posse inueniri: nempe potentias, perturbationes, siue affectus, & habitus. Ista enim tria animæ rationali accidunt. Nam, vt Aristot.

Puerorum recta institutio in quo posita.

Virtutis & vitij origo.

Anima rationali tria accidunt, ex Aristotele.

in li

Ægrotantium mores cognoscendi medico.

Morum cognitio & ad medicam artem & ad omne vitæ regimen confert.

8 Tr.IV. de Ethica puerorum.

in libris, de anima & alibi, docuit, præter facultatem loco motricem, tria alia genera facultatum dimanare ab anima: vegetandi scilicet, sentiendi & intelligendi. Licet enim harum facultatum extremæ in rerum creaturarum vniuersitate seiunctæ inueniantur: in homine verò omnes simul iunctæ inueniuntur. Vegetatiua namque in plantis separata à reliquis existit, vt intelligendi potentia in Angelis: in brutis autem vegetandi, & sentiendi sine intelligendi potentia inuenitur. At in homine, & adest vegetandi potentia, vt in plantis, & sentiendi, vt in brutis, & intelligendi, vt in Angelis. Propterea enim rectè meretur homo appellari paruus mundus. Nam eius natura est veluti epilogus rerum creaturarum. Tantam enim eminentiam, ac maiestatem habet eius substantialis forma, vt ab ea, tanquam ab origine, & radice dimanare possint naturales plantarum facultates, sensitiuæ brutorum, & intellectiuæ Angelorum. Ex quo quidem fit, vt cum omnibus his viuentibus naturalem similitudinem habeat homo. Nam in merè materialibus actionibus, similis est stirpibus: in iis verò, quæ partim materiales, partim verò à materia eleuantur, similis est brutis: at verò in illis, quæ omnino à materia sunt separata, assimilatur Angelis. Facultas igitur vegetatiua, qua vtitur anima ad generationem, nutritionem, & augmentum indiuidui, & subiectatur in organo corporeo, & circa merè materialia versatur. Facultas verò sentiendi, & facultas intelligendi instituta sunt à natura ad notitiam, ac cognitionem earum omnium rerum, quas appetere, aut fugere oportet: distincto tamen modo. Nam sensitiua cognitio solum extenditur ad id, quod in rebus merè materiale est. Solum enim cognoscit facultas sensitiua materias concretas, ac singulares. Vnde fit, vt talis facultas corporeo indigeat organo in homine; quemadmodum in brutis, quibus in hoc assimilatur. Aliter enim nullo modo percipere posset qualitates materiales sensibilibus rerum. Facultas autem intelligendi est omnino spiritualis, vt in Angelis, ideoque nullo modo in organo corporeo subiectatur, sed in ipsa ætæ anima rationali, à qua dimanat, & recipitur. Vnde solum versatur circa res spirituales, ac vniuersales.

Homo cur
appellatur
paruus mun-
dus.

Vegetatiua
facultas in
quo consistat.

Facultates
sentiendi,
& facultas
intelligendi
di distincto
modo se ha-
bent.

Anima v-
niuersa quo mo-
do intelligat.

Cæterum, quia dum anima est vnita, nullo modo naturaliter intelligere potest, nisi mediantibus externis, & internis

sensibus: propterea potestatem dedit facultati intelligendi influendi supra omnes sensitiuas potentias, easdemque regendi. Est etenim ratio illarum potentiarum veluti dux, ac pædagogus, & veluti doctissimus, ac prudentissimus magister brutorum quorundam hominum, & veluti primum mobile respectu inferiorum sphaerarum.

Vnde fit, vt in solo homine omnes sensitiuæ facultates dicantur, & sint aliquo modo rationales: quia scilicet vim habent naturalem passiuam admittendi rationis directionem. Quod verum esse probat Aristot. lib. 1. eth. cap. ultimo, exemplo horum hominum, qui bona educatione, & legibus redduntur continentes, ac temperantes. Sed non propterea quod sensus humani dirigantur à ratione, & sensus brutorum à nulla potentia superiori gubernentur, imperfectiores sunt: imo excellentissima hæc est illorum perfectio. Hoc enim ipsis aduenit, propterea quod ab anima rationali fluunt, & quia illorum cognitio est veluti intellectus initium.

Et quemadmodum, vt inquit pater Suarez, maxima est perfectio potentia intellectiuæ humanæ, posse regi ab spiritu diuino: sic maxima est perfectio sensuum humanorum illustrari, & regi ab intellectu potentia. Vnde constat duo habere facultates sensitiuas humanas: vnū scilicet dependere in suis actionibus obiectis à dispositione qualitatiua, & quantitatiua suorum organorum eo prorsus modo, quo dependent brutorum sensus: alterum verò est, capaces esse directionis, ac illustrationis sensitiuæ potentia, quo omnino carent brutorum sensus. Propter quam causam sensus humani medium locum obtinent, inter vegetatiuam, & intellectiuam potentiam. Vnde Aristot. lib. 1. Ethic. cap. ult. inquit: Pars igitur anime ratione vacans duplex est. Vegetatiua namque nullo modo rationis est particeps: sed concupiendi vis, & omnino appetendi, rationis est quodammodo particeps, ea ratione, qua obedit ipsi, atque obtemperat, &c. Quibus verbis docet actus vegetatiuæ potentia, nullo modo immutari posse tanquam à causa efficienti ab intellectu potentia, bene tamen posse immutari actus sensitiuæ potentia ab ipsa ratione. Nam cum illa facultas merè sit naturalis, seu materialis, solumque circa merè materialia versetur, ita naturaliter fertur in suum obiectum,

Sensitiuæ om-
nes potentia
in homine
sunt aliquo
modo ratio-
nales.

P. Suarez de
potentiis ani-
mae locus e-
gregius.

Facultates
sensitiuæ ho-
minis duo
includunt.

vt

Anima imperii in corpore.

vt graue descendit deorsum. Vnde id, quod dixit Aristot. lib. 1. politic. animam scilicet habere super corpus imperium dominicum, seu despoticum, siue seruile, quod idē est, intelligere possumus de obedientia serui, quam organa naturalia, & eorum facultates habent ad eas actiones, ad quas productæ fuerunt ab anima tales facultates. Hoc enim imperij genus omnino tollit deliberandi arbitrium in subditis. Nam, vt ipse inquit c. 10. eiusdem lib. seruus nullo modo habet deliberandi arbitrium. Sic etiam natura nullam reliquit facultati vegetatiuæ libertatē in suis actionibus, cū posito, ac approximato obiecto, absque aliquo impedimento, necessariō cogatur, agere vsque ad vltimum suæ potentia. Obediunt enim suo immediato auctori, eo modo, quo ignis, verbi gratia, Deo obedit.

Appetitiua facultas cuiuslibet potentia cognoscitiua datur a natura.

Deinde scire etiam oportet adiunxisse naturam cuiuslibet harum duarum cognoscitiuarum facultatum vnā appetitiuam facultatem. Quod quidem necessarium fuit. Nam cum finis cognitionis non sistat in sola rei notitia, sed potius transeat ad consequutionem, & fruitionem, vel ad fugam rei cognitæ: propterea opus fuit, vt vnaquæque potentia cognoscitiua, veluti coniunctam haberet potentiam appetitiuam, quæ esset eiusdem ordinis, atque naturæ cum suā facultate cognoscente. Maximam enim habent hæ duæ facultates inter se vnionem, ac coniunctionem. Nam quemadmodum nulla potentia cognoscitiua potest prosequi, aut fugere id, quod cognouit sine appetitiuæ opere: sic nullo modo appetitiua potest appetere id, quod nondum est cognitum.

Harum vniū & coniunctio quanta.

Appetitiua potentia duplex, sicut & cognoscitiua.

Vnde colligitur potentiam appetitiuam duplicem esse, cum duplex tantummodo sit facultas cognoscentis. Cum verò facultas appetens facultatis sensitivæ sit corporea, vt est sua facultas cognoscitiua, eisdem organis corporeis vitur, quibus vitur cognoscitiua. Nam quemadmodum hæc cognoscit res materiales, siue singulares: sic illa easdem appetit. Vnde diuidere possumus appetitum sensitivum, irascibilem, & concupiscibilem, in internum, & externum, vt diuidimus sensus: sic etiam, externam vim appetitiuam diuidere possumus in appetitiuam visus, tactus, &c. Propterea enim Aristoteles dixit inuenire appetitiuam, vbicunque inuenitur quodcunque genus sensus. Facultas ve-

rò appetens intellectus merè est spiritalis, quia, vt facultas appetitiua sensuum subiectatur in eisdem organis, in quibus subiectantur sensus; sic facultas appetitiua intellectus subiectatur in ipsamet anima, vt subiectatur intellectus, & conuenit quoque cum intellectu, quia solum appetit res vniuersales, siue spirituales, quarum cognoscitiua est intellectus. Quod si appetere videamur res particulares, id quidem non facit voluntas; nisi quia in ipsis singularibus aliquid boni vniuersalis inuenit.

Conueniunt verò hæ duæ potentia appetitiua in eo, quod in vnaquaque illarum inueniatur quædam eligendi libertas: quamuis contrario modo inueniatur in appetitu sensitivo, ac in voluntate. Nam voluntas habet ex sua natura libertatem eligendi id, quod reuera est naturæ vtile: quia, cum sit potentia spiritalis, non potest mutare actionem ad mutationem sui immediati subiecti. Nam, cum sit incorporeum, est omnino immutabile, & immediatè independens à temperatione, & à reliquis dispositionibus materialibus: ex accidenti tamen, ac veluti per consensum, seu contagium vehementium motionum appetitus sensitivi multoties contrahitur voluntas ad malas consequendas appetitiones. Nam quamuis propter immediatum subiectum, quod est anima, non possit à rebus corporeis immutari: propter imperfectiones tamen secundi subiecti, quod est corpus, fertur multoties ab appetitu sensitivo, propter rationem superius dictam.

Appetitiua facultates quomodo inter se conueniant.

Voluntas quomodo immutabilis & immutabilis.

Appetitus verò sensitivus ex propria natura subiecti, cui inhæret immediatè, semper, ac veluti quædam naturali inclinatione in magis voluptuosa, ac suauia fertur, & ea, quæ molestantia sunt, fugit: Cæterum quauis semper illud faciat ductus alicuius apparentis bonitatis aut molestiæ speciei: multoties tamen ea, quæ tãquam delectabilia appetit, habent vim corrumpendi naturam, & ea quæ tanquā molestia fugit, obtinent potentiam conservandi eandem naturam, vt apparet, verbi gratia, in hydropicis eligentibus potus præsentem suauitatem, potius quàm futuram vitam, & reuientibus insuauitatem medicamentorum, licet per ea illis promittatur vita, & sic de cæteris. Accidit tamen huic appetitiuæ potentia, quædam indeterminatio in suis operibus, siue appetitionibus, propter imperium illud,

Appetitus sensitivus inclinatio.

illud, quod diximus habere intellectuam potentiam super omnes sensitivas facultates. Nam cum ratio fortis, ac docta est, hinc, inde quæsitis rationibus, solet cohibere, ac mutare appetitiones delectabiles organæ sensuum.

*Intellectiva
potentia im-
perium in i-
rascibile &
concupiscibi-
lem faculta-
tem.*

Cæterum, imperium, quo intellectuam potentia regit irascibilem, & concupiscibilem appetitum, non est despoticon, seu servile, quale illud esse diximus, quo anima gubernat corpus, siue facultatem vegetatiuam, sed potius civile, politicum, siue regium, ut in eodem lib. docuit Aristot. dicens: *nam animus quidem in corpus dominicum habet imperium: mens vero in appetitum civile, & regium, &c.*

*Cur ratio
succubas sa-
pe appetitui
sensitui.*

Cum igitur principatus mentis super appetitum sensitivum sit politicus, ac regalis, qui, ut inquit S. Tho. 1.2. quest. 47. art. 7. est ad liberos homines, qui quidem, licet subditi dicantur, non tamen totaliter: hinc fit, ut licet ratio mutare multoties tentet ordinatas appetitus sensitivi motiones ortas ex naturali organorum dispositionibus: non tamen possit ipsas semper cohibere. Imo tanta sapientius est vis delectationis, aut molestiæ obiecti immutantis potentiam, aut consuetudo sic, vel sic operandi eiusdem potentiæ, ut quantumvis ratio suadeat illud fugiendum, & hoc tanquam utile amplectendum esse, non solum non trahat ad se appetitum, sed potius voluntas ipsa ab ipso trahatur appetitu. Tanta enim est vis earum appetitionum, quæ originem ducunt ex insita organorum dispositione, ut omnino contemnant rationis imperium. Quo quidem tempore magnum inuenitur bellum inter ipsam rationem, & appetitum sensitivum. Quod significauit Apostolus, cum dixit: *Videō aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & in alio loco dixit: caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. hæc enim ad inuicem aduersantur, &c.* Cum igitur ratio valens est, & bene docta, ipsa semper vincit omnes carnis appetitiones: cum verò est imbecillis, & indocta, ut plerumque fit, ipsa à carnalibus appetitionibus trahitur. Ex quibus omnibus

rectè intellectis, facile erit perturbationis naturam, differentias, & causas inuenire.

CAPVT III.

De remota, & proxima causa efficiente perturbationum, & quid habeant naturale, & quid præter naturam legem, & quod peccatum committat voluntas, & intellectus in ipsis perturbationibus.

UT sine homonymiæ captiueculis procedamus in hac disputatione, statuere in primis oportet, idè apud medicos, ac philosophos significare, hoc nomen, animi perturbatio, quod animi affectus, & animi passio, siue pathema. Vnde, quamuis nos his omnibus utamur nominibus: eandem tamen rem per illa omnia intendimus.

*Animi per-
turbatio qui-
bus aliis no-
minibus effe-
ratur.*

Ex dictis igitur omnibus colligitur, perturbationes, siue affectus animi fieri, tanquam à causa efficiente remota ab obiecto sensibili immutante potentiam cognoscitiuam, & tanquam à magis proxima à concupiscibili, & ab irascibili facultate ad se trahentibus rationis usum. Vnde absolute dicimus, affectus animi esse effectus appetitus sensitivi.

*Causa effi-
ciens pertur-
bationū ani-
mi.*

Cæterum, ut hoc quomodo à natura fiat, intelligamus, cū sit ad eius corruptionem, scire oportet, quod etiāsi anima ipsa sui prima intentione producat appetituas facultates, ut omnes reliquas, ad conseruationem eiusdem naturæ, non solum circa naturalia, sed etiam circa moralia: multoties tamen fieri, ut neglecto medio, vel exorbitent, vel imminuantur in suis actionibus. Ut verbi gratia, si concupiscibilis facultas contenta fuerit tali alimentorum qualitate, quantitate, in talique occasione sumpta, prout mens scilicet utile esse cognouerit, non solum utile erit ad corpus, sed etiam ad animam: sic etiam si irascibilis tantum, & in tali occasione irascatur, quantum fuerit necessarium aduersus id, quod prohibet utilis consequutionem, aut noxiæ fugam: tantum scilicet, quantum ipsa ratio permiserit, & non amplius, & sic de cæteris: tales facultatis appetentis actiones absolute dicuntur, & sunt naturæ opera, nulloque modo

*Natura actio-
nes quomodo
discernantur
ab eiusdem
perturbatio-
nibus.*

modo perturbationes nominantur. Si verò eadem facultas appetitiua, non seruatis debitis conditionibus propositis ab ipsa ratione, eadem, aut alia quæcunque delectabilia exposcat; atque consequatur, aut fugiat vtilia molestantia; iam tales actiones, etiam si à naturali facultate efficiantur, sunt affectus. Sunt etenim motus quidam facultatis naturalis effusi, ac immoderati. Cæterum, cum omne id, quod in nostris corporibus est naturæ vtile, consistat in quadam medicritate, necesse est, vt affectus, vel sint actiones appetitus sensitiui exorbitantes, vel aliquo modo diminutæ.

Vna eademque actio potest dici et secundum naturam seu naturalem, et affectuosa.

Hæc omnia, ita esse rectè explicat Galenus, lib. 6. de decretis cap. 1. exemplo facultatis pulsatiuæ, dicens: *neque tamen pulsus omnis est operatio. Maiorem enim, aut minorem, quam naturalis constitutio patitur, velociorem, aut tardiolem, frequentiolem, aut rariolem, aut quouis alio modo exturbatum pulsum, nullo modo appellare operationem poteris. Nam quamuis in eiusmodi pulsibus cor ex se ipso moueatur, non mouetur secundum naturam, &c.* In quo loco asserit, nihil mirum esse vnam, & eandem actionem dici secundum naturam, quia fit à facultate naturali. & dici affectuosam, ac præter naturæ ordinem, quia excedit limites eiusdem naturæ: vt pulsus maior, aut minor, quam conseruatio naturæ expostulat, dicuntur affectus facultatis pulsificæ. Eodem igitur modo, vt inquit, in suis actionibus se habet appetitus sensitiuus. Qualis enim est in motibus arteriarum magnus pulsus, talis in motu iracundiæ est ira, qualis item paruus pulsus, talis lentitudo est: quæ nihil aliud est, quam defecta quædam irascibilis motio. Nam, vt inquit, motio, quæ in ira fit modum excedit, nimisque vehemens, ac redundans est. Atque hac ratione, ira, ægritudo, timor, libido, excandescencia, & eius generis reliqua, simul operationes, & affectiones dicuntur.

Appetitus sensitiuus actus qua ratione dicatur operari naturam, et passiones eius.

Quo in loco latè explicat Galenus quomodo, & quando actus appetitus sensitiui dicantur opera naturæ integra ex parte, & dicantur quoque perturbationes eiusdem naturæ, & aliquo modo præter naturam. Dicuntur enim præter naturam, & affectus, siue perturbationes, cum fiunt præter destinatum naturæ ordinem, siue præter legem ipsius rationis. Nam quotiescunque illæ motio-

nes secum trahunt supernas facultates, dicuntur affectus, siue passiones animi. Vt irascibilis actio integra ex parte erit naturalis, quando debite mouetur in prosecutionem, ac defensionem alicuius boni, vt dicebamus, ardui à concupitrice expectiti: cum verò in hoc adeo excedit, vt voluntatem, veluti coactam imperare faciat potentiam motiuam ad executionem alicuius inordinatæ vindictæ, talis motus verè dicitur affectus, & passio irascibilis facultatis, quia fit sine directione supremi gubernatoris, diciturque simul passio intellectus, voluntatis, cogitatricis, & motricis; nam omnes istas facultates violenter ad id quod non conuenit, mouere facit. Sæpe enim fit, inquit Galenus, vt rationales facultates tractæ, ac veluti raptæ sequantur irascibilem, sæpe concupiscibilem, & sæpe irascibilis sola trahat secum concupiscibilem, & rationalem, & sæpe concupiscibilis reliquas omnes secum rapiat.

Illustratur prædicta doctrina exemplo bigarum.

Quæ quidem omnia accommodato quodam exemplo explicat Galenus dicens: *non secus, ac bigis euenire interdum solet. Alter enim equus vehementiori impetu proruens, alterum vna cum toto curru, & rectore secum trahit, alter ob imbecillitatem tremulus sequitur, & ipse quoque auriga violenter fertur, &c.* Quo exemplo satis apertè explicat Galenus, quo modo actiones exorbitantes appetitus dicantur passiones eiusdem appetitus, & reliquarum superiorum facultatum. Nam quamuis illa violenta tractio curru & aurigæ sit proprius, ac naturalis motus exilientis, ac effrenati equi: dicitur tamen fieri præter naturam, & affectuosè ab eodem equo, quia mouetur contra directionem aurigæ. Sic etiam, quamuis motus ille non fiat ab auriga, neque à curru, neque ab altero equo: dicitur tamen passio illorum, quia violenter ab eodem feruntur. Vnde respectu horum veriùs dicitur passio, ac præter naturam motus ille, quàm respectu exilientis equi: cum neque ab illis, neque secundum aurigæ directionem fiat. Nam cum equi mouentur secundum dictamen gubernatoris, licet motus fiat virtute equorum: dicitur tamen gubernatoris motus, quia prout ipse vult, & vt conuenit, efficitur. Galenus, enim dixit eum motum fieri secundum naturam ab aliqua corporis parte, qui licet non fiat ab intrinseca virtute eiusdem partis in eo sensu, in quo cor moueri

Motus secundum naturam, ex Galeno.

dicimus; illius tamen motio instituta est ab anima in vtilitatem totius: in quo sensu latio verè dicitur crurum actio, licet fieri non possit sine cerebri influxu. Sic quoque motus appetitus sensitiui gubernatus à ratione, licet fiat à facultate appetitiua, tanquam à propria causa efficiente, dicitur etiam motus rationalis, quia secundum eius legem fit: ut motus crurum dicitur quoque motus cerebri, quia mediante eius influxu fit. Ex quibus sequitur, inquit Galenus, ut irascentia, cupiditas, tam opiniones, quam affectiones dicantur. In quo loco non sumit opinionem in suo proprio significato: quatenus scilicet significat habitum quandam intellectus, sed in lata quadam significatione: quatenus scilicet significat eas quoque operationes intellectus, & voluntatis, ad quas veluti coactæ istæ potentiae trahuntur, ab exorbitantibus motibus appetitus sensitiui. Vnde exequutiones iustæ à voluntate violenter tracta à dictis appetitionibus, dicuntur in dicto sensu à Platone, & ab Aristotele, errores, & ignorantia intellectus. Ideo enim Aristoteles 3. ethi. cap. 1. dixit omnem hominem prauum ignorare, quæ agere oporteat, & à quibus se abstinere sit necessarium, & propter hunc errorem iniustos homines omnino fieri malos. Nam ignorantia post factam electionem voluntatis, signum prauitatis est. Ille namque verè prauus est, qui voluntariè admittit id malum, quod cognoscit suæ voluntati repræsentari sub alicuius falsi boni, ac delectabilis speciei. In qua quidem actione, non solum voluntas, sed etiam intellectus errat. Nam, ut dictum est, voluntas non potest applicari, nisi præcedenti intellectus cognitione, & quia tota applicationis directio proponitur ipsi voluntati ab intellectu. Vnde, si proposita rectitudine voluntati, ipsa tamen propter obliquitatem motuum appetitus sensitiui eligat id, quod reuera malum est, maximum prauitatis est indicium. Quapropter hæc erronea electio dicitur error, vel mala opinio intellectus, propter dictam causam: propter scilicet mutuam dependentiam, ac se iuuandi rationem, quæ reperitur inter voluntatem, & intellectum. Vnde Galenus id declarans inquit: *non enim à motionibus partis obnoxie affectibus, sed à rationis iudiciis regi, administrarique vitam nostram conuenit. Quod si è contrario fiat, præter naturam*

illud est, atque ob id ex perturbatione etiam vita omnis traducitur, &c. Et lib. 4. de decretis, laudat Chrysippum, quia dicebat omnes malos homines imbecilliter, maleque singula agere: quoniam desciscendo, & succumbendo omnia agunt. Quod quidem explicans Galenus asserit: *omnes quidem malos desciscendo à ratione, & succumbendo perturbationibus agere, atque inde imbecillitatem quandam, & relaxationem in animo præ se ferre verissimè dictum est, &c.*

Ex quibus omnibus constat duo genera errorum inueniri in intellectu: vnum quidem, quando errores alterius potentia ipsi, propter suam imbecillitatem attribuuntur, ut quando dicunt autores iram, aut alium quemcunque affectum appetitus esse opinionem, vel intellectus errorem: quo quidem tempore errare intellectum per consensum aliarum potentiarum diximus. Aliud verò errorum genus conuenit illi primo & per se: quando scilicet errat in suo proprio munere: in inuenienda scilicet alicuius rei occulta veritate. Nam proprium munus intellectus non est irasci, aut timere, sed veritatem indagare, præcipere, & disponere ad omnia, ut decet. Vnde eius propria peccata non sunt ira, timor, aut alicuius rei nimia cupiditas, ut volebat Chrysippus, sed iudicia à veritate errantia. Aliud enim est errare in discursu alicuius conclusionis, & aliud est concurrere cum motibus appetitus sensitiui ortis à propria temperatione organorum, aut à praua educatione, siue consuetudine peccandi, ab ipsisque violenter trahi, contra cognitam scilicet rei veritatem. Nam tunc potius dicimus affectus auersari rationem, eiusque imperium detrectare, atque usurpare, quam propriam intellectus actionem erroneam esse. Et hæc dicta sufficiant de perturbationum causis. Quapropter ad earum naturam explicandam accedamus.

CAP.

Irascentia & cupiditasque ratione tam opiniones quam affectiones dicantur.

Affores voluntatis, coacta ab appetitionibus quo sensu dicantur errores & ignorantia intellectus.

Ignorantia post electionem voluntatis, signum prauitatis est.

Intellectus & voluntas in errores

Error duplex in intellectu.

CAPVT IV.

Quid sit animi affectus, & quomodo ab ipsis non aliter in ebrietur anima, atque à generoso vino; explicaturque multis exemplis, & quadam figura adducta à Platone, quomodo affectus rationis imperium usurpent.

Affectus quid sit.

EX dictis ergo, quid sit affectus, facile est inuenire. In primis igitur Aristot. lib. 2. ethi. inquit, affectum esse omnes eas motiones, quas comitatur voluptas, qualis est nimia cupiditas, ira, metus, fiducia, inuidia, gaudium, amicitia, odium, desiderium, æmulatio, & misericordia. Et lib. 2. rethoricorum ad Theo. dixit: affectus sunt, quibus homines commoti differenter iudicant: quos quidem affectus, voluptas, aut dolor consequitur, ut ira, misericordia, timor, ceteraque huiusmodi, & his contraria. Galen. verò 4. de decretis. Rectius diffiniuit perturbationem ex sententia Chrisippi dicens, affectum esse quandam animi motionem rationis imperium detrectantem, siue eiusdem animi irrationalem motionem. Vnde nos dicimus animi perturbationem esse motum appetitus sensitiui trahentem ad se tyrannico quodam modo totum imperium rationalium potētiarum. Nam cum ratio suum seruat imperium, non potest oriri perturbatio, ut 4. de decretis capit. 4. docet Galenus, sed nascitur virtus, vel error in cognitione.

Perturbatio quid sit.

Medea exemplo ostenditur rationis imperium in perturbationem.

Quantam verò habeat vim perturbationem impediendi imperium rationis, explicat Galen. exemplo Medæ. Hæc enim, ob iræ vehementiam, deliberauerat, suos trucidare filios, simulque cognoscebat crimen esse contra rationem: fatebatur tamen iram esse potentiorē consiliis rationis. In quo quidem casu, quamuis nullus esset verus rationis error, erat tamen eius quædam debilitas, & impotentia sustinendi suum imperium aduersus tam potentem hostem; & quod dicitur de hoc affectu, idem quoque de reliquis omnibus est dicendum. Modum verò quo vehementes appetitus sensitiui motus, ad se trahant rationem ipsam, explicat Ga-

len. ex Chrisippo exemplo eorum hominum, qui per decliua maximo currunt impetu: nam quemadmodum hi, etiam si voluerint, non possunt in medio itineris sisti, sed velint, nolint usque ad planitiem detineri non possunt: sic anima mota à vehementia affectuum, repugnante ratione, trahitur ab eodem motu eiusdem appetitus. Quemadmodum enim naturalis grauitas, ac proprium pondus eorum, qui deorsum mouentur, efficitur adeo vehemens motionis adiuuans causa, ut cōtra mouentium voluntatem, motum sistere non permittat: sic affectus tanta vehementia trahunt ad se animam, ut non raro antequam ratio valeat facere iudicium, exerceat id, quod appetiuit, & multoties eius iudicium contemnat.

Quod autem hoc verum sit, mille exemplis, milleque modis explicant philosophi: præsertim Plato in omnibus fere suis operibus. Nam in lib. 1. de leg. quamuis fateatur vnumquemque nostrum, vnum esse: asserit tamen nostram animam duos amentes, atque contrarios habere consiliarios, voluptatem scilicet, atque dolorem: quos quidem consiliarios asserit trahere ad se, atque retrahere ipsam animam, non aliter, ac si essent eiusdem funes, ac veluti nerui; & ideo in fine lib. inquit, eandem animam ab effectibus inebriari. Nā quemadmodum generosum vinum capiosius ebibitum, tantam violentiam rationi inducit, ut eius rectum iudicium perturbet: sic ira, amor, petulantia, inscitia, auaritia, socordia, diuitiæ, forma, vires, & similia, veluti ebrietate quadam amentes solent facere homines, ita, ut minimè sui compotes euadant, maneatque, sed bispueri, veluti senes reddantur ij, qui ratione minimè vtuntur, sed solis cupiditatibus subseruiunt. Vnde ea omnia mala, quæ de temulentia ibi retulit Plato potius de ebrietate causata ab animi affectibus, quàm de ea, quæ à vini potu efficitur, dixisse existimo: cum ibi, & vbique potissima sit intentio homines ab affectibus liberos facere. Et 9. de rep. depingens tyranni animam, affirmat quoque ab affectibus temulentiam reddi. Nam quando deliciosarum rerum cupiditates in aliquam animam insurgunt, ut inquit, protinus extirpant, ac expellunt eas omnes verècundas opiniones, quas in eadem inueniunt. Quo fit, ut talis anima, adeo furiosa, & extra se maneat, ut non solum hominibus, sed etiam diis imperare contendat, idque speret se

Anima nostra duos habet consiliarios amentes & contrarios.

Ab affectibus inebriatur.

Quomodo tyranna reddatur.

14 Tr. IV. de Ethica puerorum.

consequuturam. Tyranna enim, ut inquit, redditur anima, quando, vel ob naturam corporis, vel studiis, vel ambobus temulenta, ac furiosa euadit.

Anima una immortalis et alia mortalis in eod. corpore, iuxta Platonem.

In Thimæo quoque agens de prima hominum generatione, asserit, Deos in eodem corpore, in quo incluserunt immortalem animam, fabricasse quoque aliam animæ speciem mortalem, & quæ grauius, necessariisque perturbationibus afficeretur, voluptate scilicet, quam dixit esse escam omnium malorum; dolore, quem dixit esse fugam, & impedimentum bonorum, implacabili iracundia; & spe, quam affirmat esse blandam, ac suauem cōsiliatricem cum irrationali sensu, amoreque omnium inuasore. Et quamuis his omnibus, & similibus affectibus partis irrationalis dicat Plato temulentum reddi intellectum: magis tamen amentes consultores dixit esse, audaciam, & metum. Aristoteles quoque 7. *eth. cap. 3.* dixit omnes eos homines, qui sunt in perturbationibus constituti, esse dispositos, eo modo, quo sunt ebrij. Habent etenim perturbationes tantam vim premendi rationem ipsam, ut quasi vinculis alligatam eam obtineant. Nam quemadmodum corporis oculus errare solet in cognitione alicuius obiecti, ob colorem aliquem excedentem, interpositumque inter pupillam, & ipsum obiectum: sic animæ oculus, ob potentiarum sensitiuarum vehementes appetitiones, quæ venenum desiderati obiecti dulcedine apparentis cuiusdam delectationis, occultare valent, solet ab eisdem appetitionibus trahi, ipsique subiici.

Perturbati sunt sicut ebrij.

Oculus corporis & oculus animæ eodem modo errant.

Ebrietas rationis quibus ut plurimum hominibus contingat.

Amor quando tyrannus.

Cæterum hoc, quod dictum de ebrietate rationis ab affectibus non omnibus contingit hominibus, sed, ut plurimum adolescentibus, & iis senibus, qui imbecillem, ac indoctam habent rationem, & appetitus sensitiui fundamenta robusta. Nam, ut inquit Plato, 9. *de repu.* huius conditionis sunt homines, qui festis diebus comestationibus, hominum circulis, atque congressibus, scortis, cæterisque huiusmodi voluptatibus indulgent. Nam harum rerum delectabilium, ac voluptuosarum tyrannus quidam amor intus incolens, animæque penetralia tenens in similibus hominibus, omnia regit, atque gubernat, efficiturque rationis, & voluntatis dominus. Propter quod talis amor verè appellatur tyrannus. Tyrannica enim ratione, ac contra naturæ ordinem, vin-

ctam, ac veluti ebriam habet naturalem dominam, ac omnium excellentissimam potentiam: nempe rationem. Nam in deliciis, ac solis voluptatibus deditis hominibus est ratio veluti tremula quædam serua, omninoque vinctæ. In talibus enim solum sensitiua viget, atque gubernat eo modo, quo fit in dormientibus. Nam in his sensus interni vigent, & dominantur, & ratio quiescit. Vnde horum hominum vita, omni cum licentia, & transgressione est.

Ex qua quidem viuendi ratione maxima sequuntur absurda. Nam, ut inquit Plato, in dies accrescit, ac robustius efficitur sensitiuarum facultatum dominium, & sic etiam debilitas, & abiectio rationalium quoque accrescunt. Nam cum nullæ sensitiuæ appetitiones valeant totam animæ indigentiam adimplere, semper augentur, & ipsa anima semper manet, veluti mendica, quousque veris adimpleatur bonis, æternis scilicet rerum veritatibus. Hæ etenim, ut asserit Plato, potissimæ animæ partis, siue facultatis vera sunt pabula. Sensitiuæ verò appetitiones non vera sed apparentia bona sunt, latentemque in se continent malignitatem, mentisque nitorem, hebetandi obtinent vim. Vnde ille homo, in quo istæ appetitiuæ, sensualesque facultates, quæ ex sua natura sunt famulæ, dementes, ac cæcæ, diu dominantur, præstantissimaque, ac verè domina potentia illis obedit, ut brutum redditur, ut asserit Plato, & veluti pecus humi pronus semper spectat, ventrique obedit, pascendo, coeundoque ætatem conerit, & ideo efficitur inuidus, iniustus, infidus, expers benevolentiae, impius, omnisque nequitiae sentina, & fomes.

Absurda ex tali ebrietate nascuntur.

Qualis homo in quem dominantur appetitiuæ sensualesque potentia.

Quod quidem ideo contingere ait, quia dum ratio magis, atque diutius affectuum caliginibus obtenebratur, & in prauo rerum iudicandarum modo detinetur, eo magis à suo proprio munere defleat. Inscitia enim, iniustitia, intemperantia, timiditas, & similibus affectibus, ita coinquinatur ratio, vetusque sensuum dux, ut nullum sui imperij vestigium in ea manere videatur. Non aliter, ut asserit, ac contingeret tabulæ, in qua esset humana aliqua imago strenuè depicta, si diu mari fuisset immerfa. Nam ob undarum attritum perderet narium nitorem, & ob algam, lapides, & ob inharrentia conchilia, ita eualeret, ut potius feræ cuiusdam, quam

Que rationis affectuum caligine obtenebratam sequantur incommode.

quàm humanæ personæ repræsenteret imaginem: sicque, inquit, accidit animæ diu perturbationibus gubernatæ. Sensim enim adeo debilis redditur vis intelligendi potentia, vt à quantumuis leuibus perturbationibus vincatur.

Dammum quod animi affectus potentia rationali inferunt, recte declaratur à Platone.

Cæterum, vt rectius declaret Plato damnum, quod animi perturbationes rationi inferant, quo modoque eiusdem naturale dominium ad se tyrannico modo trahant, quandam depinxit figuram. 9. de rep. qua repræsenterat modum, & statum, quem habent inter se potentia rationales, & sensitiua in homine solis perturbationibus gubernato, ambizioso scilicet, iniusto, iracundo, & libidinoso. Sumit verò exemplum talem depingendi figuram, ex iis hominibus, qui quodam dixerunt fuisse naturæ aliquā chymæram, Cerberi scilicet, Scyllæ, &c. Nam quemadmodum illi in naturalibus chymæram finxerunt, non mirum esse asserit se ad explicationem moralium fingere chymæram. In illa igitur figura bestiam quandam variabilem depinxit: quæ quidem multarum ferarum domesticarum, & agrestium capita in orbem haberet, vimque obtineret eadem immutandi capita. Finxit quoque eandem bestiam habere supra omnia illa capita figuram quandam leonis, quæ conseruabatur hominis vita. Et quamuis illa figura in prima sui parte, in qua existerent capita, esset amplissima, & in secunda minus ampla, in tertiâque adhuc minus: omnes tamen illas partes vnum totum componere dixit, quod repræsenteret exterius humanam quandam figuram. Per bestiam igitur illam multorum capitum in dicta figura existentem, significare dixit concupiscentiam.

Concupiscentia facultas est veluti quoddam agreste animal.

Quod etiam in Thimeo significauit, cum dixit, concupiscendi facultatem esse, veluti agreste quoddam animal, hepatis, tanquam cuidam præsepio, alligatum. Nam cum huius facultatis proprium sit munus appetere, ac allicere ea, quæ ad generationem, & nutritionem sunt vtilia, & fugere contraria, sedem habere dixit in humorum præsepio, in hepate scilicet. Propterea enim hepar sedem habere dixit in inferiori corporis parte, vt illa scilicet bellua longè esset à sede consultoris: ne facultatis concupitricis strepitu, ac clamore animæ consultor, nempe ratio, impediretur.

Quod sex in commune habet capita.

Illius verò agrestis bestię, appetitus scilicet concupiscibilis capita dixit S. Th. 1.

2. quæst. 35. art. 4. sex in commune esse. Primum igitur caput concupiscentiæ est nimius amor rerum delectabilium, secundum est desiderium, tertium est delectatio, quartum est odium rerum contristabilium, quintum est fuga, & sextum est tristitia. Quæ quidem capita non vnus, sed multarum, & agrestium rerum sunt. Cum igitur obiectum appetitus sit quodcunque delectabile, siue iucundum, bonum, & ex consequenti sui quoque contrarij, vel illud absolute amat, aut habere cum ipso complacentiam desiderat, aut cum eodem iam possessio delectari gaudet. Cui contrarium de malo, siue de contristabili, dicendum est.

Partem verò illius figuræ, quæ speciem leoninam repræsenterat dixit, facultatem irascibilem significare, eamque ali, & augeri propria bestię virtute asseruit. Nam cum irascibilis virtus versetur circa defensionem boni ardui à facultate concupiscibili amati, aut in repulsionem mali ardui à facultate concupiscibili odio habiti, quando in illius boni prosecutione insurgit aliqua difficultas, aut desperat facultas irascibilis, si sit nimis ardua difficultas, aut sperat, si sit facilis. Si verò malum obiectum sit inuitabile, timet: si autem facile euitari possit, audet. At verò, cum malum iam est præsens, ac illatum, vindictam sumere tentat.

Irascibilis facultas speciem leoninam repræsenterat.

Ex his igitur omnibus colligere licet miserrimum statum, quem habet anima, quæ non consiliis rationis, sed meris appetitus sensitiui perturbationibus, irrationalibusque motibus, vt quodcunque brutum, regitur. Nam quanto huius appetitus affectus maiores, & frequentiores sunt, tanto maiora, ac potentiora, & multiplicia huius ferocis bestię capita fiunt. Quanto enim magis accrescit, ac indomita redditur dicta bellua: tanto magis languet, ac torpet verus totius animæ consultor. Cum munus namque rationis sit rerum veritates indagare, & solum ea, quæ naturæ conueniunt consiliare, deducereque sensitiuas facultates ad eum amplexum, aut fugam, quæ veritatibus inueniendis conuenit, quod est ipsas deducere ad solam rationis obedientiam, necessarium est, vt cum inuertitur ordo, ita vt brutalis, vilisque bellua efficiatur domina, tunc veluti rubigine afficiatur, & seruilis, ac captiua reddatur regina potentiarum, & reliquarum domina, consultor, apædagogus.

Quam miser anima statum quæ facultatis sensitiua meris appetitibus regitur.

Rationis minister.

Ex

16 Tr.IV. de Ethica puerorum.

Libertas nimiamque licentia facultatis concupiscit enervat hominem.

Ex quibus constat verum esse, quod dixit Plato: nempe libertatem, nimiamque licentiam, belluæ multorum capitum efficere leonem fortiolem, & ita hominem enervare, ut ipsum fame perire permittat. Nam vigentibus affectibus facultatis concupiscit, maximè accrescunt, ac fortiores sunt irascibilis potentie perturbationes, ut iracundia, superbia, inflatio, &c. Quo quidem tempore adeo debilis redditur homo, id est rationandi potentia, ut à quacunque perturbatione, quantumvis levis sit, vincatur, facileque trahatur.

Conclusio superioris de anima.

Ista igitur omnia in gratiam maioris intelligentie definitionis affectus attulimus. Nam dictis omnibus similitudinibus, & exemplis satis aptè explicatur, quid sit affectum usurpare rationis imperium, ac maiestatem, & quomodo illud fiat, & obiter quoque diximus, quanta mala sequantur ex tali commutatione imperij. Nam, ut inquit Plato, quando res publica rationalis animæ ita gubernatur, solum manet hominis externa figura. Reliqua namque omnia non distinguuntur à brutorum gubernationibus, ut postea multo amplius explicabimus. Necessarium enim erit ea, quæ superius dicta sunt, multoties repetere ad maiorem intelligentiam eorum, quæ in sequentibus dicturi sumus. In primis verò de sanitate, & morbo ipsius animæ dicemus.

CAPUT V.

Quod nec virtus moralis, nec vitium sit à natura congenitum, & de partibus siue facultatibus, ex quarum compositionis modo resultat eiusdem animi sanitas, & pulchritudo, & quid unusquisque horum affectuum sit, & multa dicuntur de temperantia late sumpta.

Quamvis multa à nobis dicta sint de perturbationum origine, & de noxis, quibus animum feedant, & mentem ad quandam veluti captiuitatem reducunt, ac languidam, & imbecillam efficiunt, ut

loquitur Plato: verum tamen, ut homines fugere contentur talem animi feeditatem, eiusdemque nitorem consequi: amplius explicare nobis libuit eos infelices status, qui animo adveniunt, ex inordinata dicti animi libertate, & felicitatem, ad quam perueniunt animi, in quibus gubernatio fit integra ex parte secundum prudentiæ præcepta. Inde enim manifestabitur amplius modus, quo naturalis animi status generationem, & morboſi inhibitionem unusquisque consequi possit. Nā, cum nullus habituum moralium sit congenitus, sed ysa, educatione, & temporis diuturnitate omnes acquirantur: propterea necessarium est, ut is, qui homines bonis moribus præditos efficere vult, doceat modum, quo statim à pueritia animus sanus, ac pulcher euadat, & nequaquam in morbum, ac deformitatem incidat.

Quod autem, nec virtus, nec vitium sint à natura, sed postea temporis diuturnitate acquirantur per singularem actum multiplicationem, docuit Arist. 2. eth. cap. 1. & 7. eth. & lib. 1. mag. mor. cap. 6. ubi dixit moralem virtutem, aut vitium, ita dici, quod ex mora assuescat. Nam, quod ex natura fit, nulla ratione aliud euadit, & quia omnes actus, per quos producit, sunt voluntarij, & cum prudentia. Plato in Prothogora docuit quoque virtutes non innasci, neque doceri, quia non sunt scientiæ: vsum tamen eas illustrare affirmat. Lib. verò 9. de leg. in sophista, & in Timæo, neminem dixit sua sponte malum esse, sed propter malum corporis habitum, vel propter rudem educationem. Nam, cum dicat vitia esse animi ægrotudines, & nemo sit, qui sua sponte ægrotare cupiat: hinc est, quod dicat nullum hominem sua sponte desiderare esse vitiosum. Sed his dimissis ad nostrum redeamus institutum.

Explicare igitur oportet, in quo consistat & quomodo acquiratur animi sanitas, & pulchritudo, aut eiusdem animi morbus, & deformitas, ut unusquisque hominum sanitatem, pulchritudinem amplecti, & morbum, & deformitatem consequi valeat. In primis igitur, ut à nostro incipiamus Galeno, lib. 5. de decretis, laudat Chrisippum, quod cum Platone, lib. de sophista, & alibi, & cum Aristot. multis in locis, concedat in animo, sicut in corpore, sanitatem, pulchritudinem, morbum, & deformitatem: merito tam eundem reprehendit Chrisippum, quod si mul

Habituum naturalium nullus est congenitus.

Virtus & vitium non sunt à natura.

Malus sponte nemo, ex Platone.

Animi sanitas & pulchritudo, morbus & deformitas expendantur.

Chrisippi de anima sententia & laudatur & reprehenditur à Galeno.

mul negauerat animam diuersas habere partes, id est facultates. Chrysippus enim existimabat animam vnā tantummodo habere facultatem: nempe rationem. Nam hanc dicebat esse notitiarum, & anticipationum collectionem, & omnium perturbationum causam.

Et hinc est, quod in brutis, quia eius vsu carent ratione, & in pueris, quia eius vsu sunt priuati, omnino negaret perturbationes.

Corporis & animi sanitas & pulchritudo, morbus & deformitas quomodo probentur à Galeno.

Quam sententiam falsam esse multis rationibus probat Galenus. Nam in primis illud confirmat, quia, quemadmodum corporis sanitas est habitus quidam resultans ex contrariarum qualitatum certa mixtione, & pulchritudo est omnium corporis partium certa proportio: sic necessarium est, vt is, qui sanitatis, & pulchritudinis animi, cum corporis sanitate, & pulchritudine vniucationem promittit, concedat quoque in animo aliquam partium, aut facultatum diuersitatem, ac contrarietatem, ex quarum congruentia, ac vniuniformitate resulter vnus affectus, qui dicatur sanitas, & alius distinctus, qui dicatur pulchritudo: sic quoque ex earundem partium dissensione oriatur morbus, & deformitas eiusdem animi, vt dicemus. Vnde Galenus concludit, dicens: *si quis ergo, qui horum affectuum, qui in corpore sunt, proportionem, similitudinemque, ad ea, quae sunt in anima, seruare penitus velit, planum facere is debet, ex quibus simplicibus partibus, quasi elementis, tota anima compago constiterit, vt in harum postea proportionem inter se, sanitatem, & morbum apte inuenire valeamus, &c.*

Vnde Galenus maximè laudat Platonem, quod iuxta hanc verissimam doctrinam, animae sanitatem, & morbum, & pulchritudinem, & deformitatem assignauerit.

Anima tres partes, ex Platone.

Plato enim, vt superius diximus, ex professo, in quarto de repub. & in aliis quamplurimis locis, docuit tres esse animae partes, quibus ad appetitiones incitamur, totamque nostram vitam gubernamus. Vnam enim esse dixit, quae nos trahit ad omnia ea, quae appetimus, ipsamque cupientem appellat. Aliam verò animi partem constituit primae dictae partis gubernatrix,

eiusque intempestiuorum motuum coercitricem, ratiocinantemque animi partem nominat.

Nam, vt saepius dictum est, semper conatur ratio, in his hominibus, qui eius vsus sunt capaces, concupientis vehementes, ac in ordinatos motus reprimere, & iuxta prudentiae regulas ipsius appetitiones moderari.

Pueri autem, & homines, qui propter imbecillitatem rationis, viuunt, vt bruta, suas adimplent appetitiones, citra alicuius noxae, aut vtilitatis considerationem.

Præter dictas oppositas animae partes, tertiam aliam, veluti mediam, constituit Plato. Quod quidem verum esse quibusdam demonstrationibus probat, ipsamque irascibilem appellauit; & licet hanc animi partem irrationalem quoque esse dicat: asserit tamen, quod, dum suum naturalem statum seruat, magis sequi rationalis partis opiniones, quam appetitiones partis appetentis. Imo à natura concessum esse hominibus, inquit, vt sit auxiliatrix, ac comes aduersus appetentis immoderatos impetus.

Irascibilis potentia & irrationalis & rationalis à Platone appellatur.

Solet tamen multoties irascibilis etiam aduersus rationem insurgere, & eius imperium despicere: cum scilicet malè est educata, aut cordis temperamentum est nimis calidum.

Quando insurgat aduersus rationem.

Nam, vt inquit Galenus, *vbi cor calidius est, ibi validior, ac veluti irredubilis est iracundia.* Propterea enim ipsam Plato in Timæo, & nono de repub. leoni assimilât, vt assimilauit rationem homini, & concupitricem animi cuidam bruto, cui sint multa capita.

In Phædro verò non ita aptè, vt inquit Galenus, irascibilem, & concupiscibilem equi formam esse asseruit Plato, & rationalem aurigæ similem esse dixit.

Potentia, irascibilis, concupiscibilis, & rationalis quibus assimilantur, ex Platone.

Huius compositionis animi primum autorem fuisse Pythagoram asserit Tullius quarto Tusculan. quaest. dicens: *In perturbationibus explicandis veterem illam quidem Pythagoræ primum, deinde Platonis descriptionem sequar, qui animum in duas partes diuidunt, alteram rationis participem faciunt, alteram expertem. In partem rationis ponunt tranquillitatem, id est, placidam, quietamque constantiam: in illa*

C altera

18 Tr. IV. de Ethica puerorum.

altera motus turbidos, tum ira, tum cupiditatis, contrarios, inimicosque rationi, &c.

Anima in
duas partes
distribuitur.

In lib. quoque de ecclesiasticis dogmatibus dicitur: homo duabus constat substantiis, anima cum ratione sua, & carne cum sensibus suis. Aristoteles multoties eandem etiam facit animi diuisionem, ut libro primo magn. moral. capite quinto, dicens: anima nimirum, ut receptum est, in duas partes distribuitur, in eam, quæ rationem habet, & in eam, quæ rationis est experta. Ex ea parte, quæ habet rationem oritur prudentia, solertia, sapientia, ingenium, memoria & id genus alia. At ex parte rationis experte, quæ virtutes appellantur, quas ex moribus ducimus esse laudabiles: ex his namque consequi laudem dicimur, &c. Rectius autem idem Aristoteles in libris de anima probat, has non esse animæ partes, sed potius vnius, eiusdemque animæ diuersas, contrariâque facultates.

Contrarietas
facultatum
animæ unde
dignoscatur.

Hæc igitur dicta sunt, ut intelligamus ex quarum rerum compositione resultet animæ sanitas, morbus, pulchritudo, & deformitas. Nam ex pugna, quæ in nostris corporibus inuenitur, circa ea, quæ appetuntur, colligere licet contrarietatem facultatum eiusdem animæ. Si namque solus esset appetitus irrationalis, ut in brutis, & in pueris, nihil prohiberet, ut inquit Galenus, quominus appetitis rebus frueremur, & si solam rationalem facultatem haberemus, quæ nulla in re dissentire, ac retrahere nos consueuisset, nullum negotium esset, si quis, aut sitiens non viueret, aut esuriens non comederet, neque continens, qui non biberet, appellaretur, perinde, atque ille, qui cum non vult, non ambulat. Sed, cum duæ sint, quæ hominem distrahunt, facultates: irrationalis scilicet portionis, verbi gratia, aut vindictæ, appetens, rationalis prohibens portionem, aut vindictam: hinc est, quod varios, omninoque contrarios status possit habere animus, qui ex harum diuersarum facultatum vario compositionis modo oriantur. Vnde, tunc dicimus animum secundum naturam esse, siue sanitatem habere, cum, ut inquit Galenus, eorum, quæ ab appetitu sensitiuo desiderantur, solum exequitur id, quod ratio utile esse integra ex parte iudicat. Cum verò ab-

Facultates
hominem di-
strahentes,
duæ, à qui-
bus varij
contrarijque
nascuntur
animi status.

iectissima facultas animi imperat, ac dominatur, omnesque suas appetitiones adimplet, & imperatrix, reginaque facultas illam in omnibus sequitur, & omnibus suis appetitionibus obedit, tunc infelix est, & omnino præter naturam eiusdem animi status. Quare merito ubique Plato, Aristoteles, Cicero, Galenus, & alij hunc animi statum appellant infelicem, ac morbosum. Et Possidonius de eodem statu loquens, dicebat, infelicem esse vitam, cum genium in nobis insitum, quique conatus nobis est, & eandem habet naturam, quam ille, qui vniuersam gubernat, non in omnibus sequimur, sed deteriori, & animali subcumbentes effestimur, &c. Vbi per genium nobis congenitum intelligit mentem, cui totius hominis imperium est à natura commissum: in quo quidem imperio Deo aliquo modo assimilatur mens. Quemadmodum enim diuina mens omnia totius vniuersi ita gubernat, ut non necessario in particulari cogat, sed veluti politicè omnia disponat: sic humana mens vim habet disponendi omnes motiones appetitus sensitiui, licet non habeat vim omnino euitandi omnes particulares eius actiones, ut diximus. Propterea enim dixit Possidonius eandem habere naturam, quam ille, qui vniuersum gubernat. Est etenim nostra mens, veluti radius quidam, ac splendor increatae mentis. Per animalem verò facultatem intellexit appetitum irrationalem: quasi diceret, infelicem, ac morbosam esse eorum vitam, qui non, ut ordinat prudentia, sed secundum brutalem appetitum ipsam gubernat.

Vita infelix
iuxta Possi-
donium.

Mens quo-
dammodo
Deo assimi-
latur.

Ex dictis igitur definire possumus animi sanitatem secundum Platonem in sophista, sic: sanitas animi est affectus quidem eiusdem animi secundum naturam resultans ex recto consensu, & congruitate appetitus sensitiui cum mente. In quo etiam sensu Tullius 4. Tusc. inquit: animi sanitas dicitur, cum eius iudicia, opinionisque concordant. Et in tertio Tusc. dicebat, animi sanitatem positam esse in tranquillitate quadam perturbationum, & in certa earundem recta constantia. Vnde eos animos sanos esse asserit, quorum mens motu, quasi morbo perturbata nullo est. Sana igitur est anima, cum appeti-
tus

Sanitatis
animi defini-
tio secundum
Platonem.

Secundum
Tullium.

Anima quæ
de sana di-
catur.

tus sensitiuus adeo est perfectus, ac domatus, siue ad optimura finem inclinatus, vt in omnibus rationi obediat. Est etenim à natura constitutum, vt tunc rectè fiant omnia, cum ipsa ratio iudicat, eligit, & præcipit necessaria media ad consequutionem optimi finis. Sic quoque natura vult, vt animæ inferior, ac imperfectior pars sit fidelissima rationis ministra, siue famula, & perfectum prudentiæ instrumentum. Cum itaque ita res se habeat, vt particulares appetitus actiones à prudentia dirigantur, naturalissimus est animi status. Nam, vt inquit Aristoteles *secundo magn. moral.* in re, in qua inueniuntur perfectiores, & imperfectiores facultates, semper dedit natura tali rei imperfectiores, vt perfectioribus subseruirent. Et hoc est, quod voluit Plato, cum dixit sanitatem animi consistere in naturali consensu, & congruitate facultatum cognoscitiuarum eiusdem animi; & quod Tullius significare voluit, cum dixit sanitatem animi esse concordantiam iudiciorum, & opinionum eius: cum scilicet motiones appetitus sensitiui concordant cum rectis iudiciis, ac præceptis intellectus.

Optimus animi status, temperantia & quid hæc sit, ex Platone.

Hunc optimum animi statum solet appellare Plato temperantiam. Nam *quarto de Repub.* temperantiam esse dicebat, veluti diuersarum vocum consonantiam, ac harmoniam illam, quæ dicitur *diapason*. Et in Cratylo explicans nomen Græcum temperantiæ, *Sophrosinem*, dixit significare, quasi salutem quandam, conseruationemque prudentiæ. Nam temperantia expellit à mente omnium perturbationum caligines, & expeditior ac purior manens, melius exercet officia prudentiæ, & ratiocinationis. Vnde non immeritò Pythagoras temperantiam esse dicebat omnium virtutum saluberrimam, & humanæ societatis conseruatricem. Qui quidem philosophi sumunt nomen temperantiæ in latissima quadam significatione: quatenus scilicet significat quandam animi concordiam resultantem ex omnium virtutum moralium conformitate, ac vnione: ita vt talis anima absolute, & simpliciter dicatur iusta, fortis, temperans, & prudens. Est etenim magis proprium, ac particulare temperantiæ significatum: quatenus scilicet

Temperantia proprium & particulare significatum.

solum significat vnā quatuor virtutum cardinalium, eam scilicet, quæ solam appetentem facultatem perficit, vt postea explicabimus, & anima, quæ solam hanc virtutem habuerit, non dicitur absolute sana. Nam quemadmodum is homo, qui hepar, verbi gratia, habuerit obstructum, etsi reliquas totius corporis partes sanas obtinuerit, non est sanus: sic non satis est vnā, aut alteram habere virtutem, vt absolute aliqua anima dicatur sana. Perfecta enim animi salus resultat ex debita omnium virtutum consonantia. Nam, nisi voluntas, quæ est subiectum iustitiæ, & facultas concupiscibilis, quæ est subiectum temperantiæ, & facultas irascibilis, quæ est subiectum fortitudinis, ita sint perfectæ à dictis habitibus, & inclinatæ ad illorum opera, vt in omnibus particularibus actionibus solum gubernentur secundum prudentiæ regulas, non dicitur anima absolute sana.

Anima non dicitur sana per vnā virtutem.

Præter sanitatem reperitur quoque in anima alius naturalis affectus, qui dicitur pulchritudo eiusdem animæ. Nam, cum dictum sit animam penes distincta organa diuersas habere facultates, ex quibus facultatibus, veluti ex quibusdam partibus integrantibus componitur, ex earumque facultatum recto consensu resultare animi sanitatem, vt in corpore ex recto consensu elementorum, & organorum: sic, vt in corpore, eiusdem pulchritudo resultat ex membrorum æqualitate, ac optima congruitate, digiti scilicet ad digitum, digitorumque omnium ad palmam, & ad manus articulum, & horum ad cubitum, cubiti ad brachium, & omnium denique ad omnia, vt in Policleti norma literis mandatum fuit, & in statua, iuxta eius libelli præcepta constituta resultauit: eodem quoque modo in anima ex congrua æquabilitate suarum omnium particularium actionum resultat quidam affectus, qui dicitur pulchritudo animi, & earundem actionum. Sæpiissime namque pulchras Plato appellat actiones: quando scilicet congrua æquabilitate efficiuntur. Vnde merito dixit, prudentiam esse animi pulchritudinem. Nam sola prudentia est, quæ pulchritudinem, siue congruam æquabilitatem actionibus animi tribuit. Materia namque, circa quam

Anima pulchritudo expenditur.

Prudentia, animi pulchritudo.

20 Tr.IV.de Ethica puerorum.

Illius obiecta.

versatur prudentia, sunt omnia obiecta appetitus concupiscibilis, & irascibilis, atque voluntatis. Est etenim certa ratio, ac regula omnium agibilium pertinentium ad propriam cuiuscunque vitæ, & felicem finem. Nam quamuis inchoamentum studiosæ cuiuscunque actionis incipiat à potentia appetitiua iam habitu perfecta, & ad rectum finem inclinata: perficitur tamen, & absolvitur ab ipsa prudentia.

Nulla virtus moralis sine prudentia, nec prudentia sine virtute.

Et hinc est, quod Aristot. & D. Thom. dicant non posse esse aliquam virtutem moralem sine prudentia, neque prudentiam sine virtute. Hoc enim verum esse patet, quia nullus homo potest optimum finem appetere, studiosamque actionem aggredi, nisi habitum virtutis iam obtineat: nam unusquisque, ut est habitus, siue affectus, ita desiderat, & iudicat de fine, ut Aristotel. docet. Quod autem non sit virtus sine prudentia constat, quia, ut inquit Aristoteles 7. eth. non dicitur aliquis prudens, quia scit, sed, quia est idoneus ad operandum; quod fieri non potest sine habitu virtutis appetentis, & sine habitu prudentiæ. Nam sola ipsa, ita perfecte disponit omnes humanos actus, actiones scilicet appetitus sensitui, ut ad felicem vitæ, cuiuscunque hominis, finem peruenire faciat. Hoc etenim est proprium prudentiæ munus: quamuis magis communiter dicatur prudentia virtus ea, quæ versatur circa ordinationem externorum actuum: ea scilicet, quæ non solum proprios cuiuscunque actus, sed aliorum quoque hominum actus moderatur, & ad debitum ordinem reducit. Nam in hoc sensu dixit Plato in dialogo de voto, utilissimum esse hominem prudentem sibi, & patriæ. Verè enim prudens, non solum suos, sed etiam alienos actus æquabiliter, & cum pulchritudine disponit. Vnde rectè dictum est prudentiam, aut esse animi pulchritudinem, aut saltem causam pulchritudinis animi, & eorum actuum.

Prudentia communiter accepta quæ virtus.

Prudens est sibi & patriæ utilissimus.

Et hæc dicta sufficiant de affectibus naturalibus animi.

CAPVT VI.

De natura, & differentiis animi morborum, tum etiam, & de eiusdem animi deformitate; ubi quoque multa dicuntur de intemperantia, & de incontinentia.

EX recta cognitione eorum affectuum, qui secundum naturam animo adueniunt, facile colligere, ac explicare possumus naturam, & essentiam eorum affectuum, qui præter naturam eidem animo contingere solent: morbi scilicet, & deformitatis. Nam cum animi salubris status tunc fiat, cum appetitiuæ potentiæ sunt ab habitibus moralibus ita perfectæ, ut in omnibus obediant rationis iudiciis: morbus eiusdem animi erit quicunque malæ habituatæ appetitiuæ potentiæ affectus despiciens rationis imperium. Quemadmodum enim corporis morbus est eiusdem corporis affectus præter naturam naturales actiones per se lædens: Sic animi morbus erit quæcunque appetitus sensitui perturbatio faciens dissentire, ac recedere ipsum appetitum ab imperio rationis.

Animi morbus unde dignoscatur.

Corporis morbus quid sit.

Plato verò, ut animi morbum definiat, adduxit generalissimam quandam eiusdem definitionem: quapropter inutilis erit, nisi ad animi morbum contrahatur. Dixit igitur morbum esse rei naturæ cognatæ ex aliqua corruptela dissensionem: quam definitionem adeo esse generalem asserit Galen. lib. 5. de decretis, cap. 1. ut omnes morbos comprehendat: omnes scilicet corporis, & animi morborum species, cæterorumque animantium, plantarum, & ciuitatum. Nam ciuitates eas, in quibus est seditio, aut intestinum aliquod bellum, agrotare etiam dicimus, propterea quod ea, quæ in ipsis cognata inter se natura sunt, in dissidium, ac pugnam venerint. Vnde, ut illa generalissima definitio reddatur propria morbi animi, dicere oportet, esse dissensionem, discordiam, ac seditionem facultatis appetitiuæ & rationis, propter corruptionem cognationis naturalis, quam inter se habere debent.

Morbi definitio ex Platone generalis.

Quomodo conueniat animi morbo.

debent istæ duæ potentia. Sed rectius est dicere proprium genus morbi animi esse perturbationem in communi, & diuersas perturbationes esse diuersas species morborum animi, vt ex Tullio colligitur. Tullius enim asserit eos animos sanos esse, quorum mens non est perturbata, eos verò, qui contrà affecti sunt, non esse appellandos sanos. Nam tales, inquit, qui, aut ira, aut libidine effrenati feruntur, ex potestate mentis exisse dicuntur, quia non sunt in mentis potestate, cui regnum totius animi à natura tributum est. Nam quemadmodum,

Sani animi qui dicantur Tullio.

Perturbatio omnis, iuxta Græcos, est animi morbus.

vt inquit, corporalis oculus conturbatus, non est probe affectus ad suum munus fungendum, & reliquæ partes, & totum corpus cum ab statu suo est motum, deest officio, & muneri suo: sic conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum, quod est ratione bene vti. Vnde ex sententia Græcorum affirmat omnem perturbationem esse animi morbum. Nam cum omnis perturbatio sit animi motus expers rationis, vel rationem ipsam spernens, vel rationi non obediens ob opinionem alicuius boni, aut mali, necessarium est, vt omnis perturbatio sit animi agrotatio. Nam in 4. Tusc. ex Zenone perturbationem esse dixit animi motum auersum à recta ratione contra naturam, aut esse appetitum, qui longius discessit à naturæ constantia. Et Plato in *Timeo* inquit: anima verò morbi, propter corporis habitum, ita nascuntur. Morborum anime dementiam esse censemus; eius genera duo ponimus, insaniam, & imperitiam. Quæcunque igitur passio alterutrum istarum infert, animi agritudo est nuncupanda. Idcirco voluptates, doloresque admodum vehementes morborum animi omnium grauissimi iudicandi sunt, &c. Aristot. 3. ethic. cap. 11. in-

Intemperantes, furantes.

Intemperantia est omnium perturbationum morborumque fons.

temperantes dixit esse furentes circa ventriculum, & lib. 1. magnorum mor. dixit omnes perturbationes esse agritudines, quia non obediunt rationi, cui ab ipso Deo totum animi imperium fuit commendatum. Vnde Tullius dixit, intemperantiam esse omnium perturbationum, omniumque morborum fontem. Adeo enim detestabile vitium est intemperantia, vt reddat homines promptissimos ad delectationes tactus, & gustus consequendas, & dolores fugiendos præter rationem. Quod ita proteruè facere cogit, vt nullo modo pœniteat homines talia egisse. Nam, vt inquit Aristot. 7. ethic. cap. 7. intemperans est, qui voluptatum exuperationes, aut superantes volupta-

Intemperans qui dicatur Aristoteli.

tes, ob delectationem, atque ob ipsas, & ob nullam aliam rem inde propenientem persequitur. Vnde intemperantes, ita vehementer ægrotant, vt eodem modo incurabiles sint, ac ij, qui corpore ægrotantes se ægrotare nullo modo sentiunt. Nam quemadmodum hi nullum appetunt, nec quærunt suæ agritudinis auxilium: sic nec intemperantes, quia ipsos nullo modo pœnitet aliquid egisse contra mentis dictamen. Vnde merito Arist. 7. ethic. cap. 8. dixit intemperantiam similem esse tabi, aut hydropi, & cap. 10. eiusdem lib. asseruit, similem esse ciuitati, quæ legibus vitur, sed prauis. Intemperans enim prauas habet leges viuendi: differt verò ab incontinenti. Nam quamuis hic quoque à cupiditatibus vincatur, vt intemperans, non tamen ipsas persequitur, ob delectationem, aut propter leges, quas habet, sed quantumuis resistat, vincitur tandem à vehementibus cupiditatibus, vt ille, qui risum detinere cupiens, tandem prorumpit vehementi quodam risu. Vnde incontinens cognoscit se errare, & pœnitet se errasse, & ideo licet ægrotet, curabilis tamen est.

Cui similia.

Intemperantis ab incontinenti diff. crimen.

Incontinens cui similia.

Quare Aristot. dixit incontinentem esse similem illi, qui habens habitum sciætiæ, non contemplatur propter somnum, aut propter vinolentiam. Nam, quamuis incontinens sciat deterrimum, verbi gratia, esse statim à prandio coire, vincitur tamen à vehementi cupiditate, & veluti ebrius operatur. Quamuis enim pro tunc, veluti obliuiscatur propositionis vniuersalis, quam scit: ipsam tamen non deserit, atque propterea postea pœnitet. Quapropter maxima cum proprietate dixit incontinentem similem quoque esse homini epileptico, qui non semper, sed per interualla capitur paroxismo. Et similiter asseruit similem esse ciuitati habenti bonas leges: ipsis tamen non videnti, vt Anaxandrides facere suaserit, dicens: *Vrbs consultabat, legesque negligit almas.*

Intemperantia est morbus habitualis animi respondens corporali marasmo.

Nos autem dicimus intemperantiam esse morbum habitualem ipsius animi correspondentem corporali marasmo, quia nullum sentit dolorem de inobedientia quam habet appetitus aduersus rationem, vt accidit hecticis. Concedimus quoque intemperantiam esse, quasi primam radicem omnium affectuum, siue perturbationum, quia per intemperantem vitam plures, & vehementiores

Est quasi prima omnium perturbationum.

Incontinentia
partim in fieri,
partim in facto.

Morborum
tunc corporis
tunc animi
origo & genera.

Deformitas
animi unde
ariatur.

oriuntur affectus utriusque appetitus, ut cum Platone dicebamus. Pluralitate enim actuum magis disponuntur organa, ut verbi gratia pluribus actibus iracundiae multo calidius efficitur cor, & consequenter magis promptum ad irascendum, & idem de reliquis organis dicendum est. Incontinentiam verò dicimus morbum, partim in fieri, & partim in facto, & facile curabilem. Cum igitur intemperantia sit auersa à praecriptionibus rationis, ipsamque rationem ita disponat, ut nullo modo possit perturbationes regere, ac gubernare: hinc est, quod perturbationes omnes ab ea gigni dicantur. Nam temperantia inflamat omnia, conturbat, & concitat. Et quemadmodum, ut inquit Tullius, quando in corpore tota massa sanguinaria, aut cum bilis, aut pituita redundat, morbi nascuntur: sic prauarum opinionum conturbatio, & ipsarum inter se repugnantia sanitate animum spoliatur, morbisque perturbatur. Constituit verò Tullius in animo varia morborum genera, ut in corpore constituunt medici. Alij enim ipsorum animum reddunt, veluti tabidum, ac frigidum, quoad exercitium suarum actionum, ut faciunt omnia genera timoris, tristitiae, & inuidiae: alij vero eundem efficiunt calidum, & siccum, & in tumorem eleuant, ut iactatio, quae est voluptas gestiens, & se efferens insolentius, & sic de ceteris. Nam haec dixisse, exempli gratia, satis est.

Deformitas autem animi oritur ex inaequalitate, & imprudentia singularum actionum. Efficit enim actiones animus non ita congruè, ut decet, ideoque deformis dicitur. Vnde Plato in *sophista* dixit ignorantiam esse animi turpitudinem. Inquit enim: *animam igitur ignorantem, incoccinam, atque deformem vocare decet*. In dialogo verò de *temperantia*, animi docilitatem pulchritudinem esse asserit, & eiusdem animi hebetudinem, ac tarditatem ait, & idem de solertia, & tarditate, & de cita, & segni reminiscendi actione dixit. Ex quibus exemplis reliquas omnes animi turpitudines, siue deformitates cognoscere licet. Sed ad nostrum institutum adimplendum satis esse videntur ea, quae dicta sunt de animi naturalibus,

& praternaturalibus
affectibus.

* * *

CAPVT VII.

De necessitate, & utilitate bonae puerorum educationis, ac de male incommotis; & de causis difficultatum, ob quas in primo septenario bonam educationem admittant pueri, & ad malam facile ferantur, & quod bona debeat ab utero exordiri, licet in toto primo septenario nullum vitium, nec virtutem moralem consequi possint, & quod omni bestia sint intractabiliores pueri.

Cum nec de productione moralium virtutum, nec de vitiorum praecautioe aliquid certi dicere poteramus, absque integra cognitione perturbationum, earundemque causarum, & absque intelligentia eius modi, quo animus ab eisdem perturbationibus laedatur, deformisque fiat: propterea, antequam in particulari iter docere aggredieremur, quo puerorum animi, simul cum corporis sanitate, robusti, ac sani animo aduersus vitia statim à principio efficiantur, prius egimus de perturbationum natura, & causis, de animi sanitate, & morbo, pulchritudine, & deformitate: quibus intellectis descendere iam oportet ad institutionem primae pueritiae partis, quae extenditur ab ortu vsque ad septimum annum. Caterum antequam de institutionis modo in particulari agamus, conuenit aliqua prius docere, quae necessaria sunt ad particulare educationis exercitium.

In primis igitur omnes oportet mone-
re parentes, quod statim, ac ipsis aliquis nascitur filius, de eo maximam concipiat spem, credantque eximium virtute, & sapientia virum euasurum, si ipsum bene instituerint, ut inquit Quintilianus. Nam, cum ita naturale hominibus sit ratione uti, ac est auius omnibus volare, necessarium est existimare, quod quemadmodum rarissime nascuntur aues ineptae ad volandum: sic rarissimi nascantur homines, qui, si rectè educantur, inepti sint ad rectum rationis

Ratio homi-
nibus ita na-
turalis est,
ac volatus
auius.

rationis vsum. Nam quamuis aliqui nimis rudes, hebetes, ac duri sint, ad eruditionemque inepti in principiis videantur, omnes tamen vincuntur difficultates optimo rerum vfu diutius perseuerante, exemplo, & imitatione. Nam, vt Aristot. *lib. 1. met.* docet, omnes homines natura scire desiderant. Vnde, quamuis nimis sit laboriosum, cuicumque patrifamilias alere filios, & ad vitæ rectitudinem eosdem ducere, propter causas, quas postea dicemus, tantum tamen posuit natura in ipsa paternitate filiorum amorem, vt non solum homines, sed etiam omnia fere bruta animantia in filiorum defensionem mori non dubitent. Vnde crudelior quacunq; fera erit ille pater, qui saltem primam istam bonam educationem suos filios docere non conetur. Est etenim ista primæ educationis pars omnibus pueris foeminis, & masculis communissima, maximeque necessaria. Nam quemadmodum, si statim à principio tenerum infantium corpusculum non formetur strenua diligentia, & arte, deformitatem, & incurabiles morbos contrahere solet: similiter animus in vitia, rebellia, ac incurabilia incidere solet, si statim à principio non rectè educatur, atque formetur. Imo tanto maiori cura animus, quàm corpus, rectè informari à principio debet, quanto ipse dignitate superat illud.

Cum igitur animus à principio, nec vitiis, nec virtutibus sit occupatus, vt inquit Seneca *cap. 94.* & nos in *cap. superiore* diximus, vitia, & virtutes non nascuntur nobiscum, sed postea nobis superueniunt, vt dicemus, ideo horum duorum contrariorum habituum prius animus cum recipiet, si sine ductore procedat, ad quem, propter materiales dispositiones, fuerit magis inclinatus, ac pronus; sed talis mansit humanæ natura post peccatum primorum parentum, vt quamuis nullum sit vitium morale ipsi connaturale: magis tamen sit ad vitium, quàm ad virtutem prona. Vnde qui sine bonæ educationis fræno aluntur pueri, vt arbores campestris, plerunque labuntur in vitia, inutilemque, & amarum ferunt fructum. Nam, vt inquit Plato *lib. 2. de Rep.* ad vitium peruenire facile est. *Plana enim est via, & admodum prope ipsum habitat vitium: ante virtutem autem Dijs sudorem posuerunt. Talem enim habet humana natura compositionis modum, vt primo impetu magis inclinetur ad vitia, quàm ad virtutes capeffendas.* Prima

enim basis, ac primum cementum totius compositionis humanæ est subiectum appetitus sensitui. Nam, vt dicebamus, prius tempore sunt organa, in quibus residet appetitus, anima ipsa. Vnde non mirum est, si primum incitamentum ad brutales appetitiones, oriatur ab ipso appetitu, qui ex sua propria natura ad delectabilia fertur, & refugit laboriosa, vt apparet in brutis, & in pueris ante vsu rationis, in quibus solus appetitus sensituius iubet, ordinat, & exequitur. Nam, vt docet Aristot. *7. ethic. cap. 3.* bruta, pueri, & admodum deliciofi homines solum ad singularia attendunt, quibus solus sensus præsidet. Vnde quemadmodum in brutis, illico ac genitus est appetitus, oritur prosequutio, quia in ipsis non est alia facultas deliberandi, præter appetitiuam: sic etiam fit in pueris. Nam facultas appetitiua est prior gubernatrix ipsorum. Vnde moderatio appetitionum, quæ fit in adultis à ratione, est contra impetum appetentis facultatis. Propter quæ Aristot. *lib. 1. mag. mor. cap. 9.* probat homines esse natura proniores ad intemperantiam, quàm ad decus capeffendum. Et *lib. 6. polit.* reddens rationem, ob quam legislator non debeat concedere, vt vnusquisque viuat ex libito, inquit, id fieri debere, quia omnibus hominibus insita est malitia. Quod dixit, quia insita in nostrisque visceribus radicata ex generationis principiis, est facultas ea, quæ semper impellit ad malum.

Cum igitur in pueris nullo modo vigeat ratio, quæ est frænum facultatis impellentis ad malum, sed eorum animi, quo ad actiones, parum differant à belluarum animis, vt Aristot. asserit *8. de hist. an. cap. 1.* necessarium est, vt statim à principio ab externo ductore regantur: qui quidem virtutem versus ipsos retrahat, & à vitiis separet. Nam, vt inquit Quintilianus, natura tenacissimi sumus eorum, quæ rudibus annis percepimus, vt sapor, quo noua vasa imbuas, durat: nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt. Et hæc ipsa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora sunt, & bona facile mutantur in peius, & vitia difficulter mutantur in virtutes. Quapropter merito iubet, vt dum infans est homo, non assuescat iis, quæ ad perfectum modum viuendi postea obliuisci sit necessarium.

Quapropter attendere maxima cum vigilan

Homines natura scire desiderant.

Vis amoris paterni erga filios.

Cum in animo prius recipiatur vitium quàm virtus.

Appetitus sensituius in brutis & pueris solus iubet, ordinat & exequitur.

Homines natura proniores sunt ad intemperantiam quàm ad decus.

Pueri ratione carerent, parumque differunt à belluis.

Deteriora tenacius hærent, bona facile mutantur in peius.

Qualis fuerit educationis

24 Tr.IV. de Ethica puerorum.

*principiū, ta-
lia erūt qua
sequuntur.*

*Educationis
bona quantū
mon. entum,
& quanta
mala perni-
cies.*

*Quanta Rei-
publica bona
ex bona
puerorum e-
ducatione.*

*Actio huma-
na que pro-
prie appellā-
da*

vigilantia oportet, vt rudibus istis, teneris-
que animis statim à principio ea demon-
stretur via, quæ in omnibus agendis rebus
ducat ad perfectionem. Nam, vt inquit
Plato *de rep. quale cuiusque fuerit puerilis
educationis initium, talia fore etiam, quæ se-
quuntur, &c.* Quod docuerat Salomon in
Prouerbiis dicens: *Adolescens iuxta viam
suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.*
Et in Eccle. *filij tibi sunt? erudi illos à pueri-
tia eorum,* &c. Quod quidem verum est.
Combibimus enim malam, aut bonam
pueritiæ educationem, & nobiscum ac-
crescit, vt morbus congenitus. Nam, si ab
vngulis statim iacta fuerint virtutis funda-
menta, solent homines per totam vitam
esse amantes iustitiæ, & cæterarum virtu-
tum, & è contra, vt dicemus. Tanti verò
momenti est puerorum bona educatio, vt
dicat idem Plato 7. *de leg. nec ignoret, quod
si pueritia rectè educata sit educeturque, omnis
in vita recta sit nauigatio. Sin quid contra se-
quatur, nec dictu dignum est, nec nos dicimus
perniciosum in ciuitatem nouam omen fugien-
tes,* &c. Quibus verbis totius vitæ felicitate
tem felicitatisque verum fundamentum
esse affirmat bonam pueritiæ educatio-
nem: à mala verò educatione tantam vi-
tæ infelicitatem prouenire inquit, vt nec
dictu dignum sit, nec ipse tam perniciosum
omen nouæ ciuitati, quā condere decre-
uerat, declarare audeat: quamuis tacen-
do satis eius malignitatem significauit.
Verborum enim illa suspensione magis
insinuatur animi affectus, quàm eorun-
dem verborum multa reduplicatione.
Ostendit igitur Plato illa verborum sus-
pensione, infinita euenire mala ex vitiosa
pueritiæ educatione.

Ex bona igitur educatione multa eue-
niunt, non solum educando puero, sed to-
ti quoque reipublicæ bona. Nam per ip-
sam peruenit homo ad moralem perfe-
ctionem, quæ sibi, & reipublicæ utilissima
est, per hoc enim iter ad complementum
perfectionum, ad vltimamque felicitate
ascenditur, quæ est secundum ratio-
nem operari. Nam cum soli menti dederit
naturæ sceptrum, & imperium super om-
nes sensitiuas appetitiones, tunc erit que-
libet natura humana in sua felicitate, in
suoque naturali statu, cum mens omni-
bus dominabitur sensibus, & hi famulorū
munus solum exercebunt. Quo quidem
tempore omnes ex actiones, quæ per an-
tonomiam dicuntur humanæ, eduntur
studiosæ. Quamuis enim communissima

quadam ratione humanæ actiones dicantur
omnes ex, siue bonæ, siue malæ sint,
quæ egrediuntur ab homine vtente ratio-
ne, & ea deliberatione, qua distinguitur à
brutis: propriè tamen loquendo, ea sola
actio humana vocatur, quæ fit iubente,
vincentēque ratione, nullisque affectibus
perturbata. Huius igitur felicitatis ini-
tium, & ferè totum, vt dicemus, est bona
puerorum educatio.

Mala autem institutio puerorum ad
contrarium dirigit finem. Per hanc enim
peruenit homo ad tyranniam, infelicem-
que vitam, quæ sibi laboriosissima, & rei-
publicæ pestis erit. Nam homo, qui vi-
uit, vt brutum, secundum scilicet sensua-
lem appetitum, est sicut equus, aut mulus,
& qualibet ferarum malignior. In primis
verò, quod etiam si iste brutalis viuendi
modus iocundus aliquo modo videatur,
fit tamen laboriosissimus ei, qui tali vi-
uendi modo vitam traducit, vt constat,
ex vita tyrannorum. Nam quemadmo-
dum tyrannus rempublicam vexat: sic
quoque, qui viuit vt brutum, seipsum tor-
quet. Est etenim talis viuendi modus hu-
manæ naturæ violentus. Nam quando
appetitus sensitiuus captiuam habet ra-
tionem, violentiam patitur quælibet hu-
mana natura, perinde, ac cum quælibet
res naturalis est extra proprium locum,
vel vt respublica ab infimis, ignorantibus-
que ministris gubernata habentibus legi-
timum, ac prudentem dominum captiuū.
Hinc igitur fit, vt talis homo perpetua, ac
horribili anxietate, & pugna prematur, &
per varia incommoda ad infelix deue-
niat præcipitium. Vnde sapientissime
monet Plato: talem scilicet cuiuscunque
expectandam totius vitæ nauigationem,
vltimumque suæ nauigationis portum,
qualis fuerit pueritiæ educatio. Aristot.
quoque *in libris politicis*, siue *de republica*
multoties, ac maximè commendat bo-
nam pueritiæ educationem. Et lib. 10.
ethic. docet, cum magna difficultate ado-
lescentes posse ad virtutem adhortari, nisi
bene in pueritia fuerint educati. Nam
cum plerisque hominibus, præsertim iu-
uenibus, maximè sit accliuæ, ac iniocun-
dum, modestè viuere, necessarium est, vt
statim à pueritia assuefacti sint ad mode-
stum, temperantemque viuendi modum.
Nam, vt inquit Aristot. *dolorem non faciet
temperatus viuendi modus, si à pueritia fuerit
assuetus.* Vt enim inquit 2. *eth. c. 1.* Multum re-
fert vt homines ab adolescētia sic, aut sic assue-
cant.

*Qua mala
sequantur
malam pue-
rorum insti-
tutionem.*

Vitiosum à principio, bonum non assequitur finem. *cant. Et lib. 5. polit. probat impossibile esse, ut bonum habeat finem id, quod à principio fuit vitiosum.*

Quapropter, ut refert Plutarchus, philosophus quidam nomine Crates in eminentioribus civitatis locis constitutus, magnis vocibus ac vehementissimo mentis conatu cives omnes reprehendebat eo, quod magno studio suis filiis opes accumulare conarentur, ipsorum vero filiorum nullam haberent curam. Quod nihil aliud esse videtur, quam magna diligentia pretiosas quærere vestes alicui corpori, quod ob studium quærendarum vestium gangrena corrumpi sinatur. Imo diuitiarum parentum celerioris corruptionis causæ sunt filiis turpiter educatis. Nam, ut inquit Seneca, opes in similibus hominibus aptissima sunt vitiorum instrumenta. Vnde Plato tanto magis perniciosas esse diuitias asserit, quanto à malignioribus hominibus possideantur: lib. enim quinto de leg. monet, nullum parentum debere incumbere in accumulandis pecuniis filiorum gratia, ut ditissimos scilicet ipsos relinquat. Nam, neque eisdem filiis, neque civitati hoc conducere affirmat. Solum enim conducere iuuenibus inquit, quod alantur adulatione vacui, & rerum necessariarum non egeant. Nam talis adolescens ditissimus, & optimus, ad omniaque consonans erit & vitam à doloribus tutam habebit. Vnde concludit dicens: liberis ergo non auri, sed pudoris multum oportet relinquere, &c. Nam, ut iterum dixit, sine pudore, & sine iustitia, neque sanitas, neque vita ipsa, etiamsi esset æterna, bona sunt, ut 2. de leg. probat. Vnde parentes omnes in suis alendis filiis, prius attendere debent ad virtutum, quam ad diuitiarum cumulum. In studiosis enim filiis mediocritas pecuniarum prodest: in vitiosis verò corrumpuntur pecuniæ, sicut vinum in dolio, in quo est aliquod corruptionis fermentum, & subito diffluunt, sicut vinum ex perforato dolio. Vnde parentes, qui multum aurum filiis vitiosis accumulanti, eodem modo peccant, ac si quis gladio rubigine omnino corrupto pretiosissimam pararet vaginam. Quapropter merito condolebat Crates, quod videret parentes, neglecta suorum filiorum bona educatione, innumerabilia committere scelera genera, ut

Diuitias eo perniciosiores quo à malignioribus possidentur.

Qua ratione vitales iuuenibus.

Parentes in educatione filiorum virtutem prius quam diuitias considerant.

corruptis, superbisque filiis multas accumulare diuitias. Longè enim tutius est tali, tantaque cura educare filios, quod ipsi proprio studio propriaque virtute sciant acquirere sibi cum honore omnia necessaria, quam, eisdem multa relinquere, ut magis vitiosi reddantur, & eadem subito dissipent, & ad miserrimum deveniant statum, miseramque senectutem obtineant: plenam scilicet dedecore, & molestissimis curis. Nam, ut inquit Plato libro primo de republ. soli ij. iucundam obtinent senectutem, qui nullius iniuriæ sibi sunt conscij. His enim solis semper adest spes incanda felicitis exitus. Talem namque spem solam esse ait optimam senectutis nutricem, ideoque maximè laudant Pindarum quod cecinerit quemcunque hominem iuste, sancteque viventem comitari dolcenti spem, quæ semper nutriet cor eius, & foueat senectutem. A tali namque spe potissimè gubernari volubilem animam affirmat. Ad eodè verò turpiter peccant parentes, qui accumulationem pecuniarum virtutibus filiorum anteponunt, ut non solum ab externis reprehendantur, sed ab eisdem filiis postea maximè carpan- tur, ut aduertit Plato in dialogo de fortitudine dicens: quare & horum nos pre- det, & parentum nostrorum negligentiam sæpe culpamus, quod nos, postquam adoleuimus, in molliæ quadam, & deliciis, vivere permiserunt rebus aliorum inter- im intenti.

Senectutem iucundam qui soli assequantur.

Parentes peccata in acquirendis pecuniarum acervu, etiam à filiis reprehensa.

Cum igitur dictorum vitæ exituum initium plerumque sit bona, aut mala pueritiæ educatio, necessarium est, multoties repetere curam, quam parentes debent habere de bona suorum filiorum educatione. Propter quam causam Plato, quidè optima rei publicæ constitutione optimè omnium scripsit, eligere iussit, libro sexto de legi. quamplurimos magistratus: prastantissimum tamen omnium esse dixit eum, qui curam, ac providentiam, de bona puerorum institutione, haberet. Iussit verò hunc supremum magistratum obtinere varios ministros: scilicet, quarum vaequæque curam haberet visitandi nutrices illius civitatis partis, quæ ei esset commendata. Inquit igitur Plato cogitare debet, & qui eligit, & qui eligitur, hunc magi-

Parentes nunquam satis solliciti de filiorum suorum institutione.

Qualis magistratus eligendus ad puerorum institutionem ex mente Platonis.

26 Tr.IV. de Ethica puerorum.

stratum omnium summorum magistratum esse admodum præstantissimum. In omnibus quippe viventibus prima ipsa germana, si apte cæperint, ad naturæ suæ virtutem vim habent summam ad finem sibi debitum imponendum. Quod, & in plantis euenit, & in brutis, tum siluestribus, tum mansuetis, & in hominibus. Hominem autem mansuetum animal esse dicimus: porro, si cum natura fœlici, rectam quoque disciplinam fuerit assequutus, in diuinissimum, mansuetissimumque animal solet euadere: si verò non satis, aut non bene fuerit educatus, ferocissimum omnium, quæ in terris nascuntur animal redditur, &c. Quibus verbis bonæ educationis pueritiæ curam anteponendam esse affirmat omnibus aliis ad rempublicam attinentibus actionibus, ideoque vigilantissimum, prudentissimumque omnium magistratum ad hoc munus eligi iussit. Nam quemadmodum, si reliquorum omnium viventium prima germina statim ab ortu rectè gubernentur, fœliciter ad suos vsus ad finemque sibi debitum perueniunt: sic etiam hominibus euenire affirmat. Nam, si cum optima natura, rectam quoque statim à principio pueritiæ educationem consequatur, in diuinissimum, mansuetissimumque animal solet euadere: sin minus in omnium ferocissimum, perniciosissimumque. Illud enim, quod in rerum creaturarum natura maximam habet ad aliquod bonum opus vim, maximam quoque ad eiusdem operis contrariam obtinet facultatem. Nam quando id, quod est optimum, deprauatur, transit in contrarium, ut cum sanguis corrumpitur, efficitur ex utilissimo alimento mortale venenum. Vnde Aristoteles rectissime dixit 7. ethic. capite 6. hominem malum millies plura mala, quàm fera facere posse: præsertim si diues, ac potens sit.

Contrariorū
ad inuicem
vix.

Platonis cō-
clusio quoad
bonam edu-
cationem.

Concludit igitur Plato in loco adducto bonam educationem puerorum procurandam esse, tanquam optimum, ac firmum bonæ reipublicæ cementum, & ut ipse multoties ex Hesiodo repetere solet, dimidium facti, qui bene cæpit, habet. Et, ut inquit 4. de rep. si respublica semel cæperit bene, producit, tanquam circulus semper augescens. Quippe educatio, eruditioque bona seruata, ingenia quoque bona efficit. Rursus bona ingenia educationem idoneam consequuta, meliora

etiam, quàm prius euadunt, tum ad alia, tum ad filios generandos, quemadmodum in cæteris animalibus, &c. Idem quoque docuit Aristoteles in libris politicorum. Ibi enim asseruit maximè necessariam esse eam educationem, quæ pueritiæ ad bonos ducat mores. Nam melior mos causa est melioris reipublicæ. Particula enim ciuitatis vnusquisque est. Vnde, si vnusquisque puerorum in vna ciuitate nascentium bonus euadat, optima ex omnibus constitueretur respublica. Quapropter Marcilius in argumento 4. de rep. inquit: quoniam verò messem frustra sperat, qui negligens fuit in seminando: idcirco totum studium circa pueritiæ, adolescentiæque adhibendum esse iudicat Plato, quasi circa sementem urbana messis. Adeo, ut circa verborum, ludorum, gestuumque singulorum ratio diligens circa pueros, adolescentesque habeatur. Alioquin, si negligatur hæc ætas, non aliter circa leges quotidianas frustra laboratum iri, quàm si quis phar-macis eum quotidie curare contenderit, qui nullum seruat in victu temperantiæ modum, &c.

Optima Rei-
publica con-
stitutio ex
vniuersis
que puerorū
optima insti-
tutione.

Tanti verò fecit Plato diligentiam, quam circa puerorum bonam educationem debent adhibere parentes, ut eam incipiendam esse iubeat antequam pueri egrediantur ab utero. Lib. enim 7. de leg. inquit: Ego verò, nisi vererer, ne forte iocari vobis videar, dicerem utique, grauidas etiam mulieres maximè omnium illo anno ita regendas esse, ut neque ad voluptates multas, furiosasque ferantur, neque doloribus agitentur, sed tranquillam, pacatamque vitam agant, &c. Quibus verbis commendat Plato prægnantium mulierum temperantiam, quia certum illi erat matris affectus ad filios transire. Sic quoque quia sciebat à pueris fugi ex mammis affectus; propterea 7. de leg. multum commendat nutricibus modestiam, & continentiam. Vnde, ut totius ciuitatis nutrices ad harum virtutum obseruantiam cogerentur, præcipit eligere magistratum quendam mulierem, quæ omnibus præsideret nutricibus, & eam, quæ suum munus non rectè adimpleret, & leges nutricis frangeret, puniret. Propter quam quoque causam dixit Quintilianus Chrisippum iussisse prudentes, & optimas, quantum res pateretur, eligere nutrices. De eisdem verò pueris iam ablatis in Prothagora siue

Quædam di-
ligentiam ad-
hibere debet
parentes ad
educationē
piorum.

Magistratus
qui præside-
ret nutrice-
bus olim e-
lectus.

De pueris iā
ablatis in
gregibus Pla-
tonis locus.

siue sophistæ, inquit Plato: *existimare debet, Socrates, à teneris annis vsque ad vitæ finem erudiri eos, atque moneri. Nam cum primum puer, quæ dicuntur intelligit, mater, pædagogus, & pater ad hoc omni cura, studioque contendunt, ut in singulis, tum verbis, tum operibus optimus puer euadat. Sigillatim enim monstrant, quid iustum, quid turpe, quid sanctum, quidue prophænum sit, quæ agenda, & quæ non. Quibus, si obtemperet puer, bene secum agi putant: sin renititur, tum veluti contortum, obliquumque minis, plagisque dirigunt, &c.* In quo loco docet in primis continua, perpetuaque eruditione indigere pueros, à teneris scilicet annis vsque ad vltimum vitæ: sed in particulari iubet, quod illico, ac ea, quæ dicuntur intelligere incipit puer, omnes circumstantes habeat magistros, qui omnes ipsum doceant id, quod est iustum, modestum, siue honestum, & quid iniustum, turpe, ut hoc fugere, & illud amplecti conetur: eundem quoque per politum loquendi genus doceant, ne turpia, barbara, & inconcinna addiscat verba: imò si simili loquendi genere vtatur, ipsum reprehendant & emendent. Quod etiam in operandi modo debent obseruare circumstantes. Nam quamuis his monitionibus nondum possint pueruli virtutes acquirere: sunt tamen eadem monitiones prima virtutum semina, quæ virginalibus illis mentibus infundere statim à principio oportet, ut sensim accrescendo optimum fructum suo tempore ferant. Nam cum pueri solum gubernentur, ut bruta, secundum scilicet appetitum sensitium, in quo nulla est electio, quæ est præceptio vnus, aut alterius rei respectu plurium rerum operante ratione: quod quidem nullo modo attingere potest appetitus sensituius, cum ex sua natura ad vnum sit determinatus: hinc fit, ut per primam istam educationem non possint in puerulis generari virtutes morales. Satis enim est præcepta quædam ipsos docere, quæ postea frequentibus monitionibus veluti reuiuiscant, ut sopitus ignis frequentibus flabellationibus reuiuiscere solet.

Electio nulla in pueris, & quid hac sit.

Perturbationum cohibitio in pueris fit sicut in brutis domesticatio.

Fit autem in pueris perturbationum cohibitio eo ferè modo, quo in brutis fit domesticatio. Nam, ut inquit Aristoteles 3. ethic. capite vltimo, pueri sola cupiditate viuunt. In ipsis enim adeo viget appe-

titio earum rerum, quæ sola voluptate afficiunt, ut nomen intemperantiæ ad ista puerilia transferatur: propter maximam scilicet similitudinem, quam seruant homines intemperati cum pueris in complacentia. Vnde iubet intemperantem, & puerum eodem modo castigandos esse, propter dictam similitudinem: quia scilicet ambo æquè concupiscunt turpia, & quia si talis concupiscentia sine reprehensione maneat, magnum in dies suscipit incrementum, atque luxuriat. Nam voluptatum appetitio est insatiabilis, & vndique homini imprudenti aduenit, & ipse cupiditatis actus auget id, quod eiusdem generis est, idemque de iracundia dicere oportet. In pueris verò harum passionum refrænatio maxima cum difficultate fit: nam cum pueri non solum, ut bruta, sed, ut ebrij procedant, quibus nullus est internus gubernator, qui detentis monitionibus possit excitari ad cohibitionem appetitionum, sed solum externis minis, ac plagis à suo naturali, feruentique impetu sint detinendi, semper præsentem indigent correctore. Vnde merito Plato 3. de rep. dixit laboriosissimam esse rationem gubernandi pueros in eo temporis spatio, quod est inter eorum generationem, & disciplinam, id est toto eo tempore, quo ducuntur sine rationis vsu, ut bruta, vel, ut ebrij, ut inquit Plato.

Pueri & ut bruta & ut ebrij procedunt.

Puerorum gubernatio laboriosissima est.

Imo in hoc tempore multo magis agrestes, atque rebelles esse pueros ad correctionem, quàm bruta, monuit Plato 7. de leg. dicens: *est autem puer omni bestia intractabilior. Nam cum prudentiæ fontem nondum perfectum habeat, insidiosissimus est, acerrimusque, & petulantissimus omnium bestiarum, ideo multis quasi frenis vinciendus est. Et cum primum à matribus, nutricibusque seiungitur, pædagogis cum ad puerilem lasciuiam regendam commendare oportet, &c.* Idem ostendit 2. de leg. nam quamuis, ut ibi probat, nullum animalium, præter hominem, capax sit harmoniæ, rythmiue, id est ordinis, defectusque ordinis in ipsis moribus: pueros tamen inquit, nec posse corpore, nec voce quiescere, sed moueri semper, & loqui velle, gestire, exultare, & cū voluptate saltare, ludere, & variis vocibus cōclamare nō cessat. Et Arist. 8 poli. c. 6. monet, quod pueri seper in aliqua occupatione detineantur, ne frā-

Pueri omni bestia intractabiliora.

Semper occupati.

28 Tr. IV. de Ethica puerorum.

gant ea omnia, quæ sunt domi. Nescit enim pueritia quiescere. Ex quibus omnibus certissimum est puerilem naturam multo rebelliores esse ad domandum, ac dirigendum, quàm sit equina, aut alia quæcunque brutalis natura, quo fit, ut simpliciter necessarium sit quod statim, ac à nutricibus seiunguntur, gubernatoribus tradantur, de quorum conditionibus, & usu dicere tempestivum.

CAPVT VIII.

Quod deterius sit sinere pueros sine pædagogis, quàm sinere oues sine pastore, seruos sine domino, & uxores sine marito; & quod oporteat pueros perficere circa corpus, circa potentias irracionales, & rationales; & quod discrimen versetur inter pedotribam, pædagogum, & præceptorem; & quod virtus sit perfectior ipsa natura, nobilitate, opibus, & quacunque arte; & quod antiqui philosophi cognouerint Angelum custodem.

Quamuis multa in superiori cap. de necessitate, & utilitate rectæ puerorum educationis diximus: oportet tamen de eisdem magis in particulari agere, & docere quantæ sit utilitatis, ac necessitatis, ut pueri statim, ac seiunguntur à nutricibus, pædagogis applicentur, qui eos erudiant, ipsorumque appetitiones coerceant. Nam, cum, ut diximus ex Platone, talis sit puerorum conditio, ut nisi perpetuò frænâ constringantur, ac vinciantur, contorsionem, obliquitatemque animorum acquirant: hinc est, quod potissima conditio ad eorundem animorum rectitudinem consequendam sit, ut nunquam suo sinantur arbitrio, sed perpetuum habeant iuxta se peritum gubernatorem, correctorem, totiusque vitæ testem, qui loras appetitus concupiscibilis, & irascibilis eorundem puerorum in manu tenens, modo easdem laxet, modo constringat, modum vnum versus,

modo alterum latus diuertat, ut facit is, qui iugam equorum gubernat. Nullum enim viuientium, ut diximus, tam præsentem indiget correctore, siue magistro, ut ad perfectam maturitatem, ac mansuetudinem deueniat, quàm puer. Vnde rectissime dixit Plato 7. de leg. quoniam, nec pecudes, nec alia prorsus vlla sine pastore viuere debent, nec pueri etiam sine pædagogis sint, nec absque dominis serui. Magis enim pueri sine pædagogis deprauantur, ac perduntur, quàm pecudes sine pastore, & serui sine dominis, & uxores sine marito. Distorquetur enim facilius pueri animus, quàm anima cuiuscunque bruti. Nam multo maior est facilitas, impudentia, malignitas, & astutia, qua feruntur ad delectabilia, & fugiunt laboriosa pueri, quàm quodcunque brutorum animantium. Quamuis enim pueri, & bruta ducantur sola appetitus sensitiui motione, ut sæpius dictum est: propter maiorem tamen perfectionem externorum, & internorum sensuum, & propter maiorem spirituum tenuitatem, & nigrorem, difficilius pueri, quàm bruta à suis appetitionibus possunt reuocari. Maiorem enim delectationem, vel dolorem percipiunt ab obiectis sensibilibus, quàm bruta. Quapropter perpetuo indigent gubernatore.

Vtebantur verò antiquissimæ Respublicæ ad puerorum educationem vario ministrorum genere: potissime tamen præceptoribus, pædagogis, & pedotribis. Nam cum in homine tria sint, quæ perfectione indigeant, corpus scilicet, irracionales facultates, & mens, distincto utebantur ministro ad consequutionem perfectionis vniuscuiusque harum rerum. Mentis enim cultores sunt præceptores, qui docent omnes intellectuales habitus: irrationalium autem facultatum directores, potissime sunt pædologi, quemadmodum pedotribæ sunt, qui corporis perfectionem curant. Nam cum variae exercitationis differentiarum potissimæ causæ sint corporalis perfectionis, & pædotriba omnes illas nouerit: hinc est, quod pueri commendabantur pedotribis, ut rectitudinem exercitationum consequerentur. Erat enim pedotriba gymnasticæ artis minister: ita tamen, ut inquit Galenus 2. de san. tuen. & lib. ad Tra. ut quamuis omnes exercitationis differentias nosset, non verò sciret, quem affectum

Pædagogorum necessitas adstruitur.

Pueri difficilius quàm bruta à suis appetitionibus reuocantur.

Ministrorum varium genus apud antiquas Respublicas ad puerorum educationem.

Pueri nunquam suo arbitrio relinquendi.

Pedotriba namque quid intelligebant antiqui.

vna

unaquæque illarum in corpore causaret: quemadmodum, licet coquus rectè sciat betam, hordeum, aut aliud simile concoquere: non tamen nouit, quam mutationem ista in corpore faciant. Plato verò multis in locis, præsertim in dialogo, qui dicitur, *minos*, vel *de lege*, nomine pedotribæ intelligit pædagogos, & literarios præceptores. Inquit enim, *pedotriba est, qui humanorum corporum multitudinem pascere nouit*. Et 3. *de rep.* hoc nomen, pro medico vsurpasse videtur. Galenus verò nomine pedotribæ solum intelligit ineruditum quendam partis exercitatoris ministrum. Vnde *lib. 1. de san. tuen. cap. 10.* reprehendit pedotribas, qui cogebant pueros immodicè laborare. Et *lib. de puero epileptico* dixit, difficilem esse electionem pedotribarum, quia fieri non poterat, nisi ex hominibus ineruditis, habentibus scilicet animam, non minus crassam, & hebetem, quàm corpus. Nostri verò temporibus correspondent aliquo modo antiquis pedotribis magistri saltationis, & magistri equitationis.

Pedotribarum electio difficilis.

Animi perfectio quam necessaria, & in quo consistat.

Præter corporis perfectionem, indigent homines animi perfectione, ut dicebamus. Non enim satis est ad perfectionis consequutionem, quod anima rationalis naturales omnes habeat facultates, quæ sunt necessariae ad vitæ conseruationem, nisi omnes appetitiuæ, & cognoscitiuæ perficiantur acquisitis quibusdam habitibus. Vnde appetitus sensituius, memoria, voluntas, & intellectus debent frequentibus, studiosisque actibus statim à pueritia perfici. Hæ enim omnes naturales facultates cultura robustiores, & perfectiores efficiuntur, & otio languent, ut in *Timeo* docuit Plato. Et ut inquit *Isocrates*: *ut moderatis laboribus corpora: sic honesta doctrina mentes augeri solent*. Nam, ut asserit *Aristotel.* in politicis, *Omnia ars, & disciplina implere vult, quod deest natura*, &c. Vbi loquitur de actibus speculatiuis, & practiciis intellectus, de prudentia, & de artibus, & moralibus virtutibus. Nam ab his omnibus acquirunt humanæ potentia eam perfectionem, quam natura eis dare non potuit. Galen. agens de rectorum potentiarum exercitatione *lib. de consuetudine* inquit: *exercemur enim primò in Grammaticis, cum adhuc pueri sumus: deinde verò in Rhetoricis, & Arithmeticis, & Geometricis, & Logisticis disciplinis. Cum enim sint facultates in principe animæ vi ad omnes artes necessariae, altera per quam consequens, & repugnans*

cognoscimus, alteram per quam meminimus: sapientiores quidem per priorem, si excolatur, memores autem magis per posteriorem reddimur: quandoquidem eam vniuersæ facultates naturam habent, ut ab exercitationibus augentur, roborenturque, ab otio autem laduntur, &c. Nam, ut *Hippocr.* docuit in *lib. de iis*, quæ in medicina fiunt: *motus, siue corporis, siue animæ roborant, & otium tabefacit*. Et 6. *epi. part. 5.* exercitationem asserre vtilitatem, ac facilitatem articulis, & carnibus, & cibum, & somnum visceribus, & frequentem cogitationem menti dixit. Nam, ut *Galen.* in *com. ex Dioscoridis* lectione colligit, debet homo in omni re vim rationis excolere, atque exercere. Et quia *Socrates* hoc frequentissimè faciebat, eum appellabant cogitorem. Perficitur itaque intellectus à sapientia, scientia, prudentia, & arte. Ad horum igitur habituum acquisitionem sapientissimis, ac prudentissimis præceptoribus, atque magistris indigent pueri.

Cæterum, antequam ad hoc exercitium deueniant pueri, aliquam perfectionem acquirere in appetitu concupiscibili, & in irascibili debent. Nam in acquirendis harum omnium facultatum habitibus, iubet *Aristot.* 7. *poli. cap. 15.* eum seruare ordinem, quem seruat natura in generatione. Vnde, quemadmodum in hac prius tempore producit natura id, quod est magis imperfectum, quodque sit propter perfectius, ut superius probatum reliquimus: sic ergo, quia corpus sit propter sensituum, & hoc propter rationale, debet corpus prius perfectum esse, ut bene se habeat ad facultates sensitivas, & has oportet perficere, ut conuenienter deseruiant rationalibus facultatibus, eisdemque obediant. Vnde primum, atque totum fundamentum humanæ perfectionis est moderatio appetitus sensitui. Nam per istam moderationem ducitur appetitus ad obedientiam rationis. Quo quidem solo perseverante statu erit homo verè bonus, quadratus, felix, atque beatus: quoniam tunc nihil odiosum, nihilque improbum operabitur.

Perfectionis acquirenda in appetitu concupiscibili, & in irascibili, ordo.

Appetitus sensitui moderatio, fundamentum est humanæ perfectionis.

Quapropter, ut diximus, citò tentanda est in pueris perturbationum moderatio. Nam si diutius sine moderatore sinantur, valde difficilè indurata appetitus consuetudines corrumpuntur. *Frangas enim*, inquit *Quintilianus*, *citius, quam corrigas*, habendumque in animo semper est illud *Virgilianum. 2. georg.*

Consuetudines indurata à facile remoueantur.

30 Tr. IV. de Ethica puerorum.

Nempe, adeo in teneris consuescere, multum est, &c.

Non igitur conuenit pueris in malis consuescere actibus, ne mala consuetudo irrefragabilis fiat. Nam ij, qui cum vitiis à prima pueritia vsque ad vltimum adolescentiæ connutriuntur ad eum perditorum hominum stupiditatis, animique gagrenæ statum deuenire solent, quem depinxit Persius *satyra. 3.* cum inquit:

Persius.

& alto

Demersus summa rursus non bullat in vnda, &c.

In qua Satyra agens de iis hominibus, quorum vitia simul cum etate accrescunt, dixit aliquos eorum ad tantam stupiditatem, cōscientiæque insensibilitatem deuenire solere, vt tantum absit, quod de vitiis commissis contristentur, quin potius cum ipsis maximam habeant complacentiam. Quod quidem ita verum indicium integræ animi mortificationis est, ac est abolitæ respirationis signum eorum, qui in profundo mari submerguntur, si non faciant eleuare bullas in summitate aquæ. Vnde meritò Plato vsque ad trienium sub prudentium nutricum gubernatione pueros esse iussit: postea verò pædagogis eosdem commendat.

Pædagogorū electio, & quandiu durabat eorum ministerium apud Græcos & Romanos.

Pædologi enim potius ad morum institutionem, quàm ad puerorum doctrinam eligebantur. Nam Græci, & Romani pædagogis utebantur ad bonos pueris comparandos mores, & eorum dirigendam locutionem, lectionem, doctrinam, & ad custodiam. Vsque ad decimum septimum enim annum, quocunque irent pueri eos pædologi comitabantur, atque ducebant. Nam ex eo appellati fuerunt pædologi: ab agendis scilicet, educandisque pueris. Est etenim antiquissimus vsus pædagogorum. Nam secundum Valerium Flaccum, Peleus pater Achillis postquam ipsum Achillem Diis commendauit, eundem tradidit Chironi viro doctissimo, non solum in arte medica, sed in aliis quamplurimis artibus, & scientiis, vt illius esset educator, pædagogus, ac doctrinæ, & morum institutor. Quo pædologo instructus Archilles, strenuissimus omniū Græcorum euasit. In sacra etiam pagina legimus, quod Dauid commēdauit filiū suum Salomonē sanctissimo prophete Natam, vt eius esset pædagogus, ac institutor. Alex. magnus pædagogum habuit Leonidem, & magistrum Aristot. Vnde Plato *2. de leg.* iussit singulum puerum commit-

Antiquissimus eorum vsus.

tere suo pædologo, qui ipsum erudiat, leniter tractet, & mansuefaciat, vt facit equorum magister. Nam, vt dicebamus, quemadmodum ouis sine pastore subito perditur: sic puero sine pædologo contingit. Quapropter Aristot. *3. ethi.* iussit pueros viuere secundum præcepta pædagogorum. Nam pueri sine pædagogis serui-les, atque brutales acquirunt mores. Quapropter, vt asserit Laertius in vita Platonis, cum Aristippus doctissimus philosophus propter cuiusdam pueri institutionem expostulasset mille dragmas, & pater pueri dixisset, mille dragmis posse se vnum emere seruum: respondit philosophus, *Eme igitur, & duos habebis seruos.* Quasi diceret puerum sine pædologo educatum non distingui à seruo in moribus. Vnde quia Socrates doctissimus, ac vigilantissimus civilium morum magister fuit, asseruit Marcilius ipsum fuisse totius humani generis vigilantissimum pædagogum. Nam propter officium, quod circa pueros exercent pædologi ad alia multa, quæ similitudinem habent cum dicto munere, translatus hoc nomen ab autoribus fuit. Ita Seneca *episc. 110.* iubet cunctos homines, qui bonam habent mentem, omnes Deos propitios habere. Nam vnicuique hominum datum esse asserit pædagogum vnum Deum eorum, qui inferioris sunt notæ. Quod quidem Stoici, & aliqui poetæ verissimum esse cecinerunt. Ita Floratius inquit:

Pueri sine pædologo cui similes.

Socrates pædagogus humani generis vigilantissimus.

Homines bona mentis Deos habent propitios, ex Seneca.

Scit genius natale comes, qui temperat astrum, natura Deus humane, mortalis vnumquodque caput.

Existimabant enim hunc Deum pædagogum mortalem esse.

Sed apertius multo hanc veritatem euangelicam de angelis pædagogis, siue custodibus, cognouit Plato. Nam *4. de legibus*, inter admirabilia documenta, quæ omnibus hominibus scripta reliquit, dixit: *in verbis, quin etiam per totam vitam parentes venerari maximè decet. Leuium enim, volatiliūque verborum grauissima imminet pœna. Nam omnibus preposita est Nemesis iudicij angelus, huiusmodi omnium cōsideratrix, &c.* In quo loco iussit Plato filios maxima cura venerari parentes, tanquam quosdam ipsius Dei ministros, vicariosque, eosque, nec leuibus verbis iniuriandos esse præcipit. Nam cuiuscunque iniuriæ, quam filij aduersus parentes commiserint, etiam eius, quæ leuibus verbis fit, maximam rationem reddendam esse Deo ait, quia ipsius

Parentes quanto perib' colendū.

Iniuria etiā leuissima parentibus illata, ratio Deo reddenda.

scus

sius Dei angelum, quasi supremum eiusdem ministrum, nobis præesse, affirmat: qui, tanquam verus pædagogus nos à turpibus reuocet, & ad honesta prouocet, & recreet, atque deleat suæ propriæ conscientia tranquillitate eos, qui opera virtutum exercent, & eos, qui contrario vitæ genere operantur, torqueat. Imo non solum cognouit Plato vnique hominum datum esse à Deo vnum angelum, tanquam pædagogum: sed etiam vnamquamque rempublicam proprium habere Deum, siue angelum custodem. Nam 4. *de rep.* monet in quacunque ciuitatis ordinatione, nullo alio vti debere interprete, nisi Deo patrio. In alio verò sensu sumebat Zeno nomen pædagogi: quatenus scilicet significat quemcunque reprehensorem actionum, vt docuit Galen. *lib. de cog. atque curandis animi morbis cap. 3.* dicens: *hac ratione volebat Zeno omnia nos agere, tutosque nos dicebat fore, si omnia ageremus, tanquam paulo post pædagogis rationem reddituri.* Sic enim ille vir appellabat istos, quorum non paruus est numerus, qui licet à nemine inuitentur: ad increpandos tamen amicos, & propinquos promptissimi sunt, &c.

Angelus à Deo vnique hominibus datum esse, ut ait Plato in Republica.

Pædagogi nomen quid proprie significet.

Proprie tamen, vt dicebamus, & vt nostro conuenit instituto, nomen pædagogi solum significat eum hominem, cui committitur alicuius pueri ea educatio, quæ scientiarum, aut artium doctrinam præcedit, & postea ad harum quoque acquisitionem iuuat ipsarum præceptores. Est etenim, vt dicebamus, pædagogus perpetuus comes, & affecta pueri, qui obseruet, & formet, dirigat, & corrigat eiusdem pueri loquutionem, gressus, legendi, & scribendi modum: potissimè tamen mores. Quarum rerum institutio non tarda, nec lenis, aut desidiofa debet esse, sed potius citissima, ac cum prudèti, ac lenta festinatione. Nam, vt inquit Galen. *lib. de cog. atque curandis animi morbis*, nulla ratione negligendi sunt pueri, sed in optimis moribus sunt educandi. Nam si illorum natura curationis, ac diligentia bonitatem recipiat, in bonos viros nostra opera euadent. Turpe enim est, vt idem inquit, quod multum temporis, laboris, & pecuniarum absumant parentes in faciendis filiis medicis, verbi gratia, in eisdem tamen bonis viris faciendis, nihil absumant: cum sine hoc parum reliqua profint, &c.

Morum diligentiam in hominibus

Vnde meritò Plato multo magis desiderat in hominibus morum diligentiam,

quàm literarum, citharæque doctrinam. Nam, vt in Meneceno ait, virtuti omnes res, & diuitiarum copia obediunt. Sunt etenim virtutes morales, vt asserit Aristot. præstantiores ipsa natura, cum ipsam perficiant. Vnde non mirum est, si exactiores, & præstantiores sint quacunque scientia, & arte. Est etenim virtus moralis coniecturatrix medijs, siue perfecti, ipsumque consequitur, vt probat Aristot. *1. eth. cap. 10.* tum præterea vt probat Galen. *in oratione suasoria ad artes*, virtutum possessio est opibus præstantior, & nobilitate utilior. Vnde fit, vt diu insudare debeant pædagogi, vt pueros efficiant studiosos. Nam cum, inquit Aristoteles, virtus sit medietas affectuum, & in vnaquaque re difficillimum sit medium, siue perfectissimum capessere, ac retinere, propterea difficile est pueros facere studiosos, & medium omnium affectuum veros seruatores. Sed his dimissis, transeamus vltimum ad opus, & conditionem pædagogi.

magis quam literarum citharæque doctrinam desiderat Plato.

CAPVT IX.

Declaratur ex Possidonio, quis sit pædagogi circa pueros vltimus finis, & qualis debeat esse pædagogus, quātumque conferat bonum parentum exemplum, & quantum noceat malum educandis filiis.

Galen. *lib. 5. de decretis.* explicat, quænam sit optima præparationis meta, quæ circa pueros obseruanda sit à pædagogis. Eam enim inquit optimam puerorum præparationem esse, vt dicebat Possidonius, *quæ affectibus obnoxiam animæ partem ad principatum rationis, quàm promptissimam reddat: eo quod parua à principio rationalis facultas, & imbecilla est, magna postea, ac fortis circa decimum quartum annum euadit, qua ætate imperare, & dominari, sicut auriga pari iugaliū equorum, ita ipsa cupiditati, & ira maxime solet: cum neque nimis valide he facultates, neque nimis infirmæ, aut segnes, neque supra modum concitate, aut contumaces, aut immoderate, aut petulantes, sed in omnibus ad rationem sequendam, eique obtemperandum paratæ sint, &c.* In quo loco ait primum, potissimum, & vtile pædagogi munus

Puerorum optima præparatio.

Pædagogi munus potissimum.

nus

32 Tr. IV. de Ethica puerorum.

mus esse, ut puerorum affectuosam animi partem reducat moderatam in omnibus suis motionibus, obtemperantemque rationis imperiis, toto scilicet eo tempore, quo ipsa ratio adeo est debilis, atque imbecilla, ut non possit per se subditam habere partem illam irrationalem. Quam quidem rationis imbecillitatem, atque impotentiam dixit per seuerare usque ad pubertatis tempus, usque ad decimum scilicet quartum annum. Postea enim tam validam esse rationem inquit, ut ipsa absque externo monitore imperare, ad mediocritatemque reducere, ac subiectam habere possit irascibilem, & concupiscibilem facultatem, ut doctus, validusque auriga equos. Hoc tamen solum intelligitur, quanto ipsa ratio ex sua natura fortis est: talis vero erit ea, cuius secundum subiectum, cerebrum scilicet, est bene temperatum: sic quoque hepar, & cor, quae sunt subiecta, irascibilis, & concupiscibilis fuerint temperata ad iustitiam. Nam, ut cum Galeno dicebamus, homo bene temperatus promptus est ad bonarum omnium actionum exercitium, & eius facultates rationales facile obediunt rationi. Nam cum ij actus harum facultatum, ex quibus generantur boni habitus, debeant esse medij inter duo extrema, mediam debent habere temperiem organa illarum facultatum, ut inde media resultent actiones, ita ut nec nimis sint concitatae, ac fortes, nec nimis remissa, ac debiles. Vnde fit, ut intemperati homines, siue nimis sint calidi, ac concitati, siue nimis frigidi, ac segnes, non solum usque ad decimum quartum, ut volebat Galen. sed usque ad ultimum vitam, ut monuit Plato, correctore indigeant.

Ceterum, ut haec omnia bene pueris succedere possint, non satis est, ut ipsi promptam ad obediendum habeant naturam, sed quod eorum paedagogi, ita sint in moribus compositi, ac bene formati, ut sint veluti regula, ac mensura eorum morum, quos imprimere in pueris desiderant. Maximi enim momenti est, quibus morum magistris, quibusque praeparationibus pueritia imbuatur. Nam refratio, ac cohibitio perturbationum in pueris, potius paratur exemplis, quam monitionibus. Natura enim puerorum facillima est ad imitationem earum rerum, quae sensibus percipiuntur. Vnde Seneca *epist. 96.* inquit: *nulla res magis animis honesta inducit, dubiosque,*

& in prauum inclinabiles renocat ad rectum, quam bonorum virorum conuersatio. Paulatim enim descendit in pectora, & vim praeparationum obinet, frequenter audiri, ac aspici frequenter. *O cursus mehercle sapientum iuuat, & est aliquid, quod ex magno viro, vel tacente proficiat, &c.* Quibus verbis tanti fecit, ad animorum compositionem, bonorum virorum conuersationem, ut non solum prodesse eam quae continua, atque totius vitae comes est, sed etiam, quae casu, & fortuito fit. Imo solum occursum, & aspectum sapientium virorum, absque aliqua loquutione, semper aliquid ad augmentum virtutum prodesse affirmat. Quamuis enim non deprehendatur, quomodo possit prodesse similitudinem hominum fortuita conuersatio, aut aspectus: postea tamen experimur profuisse: ad similitudinem exiguorum, venenatorumque animalium morsus, cuius vlcus non videtur: percipitur tamen eiusdem morsus offensa. Sic quamuis dum conuersamur cum prudentibus, atque sapientibus hominibus, aut ipsorum venerabiles, ac compositos vultus aspiciamus, nullam in nostris animis sentiamus utilitatem: insensibiliter tamen in eisdem producitur quaedam similitudo operandi in omnibus sensibus, in eorundemque appetentibus facultatibus.

Ex quibus sequitur talem in moribus enasurum puerum, qualis fuerit eiusdem paedagogus. Vnde Plato *lib. 5. de repub.* rectores, & paedagogos non ignarissimos, quosque, sed homines usu rerum, & aetate prouectos, idoneosque pueris praeficiendos esse iussit. Et ideo Galen *lib. de pueri epileptico* monet, non despiciendam esse, tanquam aliquid paruum, electionem pedotribae. Oportet enim, ut dixit, quod sit maxime prudens. Quintilianus vero vult, vel quod sit eruditus, & prudens, vel si non sit eruditus, quod sciat se, atque confiteatur eruditum non esse. Nam nihil peius esse asserit in paedagogis iis, qui paulum aliquid ultra primas literas norunt, quam falsam sibi scientiae persuasionem inducere. Hi enim aegre ferunt cedere peritis, & ita sola scientiae falsa persuasionem intumescunt, ut iure quodam dominij, atque potestatis pueros suam doceant stultitiam. Debent igitur in primis paedagogi esse temperantes, iusti, modesti, fortes, & prudentes. Nam, ut inquit Seneca *in lib. de ira*, nullo modo paedagogus iracundus, aut timidus poterit pueri iracundiam ad forti

Conuersatio honesta quae utilis.

Qualis paedagogus, talis enasurus discipulus.

Temperatus ad omnia bona promptus.

Intemperati correctore indigent usque ad extremam vitam.

Paedagogorum conditiones.

Exemplorum vis.

fortitudinem reducere, neque intemperans temperantiam per contagium inducere, neque auarus, aut prodigus liberalitatem, neque verbosus, iurabundus, aut taciturnus loquendi modestiam, & mediocritatem. Imò, si aliquod horum habuerit vitium, quamuis verbis virtutem doceat pueros: opere tamen vitiosos eisdem reddet. Vnde Quintilianus aduertit Alexandrum magnum aliqua vitia contraxisse à suo pædago Leonide, quæ quidem robustum, & iam maximum regem, & Aristotelis discipulum ab illa puerili institutione consequuta fuerunt. Propter quâ causam Romanorum fuit mos, vt pueros solis hominibus maximè notis, aut consanguineis commendarent. Quare solis regibus, magnisque principibus bonorum pædagogorum electionem facere licebit. Reliquorum verò hominum pueri satis erunt fortunati, si eorundem parentes sint prudentes, bonosque obtineant mores. Nam, vt Aristoteles, inquit: *decimo eth. capit. nono: Vt in ciuitatibus leges, ac mores: sic in domibus possunt paterni sermones, ac mores, quin etiam magis, ob cognitionem, & beneficia collata. Sunt etenim ipsi filij iam pridem affectione deuincti, & facile obtemperantes natura, &c.* Quibus verbis probat multum conferre sermones, & mores parentum ad filiorum bonos gignendos mores, tum propter continuam assuefactionem, tum quia filiorum natura est magis prompta, & affecta ad recipiendas admonitiones parentum, quàm extraneorum, propter metum, ac reuerentiam, propter connaturalem amorem, & propter beneficia, quæ actu recipiunt, & recipere sperant. Nam, vt inquit Plato, *saltem propter inopiam, quam in prima illa ætate habent pueri, debent diligere parentes, ipsisque obedire.* Vnde tanto sunt vtiliores pueris boni sermones suorum parentum, reliquorum hominum sermonibus, quanto ægrotantibus vtilior fuerit remediorum applicatio ab iis medicis, qui ægroti naturam, & morborum causas rectè norunt, quàm ab iis, qui leuiter eadem dignoscunt. Quapropter rectè Aristoteles lib. primo æconomicorum inquit: *educati siquidem rectè à parentibus per sanctos, & iustos mores, boni merito euadent. Contra verò, si fiat, sentient detrimentum. Nisi enim parentes exemplum vitæ filiis præsentent, euidentem excusationis causam erga se illis relinquunt: ac timendum est, ne contempti à filiis, quasi non bene vixerint, in senectute*

deserantur, &c. Sic etiam Plato libro quinto de leg. asserit: *putamus autem verbis impudentiam iuuenum castigando multum pudoris relinquere filiis. Sed non castigatione, quam iuuenibus incutiunt, dicentes, quod adolescentem oportet in omnibus verecundum esse. Sapiens itaque legum lator, senioribus præcipiet, potius vt sint coram senioribus verecundi, ac summo opere caueant, ne quis inuenum eos, aut videat, aut audiat, agentes turpe aliquid, vel loquentes. Nam ubi senes minus pudici sunt, ibi necesse est, iuuenes impudentissimos esse. Præstans enim, & iuniorum, & seniorum disciplina est, non verborum increpatio, sed vt quæ increpando quis diceret, & monendo, eadem ipse in omni vita facere videatur, &c.*

Propterea Quintilianus desiderat quoque in parentibus bonitatem, & scientiam, vt boni euadât filij. Nam si exempla parentum pessima fuerint, non sufficient mille barbati magistri, vt inquit Satiracus, vt pueri boni alantur. Nam semper sequuntur exempla parentum. Domestica enim parentum vitiorum exempla ad eadem vitia faciunt in puerorum animis, veluti tritam quandam viam, per quam facile feruntur ad infœlicem finem. Vnde, verbi gratia, mater adultera meretricem facit filiam, & intemperans pater filium reddit intemperantem.

Quare Galen. lib. de cog. & curandis an. mor. cap. 8. maximè laudat suam fortunam, quod prudentissimum, doctissimum, maximeque studiosum habuerit patrem, eūque habuisse pædagogum affirmat: propter quem, & propter suam propriam naturam, ita excellentissimus euasit idem Galen. magister in plurimis scientiis, & artibus, vt ipsum nullus alius æquare potuerit. Et quamuis eiusdem mater, Xantipe Socratis vxore, fuerit iracundior: nihil tamen ab ipsa accepit: imò considerata matris irascendi fœditate doctus ipse manebat ab iracundiæ insaniam fugiendum esse. Tanti enim ille humanam bonitatem existimabat vt pactum sibi factum haberet, bis in die, matutina scilicet hora antequàm aliquid aggredereur agere, & vespertino tempore, antequam cubatum iret, legere, aut memoria repetere, oreque enunciare ea, quæ à Pythagora, ab aliisque philosophis scripta inueniuntur, ad vitiorum extirpationem vtilia. Quæ quidem omnia potuit patris bonum exemplum, bonæque exhortationes.

Parentum bonitas & scientia bonos & scientes efficit filios.

Exempla parentum sequuntur filij.

Galenus fortis natus ex Patre.

34 Tr. IV. de Ethica puerorum.

Concluditur
necessariam
esse pruden-
tiam pæda-
gogorum ele-
ctionem, ex-
emplo peri-
ssimi hortu-
lani.

Ex quibus omnibus manifestum est quàm necessaria sit ad bonam puerorum educationem prudentium pædagogorum electio. Quod quidem tenentur maxima diligentia facere parentes. Nam si ad bonam alicuius horti culturam, & pulchritudinem nascentem ex diuersarum plantarum varietate, non nisi peritissimi hortulani faciunt homines electionem, quanta maiori cura, & diligentia debent pædagi facere electionem, qui varietate virtutum, & scientiarum pulchram sciat reddere pueri animam? Sed quoniam dicere incepimus multum cōducere ad puerorum bonam educationem rectè efficiendam eorundem naturarum cognitionem, propterea non erit extra rem id ipsum in sequenti cap. explicare.

CAPVT X.

Quantum conferat ad puerorum institutionem, ut eorum parentes, & pædagi individuales cognoscant inclinationes, & aptitudines; & qua institutio optimis, & qua deprauatis animis debeatur; & de falsitate præcocium ingeniorum.

Electio modi
vivendi ab
initio vitæ
quantum mo-
menti.

Tanta est naturæ vis singularis cuiuscunque hominis ad debitam electionem statim à principio vitæ faciendam eius vivendi modi, qui cuique convenit homini, ut sine eius integra cognitione totius vitæ erret navigatio. Nam tantum est robur eiusdem naturæ ad hos, vel illos consequendos mores, artes, aut scientias, ut aliqui propter solam suam naturam, difficillimè remoueri sustineant à sua naturali inclinatione, & facile bonos, & difficulter malos, aut hanc, aut illam scientiam admittant, vel è contra. Quare, ut ij, quibus puerorum committitur cura, perfectius sciant non esse instituendos omnes pueros eodem ordine, eademque methodo, sed in eorum cultura procedendum esse secundum cuiusque naturalem inclinationem, ut ne forte ita difficile

Puerorum
institutio di-
uersimodè fie-
ri debet.

sit tentare eius institutionem, ac labentis fluminis cursum in contrarium reuocare velle: necessarium est docere saltem aliquibus exemplis, rationibus, & autoritatibus naturæ puerorum varietatem, & modum, quo singula eorum natura à principio sit tractanda, & quam spem fructus instituendi operis habere pædagi possint in vnoquoque educando puero.

In docendis igitur virtutibus aliquod iter eligendum est in omnibus pueris. Nullus enim excludi debet à virtutum institutione: quamuis hoc idem opus diuerso itinere, diuersoque modo in diuersis fieri debeat, ut dicemus. In docendis verò artibus, ac scientiis diuerso modo faciendum est. Nam non debent omnes pueri ad vnam artem, aut ad vnam scientiam applicari: sed illud vnicuique eligendum est, quò suus ducit genius, & quò sua minerua vocat: ad id scilicet, ad quod cuiusque natura impellit. Sic enim alenda, atque fouenda cuiusque naturæ inclinatio est. Nam nulla ars ad perfectionem deuenire potest sine naturali inclinatione discantis. Unde ortum ducit illud prouerbum, quo dicitur, *Aulædus sit, qui cirharædus esse non potest.* Sic etiam dicitur, quod si Ouidius in oratione soluta, & Tullius in carmine cogeretur assistere, nullus illorum fuisset excellens. Cum verò Ciceroni, qui excellentem naturam, & inclinationem habuit ad orationem solutam, optima quoque accessit eiusdem orationis solutæ disciplina, perillustis factus fuit orator, & idem de Ouidio, & de reliquis omnibus hominibus respectu diuersarum scientiarum dicendum est. Nam ex hoc principio contingit, ut aliqui sint excellentissimi medici, aliqui pessimi, & aliqui mediocres, & in reliquis scientiis, & artibus simili modo. Nomine verò naturæ intelligimus organorum omnium, potissimè partium principum, dispositionem, tam secundum temperiem, quàm secundum formationem. Nam hæc disponendo, & instrumentaliter agendo variare faciunt totius compositi, animæque actiones, prout ipsa varia fuerint, ut in prooemio, & alibi sæpius probatum reliquimus.

Cum igitur, non solum intra extremos limites naturæ humanæ, sed etiam in qualibet temperamen-

Virtutes quo
modo docen-
da.

Aries & sci-
entia iuxta
cuiuscunque
impulsum
aut inclina-
tionem tra-
ctanda sunt.

Prouerbum.

Inclinationū
varietas in
omnibus vn-
de procedat.

torum¹ differentia , magna inueniatur latitudo , variæque sint partium principum temperamentorum combinationes: hinc fit , vt incredibilis inueniatur in hominibus inclinationum varietas : cuius quidem strenuus explorator , atque omnium discriminum diligentissimus coniectore esse debet is , qui moderandis puerulis præficitur: fere enim tot inueniuntur inclinationum ac intelligendi , & operandi aptitudinum varietates , quot facierum in hominibus inueniuntur diuersitates. Nam , quamuis verum esset , quod dicunt fuisse determinatum in quodam concilio Parisiensi , & postea approbatum à sancto Bonauentura , 2. *sententiarum* , vnam scilicet animam rationalem perfectiorem esse alia in naturalibus ad operandum , vt animam Christi , redemptoris nostri quàm animam Ioannis Baptistæ , & hanc , quàm animam Iudæ proditoris perfectiorem esse asserunt : statutum tamen ab ipsa natura est , quod etiam si æqualem omnes animæ in suamet natura includant perfectionem , quod nobis magis probabilis videtur , possit tamen vnaqueque singularis anima vnita diuersas ab alia ad operandum habere inclinationes , non propter eius vim operandi , sed propter discrimina materialium dispositionum suorum organorum , à quibus vis illa necessario contrahitur , vt à nobis probatum est. Vnde plus roboris est in ipsa natura , quàm in educatione , & doctrina ad modum vitæ , aut ad hos , vel illos habitus statim à pueritia capeffendos.

Habituum supernaturalium infusio quomodo fiat à Deo.

Quod adeo verum est , vt omnipotens ipse Deus ad infusionem habituum supernaturalium plerumque obseruet natiam cuiusque dispositionem , vt post eorundem supernaturalem infusionem , diutius naturaliter permaneant , & propriis actibus intendantur , vt apparet in Maria Magdalena , sancto Petro , Paulo , bono Latrone , & in aliis similibus.

Diabolus intentandi modo quæ ratione procedat.

Ad Dei etiam imitationem noster aduersarius Diabolus sua rabiosa astutia eos homines , quos seducere conatur semper tentat , penes natiam cuiusque dispositionem.

Felicitatis consequutio requirit bonam corporis dispositionem.

Aristoteles quoque ad felicitatem consequendam opus esse bonæ corporis dispositione multoties docuit : præsertim

septimo polit. capite quarto , dicens : *felices esse omnes cupiunt , sed aliis potestas est id adipiscendi , aliis non , propter fortunam quandam , vel propter naturam . Opus est enim adiumentis quibusdam ad bene viuendum : minoribus quidem illis , qui melius dispositi sunt , maioribus autem , qui peius . Alij verò statim non querunt felicitatem , cum possunt , &c.* In quo loco multis auxiliis indigere docet eum , qui felicem viuendi modum consequi desiderat : potissimam tamen , ac faciliorem causam , qua itur ad dictum viuendi modum asferit esse bonam corporis dispositionem , si cum nostra diligentia adiungatur. Nam etiam si bene dispositi simus : non tamen consequimur conformem rationi viuendi statum , nisi mediis documentis philosophiæ moralis diutius operemur , bonosque acquiramus habitus , & rationi obediētes efficiamus potentias. Boni enim homines *studiosi* fiunt , vt inquit , propter tria: propter naturam scilicet , propter mores , & propter ipsam rationem. Dixit verò potissimum fundamentum esse naturam humanam , eam scilicet , quæ simpliciter humana dicitur : neapē ea , quæ inclinatur ad eas actiones , quas simpliciter , & absolute humanas actiones appellari diximus. Sunt etenim aliquæ naturæ humanæ , quæ non ad humanos , sed ad brutales operationes feruntur. Quantumvis igitur bona hominis natura ad obedientiam rationis semper inclinet , indiget tamen elaboratione. Nam dum non est elaborata , indifferens est ad virtutem , vel ad vitium : contrahitur verò per bona , vel mala præcepta : quamuis aliquando ita validum est rationis robur , vt absque præceptis philosophiæ moralis trahat ad suam obedientiam potentias irracionales , vt in iis hominibus qui naturaliter sunt perfecti. Nam quando admodum valens est rationalis potentia , solet homo perfecte operari absque bono habitu : imò etiam cum malo , & contra inclinationem appetitus: si videatur ipsi rationi melius esse aliter agere. Hoc tamen nunquam pueris contingit : cum nunquam in ipsis vigeat ratio , vt dictum est. Vnde in ipsorum instituendi modo potissime habenda ratio est de eorundem natura , vt sit in mansuefaciendis diuersarum specierum brutis : Aristoteles *oçtauo de hist. anim. capit. primo* , docuit in vnoquoque puero

Studiosi sunt homines propter tria.

Actiones simpliciter & absolute humanas , quæ dicantur.

Ratio etiam sine præceptis operari potest.

Pueri quia ratione caret iuxta inclinationem instituendi. Et sicut brutæ mansuefaciendi.

36 Tr. IV. de Ethica puerorum.

statim à vitæ principio apparere indicia quædam, vestigia, ac veluti semina futurarum inclinationum ad habitus diuersos: comodo, quo in brutis apparet vis quædam naturalis ad quasdam artes, & sibi necessarios viuendi modos, vt ad venationem, ad nationem, ad telam, & ad similia. Quemadmodum igitur in his, absque aliqua doctrina, elucent inclinationes illæ determinatæ, & ortæ à suis substantialibus formis cum talibus materialibus dispositionibus: sic in pueris ante rationis vsum veluti splendent principia quædam eorum habituum, ad quos maiorem habituri sunt promptitudinem.

Virtutes & scientias aliquas à natura nobis congenitas quod sensu dixerit Aristoteles.

In quo quidem sensu intelligendus est idem Aristoteles cum *secundo eth.* dixit esse nobis virtutes aliquas, & scientias à natura congenitas: ibi enim non de perfectione virtutum, aut scientiarum, sed de inchoamentis loquitur. Nam, vt inquit Diuus Thomas 1. 2. *questione 63. articulo primo*, in vnoquoque indiuiduo humanæ naturæ, siue speciei, oritur diuersa operandi proprietas, propter differentias indiuiduantes: propter determinata scilicet temperamenta totius, & partium. Quæ quidem dixit esse inchoamenta virtutum intellectualium, & moralium.

Puerorum proprietates quædam variæ.

Alij igitur puerorum sunt memores, alij obliuiosi, alij discursores, & alij ad discursum inepti, & vt inquit Seneca, ingenium habent mobile, & erectum, & alij tardum, ac obtusum, alij plerumque sunt hilares, alij plerumque plorant, & tristes sunt, alij plerumque rapere conantur, alij nihil furari appetunt, alij sunt iracundi, & cuiuscunque offensæ ultionem desiderant, alij sunt mites, tardèque irascuntur, & facile offensarum obliuiscuntur, alij sunt impudentes, alij verecundi, alij facile ad quoscunque labores, & alij negligentes, atque maligni. Quintilianus inquit, ingenij signum in paruis præcipuum memoriam esse, & eiusdem duplicem virtutem: facile scilicet percipere, & diu retinere: proximum verò signum esse dixit imitationem. Puer enim, qui ridiculos, ac turpes res semper imitari conatur, malignus est, & debilem habet intellectum: contra verò is, qui semper imitari desiderat res honestas, & serias, bonæ indolis est. Potius verò desiderat tardum, quàm malignum ingenium in pueris.

Vnde orian-

ris eueniunt ob naturarum varietatem, vt sæpius dictum est. Optima enim natura, siue temperies, & conformatio facit hominem medium inter audaciam, & timorem, cunctationem, & præcipitationem, misericordiam, & inuidiam: fortem scilicet, amicorum amantem, siue humanum, & prudentem, vt docuit Galen. 2. *de temp. cap. 1.*

Temperati mores, ex Hippocrate.

Huius etiam hominis temperati mores retulisse videtur Hippocr. *lib. de decenti ornatu*, cum dixit, optimos homines debere esse fruges, non excogitados, neque affectatos, sed sine superflua curiositate, magis ad bonam opinionem, & meditationem, quàm ad superfluum ostentationem dispositos, compositos animo, graues ad responsiones, solertes, familiares, affabiles, temperantes, continentes, ad seditiones, seu malignitates taciturnos, ad occasionem arripiendam accommodatos, ad vitium frugales, & contentos, patientes ad temporis expectationem, expeditos ad sermones, solum id, quod est demonstratum, siue verum proferentes, suauia loquentes, gratis affectos, ad veritatem audentes, & non amarulentos, &c. Quarum quidem omnium proprietatum ducem, ac causam dixit Hippocrates esse naturam. Principallimum enim, inquit, horum omnium prædictorum esse naturam.

Aliquarum verò inclinationum causas docuit Galenus *in arte medi. & alibi*. Nam eos pueros in quibus cor aliquantulum calidius est, audaces esse, & promptos ad actiones dixit. Si verò cor multum sit calidum, asserit facere homines ad iram valde præcipientes, & cum furibunda temeritate. Homines autem, quorum corda frigida sunt, in contraria incidere vitia affirmat. Cum verò cor est siccus, facere ait iram magis feram, quàm promptam. Si autem cor calidum, & siccum fuerit, homines reddere ad actiones promptos, iracundos, celeres, impudentes, & mores tyrannicos obtinentes, asserit. Sunt etenim ad iram præcipientes, & non facile placabiles. Quod si cum his coniungatur calida testium temperatio, ex ea fecundissimam facultatem celerrimè & protinus incitantem ad coitum dixit oriri Galenus: si verò simul cum dictis hepar sit robustum, beneque temperatum, & cerebrum ad imprudentiam dispositum, tales orientur inclinationes, quales habuisse Eliogabulum referunt sub multorum magistrorum cura, & Neronem sub disciplina Senecæ, & omnium

Proprietates siue inclinationes in quorundam causis, ex Galeno.

omnium hominum deterrimum, proditorem Iudam, sub exemplo, & doctrina infinitæ Sapientiæ.

Proprietates
regionales
quam vim
habent.

Neque despiciendæ sunt proprietates quædam puerorum, quas regionales nūcupare possumus, propterea, quod singulis regionibus, siue prouinciis sint propriæ, & veluti connaturales. De his egit Hippocr. in lib. de aëre, aquis & locis, & Iulius Firmicus easdem sub compendio tetigit dicens: *Scythæ immanis feritatis crudelitate crassantur. Itali sunt regali nobilitate præfulgidi. Galli stolidi, Græci leues. Aphri subdoli, auari Syri, acuti Siculi, luxuriosi semper Asiani, & voluptatibus dediti. Hispani elata iactantiæ animositate præpositi, &c.*

Natura &
regioni va-
rietatis causa
est variari
in hominibus
proprietatū.

Hæ, & aliæ quamplurimæ inueniuntur in humana specie particulares hominum conditiones, propter ipsorum naturæ, & regionum varietatem. Ex quibus omnibus ij, qui bonam habent temperiem, facile inclinantur ad vitam ratione commensuratam, vt dictum est. Hæ enim naturæ seipsas imperant, & mentis præceptis obediunt. Vnde Seneca epis. 95. asserit esse virtutis rapacia, maximè fertilia, & similitudinem habere cum Deorum, siue Angelorum ingeniis, inquit enim: *nam, vt Dij immortales nullam dedidicere virtutem, cum omni editi, & pars naturæ eorum est esse bonos: ita quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem, in ea, quæ tradi solent, perueniunt sine longo magisterio, & honesta complexi sunt, cum primum audierint. At illis, aut hebetibus, aut obusis, aut mala consuetudine obsessis, diu rubigo ingeniorum effricanda est, &c.* Quare, quantas fuerit recessus ab optima natura, tanta erit difficultas ad bonorum morum receptionem in pueris. Vnde, qui extremas habent partium principum, præsertim cordis, temperaturas, diuturna, continuataque indigent animorum deterfione, ac fricatione. Horum enim animi sunt veluti illæ arbores, quæ à sua origine maximè sunt nodosæ, & nimis contortæ à principio aluntur. Et quæadmodum tales arbores maxima debent vi, diuturnoque tempore ad contrarium latus trahi: sic quoque deprauati, ac contorti puerorum animi, ob maximum naturæ vitium, maximis indigent, ac diuturnis auxiliis, vt si non omni ex parte, saltem aliquo modo emendentur: bonis scilicet exemplis, monitionibus, & verberibus, prout exposulauerit necessitas: potissimè tamen hoc fiet. distemperierum partium correctione.

Quapropter omnes oportet pueros statim à principio bonis instituere moribus. Nam aliqui horum, qui deprauationem animorum in ipsa generatione acquisiuerunt, solent bona educatione, & reliquis auxiliis, in bonos viros euadere. Quod si id parentes, & pædagogi non cōsequantur: saltem non imputabitur eis culpa. Nam, vt inquit Galenus, *puerorum educatio similis quodammodo est curæ, ac sedulitati, qua in plantis, arboribusque alendis utimur: siquidem, quamuis bonus sit arborum, ac plantarum sator, ac cultor, nunquam tamen efficiet, vt rubus vnā ferat. Neque enim natura illius talem à principio perfectionem capere potest. Rursus vitæ, quæ, quod ad ipsas attinet, fructum ferre paratæ sunt, si neglexeris, solique naturæ curandas reliqueris, multo deteriorem, aut planè nullum ferre fructum animaduertas. Idem in animalibus vsu solet euenire equum quippe, si erudieris, ad multas res utilem habebis: vsus verò, quamuis olim mansuefacieris, non tamen perpetuo habitum talem possidebis: vipera autem, & scorpius ne eo quidem vsque progredientur, vt mansuefcere videantur, &c.* Quo in loco exemplo plantarum, & brutorum animalium docet diuersos effectus, quos causare solet in diuersis pueris vnum, idemque educationis genus, propter diuersitatem eorundem puerorum naturarum. Nam exemplo bonæ vitis, & boni equi bene educati docet pueros bonam habentes naturam consequi maximam vtilitatem à bona educatione. Exemplo verò viti monet aliquos esse pueros, qui licet bonam educationem recipiant, non tamen ipsam diu sustinent: nam ob propriam naturam statim à quacunque occasione deprauantur. Exemplo autem rubi, vipera, & scorpionis nimis deprauatos, valdeque malignos puerorum animos intellexit. Sunt etenim adeo deterrimi tales puerorum animi, vt quemadmodum nunquam rubus, ob proprietatem naturæ, vvas ferre potest, neque scorpius, neque vipera talem mansuetudinem recipere queunt, quæ impediatur illorum morsus: sic neque illi talem educationem recipere possint, quæ ipsorum malignitatem, aut fatuitatem emendare possit.

Cur pueri à
principio bonis
moribus
instituendi.

Eorum edu-
catio plerū-
que rebus a-
quiparatur
à Galeno.

Quapropter Plato 3. de republ. nullius rei maiorem curam principes habere debere dixit, quàm scire ac cognoscere, quid dictarum conditionum puerorum animis sit immixtum, vt inde intelligant, quales pueri ad honores, quales ad impe-

Puerorū ca-
pacitatē ab
initio cognos-
cere quantiū
conferat ad
republicā, ex
Platone.

38 Tr.IV.de Ethica puerorum.

randum, quales ad agriculturam, & quales ad opifices essent utiles. Quod quidem magis explicans 4. de republ. inquit: In quo plane ostendere volebamus, quod & aliorum civium unumquemque ad unum id opus duntaxat, ad quod natura est aptus, ducere deceat, ut sua quisque natura studium sequens, non multi, sed unus existat, atque ita civitas tota, una fiat, non multe, &c. Quibus verbis multum conducere asserit ad bonam reipublicæ gubernationem cognoscere à principio puerorum capacitatem, ut à principio dicebamus, ut ad id solum opus unusquisque inclinatur, ad quod naturalem habeat aptitudinem. Nam, si aliter fiat, non unus erit artifex, sed duplex: unus scilicet per educationem, & alius per inclinationem, & in utroque erit imperfectus.

Natura in-
uita, ferè om-
nia in vanum
tentantur.

Inuita enim natura ferè omnia tentantur frustra. Quo quidem tempore, nec tota civitas erit una, id est non erit secundum rationem gubernata. Nam si eum, qui solos equos gubernare ex sua natura aptus est, hominum gubernatorem efficiat princeps, vel è contra, & sic in cæteris, minimè tunc erit unus reipublicæ corpus, sed in varia gubernationum genera diuidetur. Tunc etenim una dicitur respublica, unumque regnum, quando secundum rei naturam gubernatur. Ex quibus evidēs est necessitas cognoscendi puerorum inclinationes. Vnde 7. de leg. inquit Plato: quemadmodum enim navium faber carinulas primum ad navium formam supponit: sic ego mihi facere videor. Nam, dum vite conor figuras distinguere secundum animorum naturales formulas, quasdam quasi carinulas iacio, ut qua via, & ratione huius vite navem per hæc maria ducturi simus, rectè conspiciatur, &c. In qua utilissima sententia satis apertè declarat quantum conducatur ad bonam reipublicæ gubernationem, ad id opus statim quemcunque puerorum à principio accommodare, ad quod naturalem habeat inclinationem, & aptitudinem, & eorum, qui depravatos habent animos, incapacitatem, aut malignitatem fugere. Propter quod Galenus 9. de decretis cap. 7. multum laudat naturalem cuiuscunque pueri solertiam, promptitudinem, ac facilitatem ad bonam intelligentiam materiæ eius artis, de qua agit. Nam propter defectum talis solertiæ solent artifices decipi: præsertim ob similitudinem. Quod, ut non contingat, utile dat consilium, dicens: quam quidē solertiam

Solertia pue-
rorū cur cō-
mendetur à
Galeno.

in pueris spectare prudentissimi in unaquaque civitate seniores, ac prudentiores iudicare deberent: atque ita dare operam, ut sua natura convenientem artem quisque disceret. Nunc si quidem multos rationales artes tractare conspiciamus, qui, nec ea quidem, quæ ipsi dicunt, satis intelligunt, &c. Quibus verbis satis declarat, ea, quæ in hoc cap. docere instituimus. Quod scilicet unusquisque pædagogorum debeat naturam pueri, cuius vitam instituere vult, per dicta signa præcognoscere. Nam examen illud, quod à prudentissimis seniorum totius civitatis fieri debere, dixit, transferre nos possumus ad puerorum parentes, & pædagogos, qui secundum cuiusque pueri naturam, & capacitatem procedere debent in eius institutione, si aliquid proficere cupiunt.

Pædagogus
quilibet pue-
ri instituēdi
naturā præ-
cognoscere
debet.

Prudentissimus Quintilianus multas quoque puerorum proprietates scitu dignas aduertit. In primis igitur, inquit: mihi ille detur puer, quem laus excitat, quem gloria iubet, qui victus fleat. Hic erit alendus ambitu, hunc mordebit obiurgatio, hunc honor excitabit, in hoc desidiā nunquam verebor &c. Vituperat verò genus quoddam ingeniorum, quod in multis apparet puerulis, in quibus elucet præcoccia quædam ingenia. Quæ quidem ingenia dixit fallacia esse, & mala, quia citò perueniunt ad frugem, siue maturitatem, ideoque sunt maximè debilia, & sola ea, quæ sunt ridicula, & facilia, ac parua facile imitantur, seria verò nunquam aggrediuntur: maxima autem audacia, citòque ostendunt, quidquid possunt, & vultu interrito, nulla tarditate, nullaque verecundia verba continuant. Quæ ingenia non multum præstant, sed citò, quia, ut inquit, non subest illis vera vis, nec penitus immixtis radicibus ipsa nituntur. Nam sunt veluti semina, quæ in superficie terræ sparsa celeriter nascuntur, accrescunt, & spicas solis inanibus arstis emittunt. Sic quoque talia ingenia primis annis placent, sed citò cessat eorum admiratio. Nam, ut inquit Seneca ad Martiam, quidquid ad summum cito venit, ad exitum prope est. Nam ubi incremento locus non est, vicinus occasus est, &c. De hoc ingeniorum genere loquitur Cicero 2. de oratore cum inquit: non enim in eo potest esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assequutum. Et Aulus Gell. lib. 13. cap. 2. citat Tragicum Accium, qui de his ingeniis loquens, dixit: Nam, quod in pomis est, idem esse aiunt in ingeniis: quæ dura, & acerba nascuntur, post sunt mitia, & iocur

Puerorū non
paucæ pro-
prietates ex
Quintiliano.

Ingenia qua-
dam præco-
cia non pro-
buntur Quin-
tiliano.

Nec Cicero-
ni.

Quid de præ-
dictis inge-
niis sentiat
Aulus Gel-
lius.

Et iocunda, sed que gignatur, statim vieta, & mollia, & humida, non matura putrescunt. Relinquendum igitur visum est ingenium, quod dies, atque etas mittescit, &c. Et Aristoteles dixit eos homines, qui debiliorem habent naturam, citius sapere, & ad finem vitæ peruenire. Sed satis diximus in comprobationem nostri instituti, quantum scilicet referat, ut ij, qui pueros educandos suscipiunt, cognoscant eorum naturas, ut prauæ corrigantur, & bonæ perficiantur, & vnumquemque puerorum ad illud opus ducant, ad quod sua natura fertur: cum si natura sit inuita, faciat omnia irrita. Sed docere nunc oportet, quo modo parentes, & pædagogi pueros facilius alliciant ad virtutum, & scientiarum culmen.

CAPVT XI.

De modis, quibus tractandi sint à pædagogis, atque magistris pueri, ut asperum virtutū & scientiarum iter aggrediantur, an scilicet vapulationibus, & minis, an mollitiæ, iucunditate, an media quadam via sint regendi.

Cognita singulorum puerorum natura, inquirendum præterea est, quo modo ipsi sint tractandi à parentibus, & pædagogis, ut ad propositum finem rectè, atque facilius ducantur. Nam cum difficilis sit, & nimis laboriosa via, quæ ducit ad virtutes, & ad scientias, & cum omnes pueri, magis, aut minus omne molestum refugiant, & ad iucundum promptè ferantur: necessarium est, ut parentes, & pædagogi aliqua vtantur methodo, quæ doceat ita miscere insipidum illius laboris, atque timoris, cum aliqua iucunditate, & requie, ut moueant ipsos asperam eam, & spinosam, non solum ingredi, sed totam percurrere viam.

Varia de puerorum tractatione sententia

De hac verò re variæ sunt grauissimorum hominum opiniones. Nam aliqui censent mobiles, omnino inconstantes, & affecti plenas puerorum naturas, domesticandas, atque erudiendas esse, ut brutorum naturæ: solis scilicet minis, obiur-

gationibus, & vapulationibus. Nulla enim alia ratione flectendas, atque ducendas esse tales naturas ad virtutum, & scientiarum iter existimant. In primis namque, cum omnes pueri, secundum magis, vel minus rebelles ad obedientiam sint, & non solum secundum communem humanæ naturæ fragilitatem, sed etiam propter eiusdem ætatis naturam, & ad cupiditatem vehementem inclinationem, ac propter prudentiæ defectum, necessariū est continua asperitate eisdem domare, nullamque molliem ipsis permittere. Nam, si, ut inquit Terentius 3. *comædia*, omnes homines licentia deteriores efficiuntur, multo magis id eueniet pueris, quibus nullus adest rationis vsus. Quare nulla licentia, ac molliæ laxandi sunt pueri, sed perpetuis frænis cohibendi. Nam, ut inquit Plato 3. *de leg.* ex licentia nascitur impudentia, quæ facit patris, matris, & seniorum præcepta contemnere.

Licentia deteriores efficit homines.

Impudentia nascitur ex licentia.

Tum præterea, ut probat Seneca 2. *de ira*, nihil magis iracundos facit pueros, quam eruditio mollis, & blanda. Quare quanto magis parentes, aut pædagogi ipsis indulgebunt, tanto plus corrumpent ipsorum animos. Quapropter, ut idem asserit, *unicis, & pupillis corruptior efficitur animus, quia illis plus reliquis indulgetur.* Nam non resistet offensis puer, cui nihil unquam negatum fuit, cui lachrymas à pædagogi castigatione causatas, sollicita, & imprudens mater semper abstergit, cui de pædagogo satis factum est. Et quamuis dicat Seneca dictam educationem solum reddere pueros iracundos: certum tamen est, non solum ad hoc vitium, sed ad reliqua omnia eos dispondere, quæ causa concupiscibilis facultatis euenire solent. Nam ex blanda, siue molli educatione, non solum ad iracundiam, sed ad crapulam etiam, ebrietatem, ad reliquasque omnes corporis voluptates prompti efficiuntur. Ut enim inquit Quintilianus, mollis ista educatio, quam indulgentiam vocamus, omnes nervos corporis, & animi frangit. Et Salamon 23. *proverbiorum* inquit: *noli subtrahere à puero disciplinam. Si enim percusseris eum virga, non morietur. Et 29. asserit: virga, atque correctio tribuit sapientiam: puer autem, qui dimittitur voluntati suæ, confundet matrem suam.* Et in Eccl. 30. *equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadit præceps. Laeta filium, & patientem te faciet: lude cum eo, & contristabit te.* Et 7. *filie tibi sunt: serua corpus*

Qua secum vitia trahit eruditio mollis & blanda.

Indulgentia effectus.

40 Tr.IV. de Ethica puerorum.

corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Quibus omnibus præcipit Spiritus sanctus, pueros ali debere asperitate, & seueritate, non mollitie, atque licentia.

Rationesque ostendunt pueros esse hilariter educandos.

Vapulare turpe est & seruile.

Pauor & timor effugit.

Asiatici cur bellum fugiant.

Alij verò doctores contra sentiunt, educandos scilicet esse pueros hilaritate, & gaudio. In primis enim Quintilianus prudentissimus, & antiquissimus puerorum magister inquit: cedi verò discentes, quanquam receptum sit, & chrysippus non improbet minimè velim, &c. In quo loco censet pueros, qui sub magistro sunt, nunquā esse vapulandos, quia vapulare, turpis res est, & seruile, atque abiectos generat animos. Ex nimia enim vapulatione adeo timidi, pauidi, & amarulenti aliqui pueri fiunt, ut non solum corporis, sed etiam animi offensa inepti ad viriles actiones efficiantur. Nam continuus pauor, ac timor, veluti frangit animi vigorem, & eiusdem alacritatē tollit, eūdemque in omnibus dubium, & formidolosum reddit. Vnde in cunctis hæsit, quia tam delicias, quam fauores suspectos habet, quo fit, ut nihil audeat. Quod videtur docuisse sapientissimus Hippocrates, lib. de aere, aquis, & locis: ubi reddens causas propter quas Asiatici magis fugiant, atque timeant bellum, quam Europæi, inquit: unde bellicosiores quoque Europæi extant, non ob hanc solum causam, sed & propter leges. Non enim regibus obediunt, quemadmodum Asiatici. Vbi enim sub regibus viuunt, ibi necesse est homines timidi & serui esse: seruitute namque animi eorum premuntur, &c.

Propter quod Plato 2. de rep. iussit, quod matres non terreant pueros vanis fabulis dicentes Deos quosdam sub variis, ac perigrinis imaginibus nocte vagari, ne simul in Deos malè dicant, & ipsos pueros timidiores efficiant. Et S. Thom. lib. 1. de reg. principum, opus. 20. asserit: naturale etiā est, ut homines sub timore nutriti in seruilem degenerent animum, & pusillanimes fiant ad omne virile, & strenuum opus. Quod experimento patet in prouinciis, quæ diu sub tyrannis fuerant. Vnde Apostolus ad coloss. inquit: patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros, ne pusillo animo fiant, &c. Quod autem ex timore, atque perpetua tristitia varij soleant pueris euenire morbi, potissimè tamen epilepsia, dictum à nobis superius est: quod verò simul etiam perdant accrescendi vigorem, patet, quia, ut probat Aristot. in politicis, alacritate, & otio felix fit accretio.

Vt autem Plato propositam soluat dubitationem, verissimumque proponat modum, quo pueri sint tractandi, prius duas istas sententias refutat 7. de leg. & mediam eligit. Probat enim in primis à laboribus, & doloribus labefactari, ac distrahi puerorum animos, dicens: nonne videtur vobis difficilis homo, nec vlllo modo tranquillius, etiam querulus, atque gembundus, ultra quam virum bonum deceat, &c. Deinde verò probat voluptuosam educationem perniciosam esse, cum inquit: si quis omni ratione pro viribus conetur, ut hoc triennio (primorum annorum) puer, quam minimo dolore, metu, tristitia afficiatur: nonne pueri animus pacatior, tranquilliorque reddetur? Cl. perspicuum est, o, hospes, multoque etiam magis, si quis eum in multis voluptatibus educarit. Ath. hoc ego tibi non concedam, o mirifice Clinia. Nam talis educatio, cum in principio statim adhibeatur, omnium maxima perniciēs est, &c. Quo in loco nullum maiorum perniciosius euenire posse puerorum animis asserit, blanda, & licentiosa educatione.

Quid de prædictis opinionibus statuat Plato.

Educatio voluptuosa quæ perniciofa.

Quibus reiectis opinionibus, inquit: mea quidem ratio rectam viam censet, nec voluptates sequi omnino, nec fugere omnino dolores debere, sed medium potius illum habitum sequi, quem, & ipse modo tranquillitatem vocabat, & omnes Dei proprium esse, diuino quodam oraculo, rectè conicientes fatemur. Hunc habitum sequi debet quisquis hominum diuinus est futurus, adeo, ut neque ipse ad voluptates omnino procliuis sit, alioquin procul à dolore non erit, nec alium quenquam, siue senem, siue iuuenem, aut masculum, aut feminam indulgere voluptatibus patiat, minimeque omnium statim natos infantes. Firmissimi tunc omnibus mores omnes propter consuetudinem, innascuntur, &c. Quibus verbis mediam quandam viam inter nimis laboriosam, nimisque iocundam eligit, ita ut neque omnino sit laboriosa, neque omnino voluptuosa, sed constans laboribus cum aliqua voluptate admixtis. Quam quidem oraculo quodam, id est voce à Deo delapsa se coniectasse affirmat, approbatam esse, tanquam omnium vtilissimam ad omnes alendos pueros ab omnibus Diis. Vnde monet eam, non solum pueros, sed etiam omnes homines sequi debere, qui se diuinos futuros esse desiderant. Nam talis via non permittit homines omnino voluptatibus, aut solis laboribus esse deditos, sed otiis, & laboribus ita affectos, ut in nullo illorum leges mentis transgre-

Vera educandi ratio ex eodem Platone.

diantur; & quamuis moneat Plato, non debere indulgere voluptatibus, nec senes, nec iuuenes, nec viros, nec mulieres: minimè tamen omnium eis vti debere affirmat infantes, qui recens nati sunt, quia omnes mores, qui teneris pueris innascuntur omnium firmissimos esse, propter consuetudinem, asserit. Faciendum igitur cum pueris est, quod faciunt medici cum ægrotantibus, vt Plato 2. de leg. iussit. Medici enim vtilia languentibus alimèta, si fuerint eis iniucunda, iocundis quibusdam condimentis illiniunt, vt eadem libenter accipiant, & contra ea alimenta, quæ eisdem ægrotis sunt noxia, miscent amaris salsamentis, vt eadem refugiant ægroti: sic pueris eos labores, qui in acquirendis virtutibus se offerunt, miscere oportet aliquibus delectationibus, & otiiis. Nam, vt inquit Arist. 8. poli. cap. 5. pueri propter ætatem nihil ferunt sponte, quod non habeat in se iocunditatem. Quare ita ducere, ac gubernare pueros oportet, vt non continuo metu, atque timore stolidi, ac veluti serui fiant, neque continuo labore omnino abhorreant virtutes, scientias, aut artes, ad quas eosdem allicere cupimus. Sic enim fieri poterit, quod ille dixit, vt studia scilicet, quæ amare nondum coeperat puer, odio habeat, & amaritudinem semel præceptam etiam vltra rudes annos reformidet.

Itaque nec tanta mollitie, & licentia sunt tractandi pueri, vt superbi, & impudentes fiant, nec tantis verberationibus, & metu, vt veluti serui reddantur: sed inducendus illis is timor est, qui fit cum aliqua iocunditatis, & amoris specie. Debet enim talis timor esse cum reuerentia, & pudore, qualis est is, quo vtuntur filij bene morigerati circa suos parentes, boni ciues circa bonos gubernatores, & bonæ vxores circa bencuolos maritos. Nam hoc timoris genus non labefactat animum, sed eius inordinatos motus compescit, & ad rationis obedientiam trahit. Timor enim, qui supradictas animi, & corporis noxas causare diximus, est cum inimicitia, & odio, qualis est, quem serui habent ad dominos, & ciues ad tyrannos, & iniquos gubernatores. Quare is, qui iusto timore educare pueros vult, cum leni quadam seueritate eos ita debet monere, vt aliquid agere contra præceptoris decretum, cum pudore timeant, & pro delicto pœnam, & pro obedientia laudem spectent. Nam quemadmodum tota vita diuisa est in o-

tium, & in negotium, in bellum, & pacem, vt. 7. poli. cap. 14. docuit Aristoteles: sic etiã pueritiæ educatio, timore, & hilaritate gubernanda est. Quemadmodum enim in adultis finis belli est pax, & finis negotij est otium: sic in pueris finis laboris, & tristitiæ est iucunditas, & lætitia. Hæ enim sunt illorum medicinæ. Nã his duobus contrariis ad mediocritatē reductis pulchra efficitur anima, simul cum corporis pulchritudine. Et, vt inquit Plato 7. de leg. illa est recta puerorum educatio, quæ simul corpus, & animã pulchrã reddit. Et ideo Arist. lib. 10. ethic. iubet, pueros erudire labore, & iucunditate. Et, vt alius philosophus asserit, laudis, & pudoris studium adhibendū est pueris, velut equis calcar, & frænum. Et secundum Zenonem, & Chrisippum, interim delectatione, & interim tristitia sunt afficiendi, quasi per callem spinosum, vt Apuleius.

Sed, vt in particulari melius, ac vtilius ista efficiantur, debent pædagogi ad singulorum proprietates, vt cap. superiori diximus, attendere. Nam, qui ex propria natura sunt superbi, ac iracundi, minis, & obiurgationibus debet comprimi, & ad mediocritatem reduci: eos verò, qui timidiore, ac frigidiores sunt, laude & hilaritate potius, quàm minis oportet excitare, ac fouere. Nam hi sunt, quos dicebamus vapulationibus stolidos, ac stupidos reddi. Duri verò pueri, rigidi, indociles, ac hebetes, admodumque segnes vapulationibus indigent, vt excitentur, vt asini. Si autem pueri dociles fuerint, bene morigerati, & acuti, ac vigilantes laudibus, & præmiis cum seueritate, ac prudentia sunt à pædagogis fouendi.

Seneca quoque 2. de ira quædam documenta affert ad puerorum educationem vtilissima, dicens: longè itaque ab assentatione remouenda pueritia est. Audiat verum, & timeat, interim vereatur. Semper maioribus assurgat, nihil per iracundiam exoret, quod flenti negatum fuerit, quieto offeratur. Et diuitias parentum in conspectu habeat, non in usu. Exprobrentur illis perperam facta. Pertinebit ad rem præceptores, pædagogosque pueris placidos dare. Proximis applicatur omne, quod tenerum est, & in eorum similitudinem crescit. Nutricum, & pædagogorum retulere mox in adolescentiam mores. Tenuis ante omnia sit victus, & non preciosa vestis, & similis cultus cum equalibus. Nō irascetur aliquem sibi comparari, quem ab initio multis parem fecerit, &c. Quæ quidem omnia documenta

F serua

Pueri tractandi
sicut solent
ægrotos tra-
ctare medici.

Educatio
recta, qua
sit.

Pædagogi de-
bent tractare
pueros iux-
ta singulorum
proprietates.

Quo timore
viuendum in
educandis
pueris.

Documenta
quædam ex
Seneca quo-
ad puerorum
educationē.

Vita totius
diuisio qua-
drum membris.

42 Tr. IV. de Ethica puerorum.

seruare debet is, qui bene educare pueros vult.

Puerorum animi amulatio aliis virtutibus accendendi, ex Quintiliano.

Est etiam alius vtilissimus modus excitandi puerorum animos, per aliorum scilicet æmulationem, quem modum aduertit Quintilianus, dicens: *proderit (pueris) alterius pueri obiurgata à magistro desidia, proderit laudata industria, ex. itabitur laude æmulatio, turpe ducet cedere pari, pulchrum superasse maiores. Accendunt hæc omnia puerorum animos. Et licet vitium sit ipsa ambitio: frequenter tamen causa virtutum est, &c. Et in alio loco, inquit, Rogetur, & laudetur puer, & nonnunquam scisse se gaudeat. Aliquando ipso nolente doceatur alius, cui inuideat. Contendat interim, & sapius vincere se putet, præmiis etiã quæ capit illa ætas euocetur, &c. Postea verò docet quoque modum, quo in eorum institutione habere se debeat pædagogus, dicens: proxima, id est faciliora, amplectuntur magis pueri, ut vites arboribus applicata inferiores prius amplectendo ramos, in cacumina euadunt. Quod adeo verum est, ut ipsius etiã magistri, si tamè ambitiosis vilia præfert, hoc opus sit, cū adhuc rudia tractabit ingenia, non statim operare infirmitatem discipulorum, sed tēperare vires suas, & ad intellectum audientis descendere. Nam, ut vascula oris angusti superfusam humoris copiã respiciunt: sensim autem influētibus, vel etiã instillatis cōplentur: sic animi puerorū, quantum excipere possint videndū est. Nā maiora intellectu, velut parū aptos ad recipiendū animos, non subeunt, &c. Est etenim, ut inquit, studiū sua infantia, ut corporum mox, etiã forissimorū, educatio à lacte, cunisque iniriū ducit: ita futurus eloquentissimus, edidit aliquādo vagitum. Ista igitur omnia debet obseruare, ac secundum istas leges progredi, qui pueros statim à principio alendos suscipit, ut in sequentibus amplius explicabitur.*

Modus ex eodem, quo uti debet pædagogus in eorū institutione.

CAPVT XII.

Quid sit virtus in communi, & vitium morale, & utrū virtus moralis sit habitus simplex, vel participet extrema.

PER dictarum igitur legum obseruantia debet magister morum in puerorum educatione procedere: sensim scilicet perficiendo, ac assuefaciendo appetitum sensitium, per suorum actuum mediocritatē ad veram rationis obedientiam. Virtu-

tum enim productio in ipso fit appetitu ab actibus eiusdem appetitus iuxta mentis regulas sapius elicitis, ut dicemus. Sed, ut magis manifestetur modus, quo virtutum sit generatio, æquum erit, breuiter, ac veluti obiter, explicare id, in quo consistat virtutis moralis natura. Nam recte intellectis omnibus causis ipsius moralis virtutis, facilius percipietur eius acquisitionis modus, quem nos in hoc lib. explicare conamur. Hanc methodum obseruauit Plato in *Meno*, siue de virtute & dialogo de fortitudine, vbi asserit: *nonne hi nos in præsentia adhibuerunt in consiliū, quæ ratione virtus animis filiorum suorum adhibita eos meliores efficiat? Nonne igitur constare id oportet, videlicet, quid ipsa virtus sit intelligere? si enim quid virtus sit, pænitus ignoremus, quo pacto consulere cuiquam poterimus, viamque optimam, & facillimam ad virtutem consequendam ostendere, &c. Hoc igitur documentum sequendo, necessarium est explicare quid sit virtus, ut modū, quo pueri eam adipisci possint, facilius exponamus.*

In primis igitur S. Thom. 1. 2. *quest. 55. art. 4.* quærit, an virtus conuenienter definiatur ab Auguf. 2. *de lib. arbitrio*, cū inquit: *virtus est bona qualitas mentis, à qua recte viuunt, quæ nullus male vitatur, quæ Deus in nobis sine nobis operatur.* Et quāuis D. Th. probet propositā definitionem, perfectāque esse dicat, quia comprehendit omnes virtutis causas: aduertit tamen qualitatem esse virtutis genus remotū, & ideo perfectiorem esse definitionem, si loco illius ponatur *habitus*, qui est proximus eiusdē virtutis genus. Aduertit quoque, quod bonū, per quod distinguitur virtus à vitio, quod rēdit semper ad malum, per quodque bonum virtus distinguitur ab opinione, quæ aliquādo ad bonū, & aliquādo ad malum tendit, non debere intelligi, ut transcendit per omnia prædicamēta, sed solum quatenus singulari quodā modo aliquid à virtute fit particeps alicuius bonitatis. Homo enim efficitur à virtute bonus, & opus virtutis ab eadem dicitur bonum.

Ad virtutem recte definitur ab Augufino.

Bonum virtutis quomodo intelligendum.

Homo bonus à virtute.

Asserit quoque D. Augufin. cum dixit mentem esse subiectum omnium virtutū, non negasse appetitum sensitium humanum esse capacem virtutum moralium, sed id dixisse, quia tali appetitui non conuenit ex sua generica natura esse subiectum virtutum moralium: sed solum id conuenit ei propter participationem rationis, quam solus humanus appetitus habet.

Mentem esse subiectū omnium virtutum quo sensu intelligat Augufinus.

Aduer

Aduertit quoque D. Thom. tollendam esse à definitione particulam illam, *quam Deus in nobis sine nobis operatur*. Nam illa parte in definitione posita, solū comprehendit virtutes à Deo infusas. Has enim solas operatur Deus in nobis, sine nobis. Nā reliquæ omnes per singulares humanas actiones acquiruntur, vt dicemus. Vnde perfectā manebit definitio, si dicamus: *Virtus est bonus mentis habitus, quo recte viuatur, & quo nullus male vititur*.

Cæterum, dicta definitio communissima est: nam comprehendit omnes virtutes intellectuales, & morales acquisite, & infusas, & nos solum quærimus generationem virtutum moralium. Quapropter inquirenda est harum virtutum propria definitio. Vnde propter eandem quoque causam non probamus definitionem virtutis adductam à Cicerone 4. *Tus.* inquit enim: *virtus est affectio animi constans, conueniensque, laudabiles efficiens eos, in quibus est, & ipsa per se sua sponte, separata etiam utilitate laudabilis est, ex ea profisciscuntur honeste voluntatis actiones, omnisque recta ratio dici potest*. Contraria virtutis est vitiositas, quæ est omnium vitiorum malitia. Gal. quoque lib. 5. de decretis, cap. 5. latè definiuit virtutem, dicens: *Virtus est perfectio vniuscuiusque nature*. Quæ definitio omnem comprehendit virtutem. Nā cum omnis virtus sit principium quoddā efficiens, quod perficit, & ordinat potentias ad operandum, rectè dixit Gal. virtutem esse cuiusque nature humane perfectionē. Potētiis enim solum cōpetit simpliciter operari, substantiæque actus attingere, perfectius verò, aut imperfectius operari solum ipsis euenit ratione acquiritorum habituum.

Vt autem singularis virtutum moralium definitio explicetur, scire oportet id, quod docet Aristot. 3. *ethic.* ad virtutis scilicet moralis existentiam tria requiri, nēpe scire, velle, & immobiliter operari. Scire enim est necessarium ad virtutem, vt agat secundum rectam rationem, & necessarium etiā velle immobiliter operari. Quibus suppositis Aristot. 2. *ethic.* & lib. 1. *mag. mor.* inquit ex professo, & magis in particulari, in quo consistat virtutis moralis natura eiusque proprietates. In primis enim 2. *ethic.* cap. 3. reprehendit quosdam philosophos, qui dicebant virtutes morales esse perturbationum vacuitates, ac tranquillitates quasdam. Quod falsum esse asserit, quia simpliciter dicebant esse affectuum vacuitates: cum debuerant

addere esse vacuitates perturbationum, quando oportet, & vt oportet. Nam, vt ipse ait, *virtus moralis est facultas agendi res optimas circa dolores, & voluptates, vt vitium est facultas agendi res malas circa eisdem dolores, & voluptates*. Et cum fieri non possit, vt quis optimè operetur circa dolores & voluptates, nisi id faciat quando, & quo modo oportet, quod est agere secundum rationis legem, nec facere possit mala opera circa easdem res, nisi id faciat, quando, & quo modo non oportet, quod est non obedire rationi: propterea non satis est dicere, virtutes vacare affectibus.

Sed, quia definitio tradita ab Arist. in hoc loco solū comprehendere videtur virtutes morales attinentes ad concupiscibilem appetitum, neque integrè explicare naturam earundem virtutum: propterea cap. 5. eiusdem lib. & lib. 1. *mag. mor.* cap. 5. probat ex tribus rebus, quæ eueniunt animæ, potentiis scilicet, affectibus, & habitibus, virtutes, neque esse potentias, neque affectus, seu perturbationes, quia à nullo horum laudamur, aut vituperamur. Nam solum id nobis accidit ab habitibus disponentibus insitas potentias ad bona, vel mala opera efficienda cum electione. Hinc igitur patet, virtutem moralem esse habitum electiuum, consistentemque in perturbationum mediocritate, & vitium morale esse habitum electiuum consistentem in extremis perturbationum. Eligitur autem mediocritas, aut extremitas perturbationum circa varias materias: nempe circa voluptatem, & dolorem, circa receptionem, aut distributionem pecuniarum, circa honores, aut infamias, circa verba, & actus ad communem hominum vsum pertinentes, circa iram, & suum contrarium, circa audaciam, & timorem, circa gaudium, & tristitiam, & similia. Nam si harum rerum mediocritatem elegerint homines, fiēt studiosi: si extrema optauerint, vitiosi reddentur.

Vnde lib. 1. *mag. mor.* id magis explicans dixit virtutem moralem esse habitū electiuū, qui ab excessu, defectūque corrumpitur. Nam quemadmodum corporalis habitus ab excessu, defectūque corrumpitur: sic etiam habitibus moralibus idem cōtingit. Quemadmodū enim robur corporis à paucis, & nimio exercitio dissoluitur, & sanitas à paucis, & nimio cibo labefactatur: sic idem euenit temperantiæ,

Virtutis & vitij descriptio.

Virtutes neque esse potentias, neque affectus seu perturbationes, ex Aristotele.

Virtus moralis est habitus electiuus, per excessum defectūque corruptibilis.

Virtutis definitio ex Cicerone petita non probatur.

Virtutis lata definitio iuxta Galenum.

Virtutis moralis existentia tria requirit.

Philosophorum quorundam error circa definitionem virtutis moralis.

fortitudini, & reliquis omnibus moralibus virtutibus ab extremis perturbationibus, quarum virtutes sunt mediocritates. Nā si quis adeo sit intrepidus, vt neque Deum ipsum timeat, talis non fortis, sed demens erit, propter nimiam audaciam: sin cūcta formidet, non erit fortis, sed meticulosus, propter excedentem timorē. Quapropter certum est corrumpi virtus ab his extremis, à nimio scilicet timore, & ab inconsiderata audacia, conseruari verò ab eorundem perseuerante mediocritate: audendo scilicet, & timendo quando, & quomodo, & cum quibus oportet. Quod quidem est audere, & timere cū id recta ratio præscripserit, quæ dicitur *Prudentia*. Et idem dicere oportet de temperantia, iustitia, & de reliquis omnibus moralibus virtutibus.

Ratio recta, prudentia.

Virtus moralis, ex vi nominis, quid sit.

Quare si vim nominis consideremus, virtus moralis est quædam perfectio humanarum potentiarum, acquisita per moram earundem actuum. Res autem ipsa est habitus eligens potentiarum rationalium, ordinans ipsas inter se, & in ordinem ad exteriora opera. Facit enim iste habitus potentias irracionales obedire rationi, ideoque ordinata opera facere.

Quia ratio sit mediocritas inter duas extremas perturbationes.

Dubium tamen videtur, quo modo virtus moralis sit mediocritas inter duas extremas perturbationes. Nam cum sit media qualitas inter duas extremas qualitates, necessarium esse videtur virtutem moralem participem esse duorum vitiorum, vt tepidum est particeps frigiditatis & caloris. Quod quidem esse absurdum probat Cicero 4. *Tus.* idem quoque probat Seneca. Hi enim duo viri refutant sententiam Peripateticorū, & Stoycorum opinionem sequuntur. Hi etenim negabant virtutem subiectari in potentia, à qua perturbationes dimanare possēt, & liberalitatem, verbi gratia, compositam esse ex prodigalitate, & auaritia, & sic de cæteris. Nam, si ita esset, quælibet virtus includeret in sua essentia radices, & semina vitiorum, sicque facillimo negotio possent pullulare vitia: ipsi verò censēbant in nostra esse potestate omnino absumere posse productionem perturbationum. Absurda tamen est, omninoque falsa istorum hominum sententia, vt cum Aristotele multoties diximus. Probat enim multis in locis virtutem moralem non tollere potentiarum irrationalium perturbationes, sed potius ipsas perficere, ad mediocritatemque reducere: imo probat

Eorum tamē falsa opinio.

ipsam virtutem gigni ab actibus ipsarum potentiarum, hoc est ab eisdem perturbationibus ab ipsa ratione cohibitis. Nam, vt probat Plutarchus *libello de virtutibus*, bona fit perturbatio, non extirpante, sed potius perficiente ipsam ratione. Indiget enim anima ipsis perturbationibus: nam ipsis, tanquam instrumentis vititur ad corporis conseruationem. Dedit enim natura hominibus organa perturbationum, propter eorundem necessitatem. Vnde affectus non indigent extirpatione, sed potius rationis cultu, ac perfectione. Nam, vt inquit Plutarchus, non sunt rescindenda vitia simul cum inutilibus, sed, vt bonus facit sator, inutilia oportet tollere, colere verò, ac perficere vitia. Ij enim qui ebrietatem timent, non penitus effundunt vinum, & magister equorum tollit equi asperitatem, ac inutiles saltus: non tamen extirpat eiusdem motum. Sic, qui perturbationes verentur, non debent omnino tollere affectus. Tollitur igitur nimia cupiditas, nimia ira, nimius timor, & audacia: non tamen tollitur absolute cupiditas, ira, &c. Nam quemadmodum magister nauis vehementes ventorum procellas abhorret: moderatos tamen ventos desiderat: eodem modo ratio vehementes perturbationum procellas tollit: moderatos verò affectus conseruat. Imo si ratio omnino maneret sine affectibus, maneret ipsa, sicut manet magister nauis sine ventis. Quare dicimus virtutem moralem esse vnum simplicem habitum in sua essentia: medius tamen inter duos extremos habitus, à quibus realiter distinguitur specie. Vnde non est compositus ex illis, vt habent rationem vitij, sed potius est omnino contrarius vitiosis habitibus. Quapropter virtus perficit potentiam, & corrumpit contrarios habitus moderando ipsos, ac veluti amputando, quod in illis est superfluum. Contra verò extremi habitus, qui sunt vitia, corrumpunt mediocritatem perturbationum. Quemadmodum enim corporalis sanitas est distinctus habitus à suis extremis: sic etiam virtus moralis. Plutarchus verò asserit virtutem moralem eodem modo esse medium duorum vitiorum, quo suavis sonus, siue suavis harmonia, quæ resultat ex recta temperatione acutarum, & grauium fidium. Nam quamuis vnaquæque harum per se mota insuauem edat sonum, simul tamen attemperatæ, ac

Perturbatio bona quando fit.

Ratio sine affectibus, est veluti nauiclerus sine ventis.

Virtus & vitium quomodo opponantur.

Moralis virtus medium est duorum vitiorum.

motæ

motæ dulcem edunt harmoniam. Et quemadmodum ista harmonia non est mixtio diuerforum sonorum, sed vnus simplex resultans ab omnibus, à quibus singulis realiter distinguitur: sic virtus est distinctus habitus à duobus extremis roborans languidum, diminutumque affectum, & retundens multum, nimisque intentum. Adhibet enim modum, atque constantiam perturbationibus, vt fortitudo retundit, & ponit debitum modum temeritati, & timiditati, & temperantia stupori, & intemperantiæ, & iusticia demit plus, & minus in commerciis, & mansuetudo indolentiæ, & crudelitati, & sic in cæteris. Sed de his satis ad nostrum institutum dictum est, qua propter ultra progrediamur.

CAPVT XIII.

De parte theorica philosophiæ moralis, quòd debeant scilicet pueri ante omnia, diuina præcepta addiscere, & quod hæc consuetudo ab omnibus ferè nationibus semper fuerit obseruata.

ANtequam deueniamus ad singulares modos, quibus pædagogi ducere debeant pueros ad exercitium singularem virtutum, docere oportet, quædam communissima instrumenta necessaria ad omnium virtutum exercitium. Est igitur necessaria ad acquisitionem cuiuscunque virtutis quædam contemplatio, & rei contemplatæ exercitatio, vt Aristoteles, & Seneca docent. Ad contemplationem, inquit Seneca *epist.* 94. est necessaria institutio, & ad exercitationem admonitio. Inquit itaque: *vt discas, oportet, & quod didicisti, agendo confirmes.* Cum igitur philosophia moralis sit ars animæ, siue ars rectè viuendi, eius magistri debet ita se gerere, vt se gubernant magistri artium corporis: nam, quāuis illa dicatur ars anime, quia suus finis est perficere animam virtutibus moralibus, & eius dirigere actiones ad vitam fœlicem, & illæ dicantur artes corporis, quia ad illius necessitates sunt institutæ: conuenit tamen philosophia moralis cum illis in modo se communicandi. Est etenim, vt illæ, collectio, ac ordina-

ta quædam accumulatio præceptorum ducentium certa cum ratione ad finem, ad perfectum scilicet bene viuendi modum. Quapropter necessarium in primis est ad firmam virtutis generationem, vt puerorum vacuæ mentes, ad malumque pronæ, bonis præoccupentur præceptis, antequam scilicet prauæ eis adueniant opiniones. Inijcienda enim virtus est in inoccupatum locum, quæ mendacia placentia contra verum extirpet, & quæ nos à populo, cui nimis credimus, separet. Sunt igitur necessaria bona præcepta, quæ resistent introductioni malorum. Nam cum præcepta in artibus sint, veluti radices in plantis, qualia fuerint præcepta, quæ prius acceperint pueri, tales ab eis orientur actiones. Et ideo, inquit Seneca, *æquæ præcepta, si tecum semper sint, profutura sunt, quàm bona exempla.* Et postea iterum ait, *ad verum sine decretis non peruenitur.* Solæ enim ex actiones simpliciter dicuntur bonæ, quæ ex præceptis, ex arte, siue ex habitu fiunt. Nam solum istæ diu perseverant. Quæ enim bene fortuito, id est, sine arte fiunt, non possunt dici simpliciter bonæ. Nam, vt probat Caietanus 1.2. si aliquis, verbi gratia, ex prodigalitate, propter indigentiam, aut propter aliam fortuitam causam, deueniat ad aliquas efficiendas actiones liberales, non propterea talis homo erit liberalis, quousque habitum liberalitatis accipiat, à quo ipse nominabitur studiosus, & eius actiones nominentur bonæ. Vnde necessaria sunt præcepta ad principium, & perseverantiam studiosarum actionum, propter optimum finem factarum.

Cæterum, vt dicebamus, non satis erunt præcepta ad productionem bonarum actionum, nisi in animo libero, & à falsis opinionibus dissoluto seminentur. Nā, vt inquit Seneca, quemadmodum folia plantarum per se virere non possunt, nisi earum radices ex terra succum trahant: sic præcepta si sola sint in terra malis seminibus occupata, marcent quidem, & arescunt, vt folia arborum, quarum radices in sterili sint immersæ terra. Quare in superuacuum præcepta iactabimus, nisi præcesserit, qualem de quaque re habere debeamus opinionem: sin vero iniciantur in iam occupatam malis opinionibus mentem, ita euadent inutilia, vt sunt arma ei, qui ligatas, vel occupatas manus habuerit. Quapropter in solis puerorum mentibus, in quibus nihil adhuc

Præcepta bona quanti momenti in pueris erudiendis.

Præcepta ad eliciendas bonas actiones requirunt animi liberum à falsis opinionibus.

Virtus non acquiritur sine contemplatione quædam, reique contemplata exercitio.

Moralis philosophia magistri quomodo se gerere debent: & quid illa sit.

46 Tr.IV.de Ethica puerorum.

est depictū, securè imprimi possunt bona, ac sancta documenta, dummodo generalissima sint, & sensibus manifesta: nam puerorum mentes seria, & obscura capere non valent, vt superius dicebamus. Vnde felicitissimi sunt pueri, qui ante receptionem deprauatarum opinionum, iuxta Romanæ Ecclesiæ sanctissima præcepta instituuntur: contra verò infelicitissimi sunt Ethnicorum pueri, quorum mētes statim à principio erroneis opinionibus imbuuntur, & quemadmodum ipsorum omnium opiniones à Dæmone sunt institutæ: sic etiā modus ipsas docendi turpis, ac barbarus est: præsertim Lutheranorum, Calvinorum, & aliorum, qui diabolica persuasionem separati sunt à sanctissima, ab Spirituque sancto gubernata Ecclesia Romana. Nam infantibus, mulierculis, & tonsoribus seriam, obscuramque sacræ paginæ fecunditatem interpretantur. Quod quidem magis est stultum, quàm mente alienatas quæstiones methaphysicas docere. Nam propter istam causam Plato 2. de leg. iussit disciplinam, & educationem puerorum talem solū esse debere, qualis ad eam viuendi rationem requiritur quam lex rectam esse dicat, & viri æquitate præstantes, senioresque vsu rerum, sicuti rectā, comprobarunt. Monet autem ista non esse docenda pueros doctrina profunda, ac seria, sed veluti per iocum, & cantum. Nam, vt inquit, ferè impossibile est, quod teneriores animi seria suscipiant studia. Quapropter, veluti per iocum & cantum, docere pueros oportet, vt ex Platone in Prothagora dicebamus, quid sit iustum, quid iniustum, quid honestum, quid prophanum, & similia. Et sine ambagibus eis explicare conuenit, quid faciendum, & quid non. Et vt Seneca docet in citata epist. ad generationem, ad institutionemque oportet, vt vnusquisque recte mensurare sciat, quantum vnumquodque dictorum conferat ad electionem bonæ vitæ: quantum scilicet valeat iusta facere, & lædat iniusta exercere: & eodem modo pia, & impia, virtus, vsusque virtutum, rerum commodarum possessio, existimatio, ac dignitas, valetudo, vires, forma, & sagacitas sensuum. Errabit enim in modo viuendi, in itinereque virtutis, qui singularum dictarum pretium, ac veram existimationem, & vniuscuiusque vtendi modum ignoret. Nam sic existimare poterit aliqua illorum pluris, quàm sint, eisque malè vtī Nam ea, quæ maxima inter homines habentur,

gratia scilicet, diuitiæ, dignitas, bona fama, & similia, sine virtute, & per se sola, nihil valent ad feliciem, beatamque vitam consequendam: imò, vt ipse asserit, æstimanda sunt minimo, aut nullo numorum. Nihil enim, eorum quæ sunt extra animam, sine virtute prodesse ad beatam vitam potest: quamuis, inquit, cum virtute, si daretur eligendi locus, eligere oportet ea, quæ corporis bona dicuntur, potius, quàm sua contraria, concludit verò Seneca, virtutem ante reliqua omnia eligendam esse, quia hæc sola veram habet sibi, & aliis omnibus bonitatem. De ratione enim virtutis est, quod bonum faciat habentem, & ideo virtus reddit bonas potentias, animam, eius actiones, & totum hominem. Nam à bono habitu bona efficitur voluntas, & à bona voluntate bona efficitur actio. Habitus verò animæ rectus non erit, nisi totius vitæ perfectæ leges perceperit homo, & quid de quoque iudicandum sit, exegerit. Nam non continget tranquillitas, nisi hominibus adeptis mutabile, certumque rerum iudicium. Cæteri enim subinde mutantur, ac fructuant inter ea, quæ omittuntur, & appetuntur. Nam, vt in itinere virtutum non fluctuent homines, debent fixi manere rerum veritatibus, vt firmissimis anchoris naui in mari.

Vtilissima, ac firmissima præcepta, quæ in pueris constituere debent virtutum semina, & nos Christi asseclas ad feliciem vitam ducere, sunt ea, quæ à Christi Redemptoris ore per summos Pontifices ab Spiritu diuino gubernatos, tanquam per proprios vicarios continuata ad nos deriuant. Quam quidem provinciam, inter alios quamplurimos fidelissimos ministros, potissimè nostris temporibus, excolendam susceperunt Religiosi sanctissimæ Societatis Iesuitæ. Hi enim sanctissimis præceptis, monitionibus, exemplis, & linguarum, & scientiarum cultu Christianam omnem pueritiam maxima cum charitate, ac prudentia cohibent, & virtutis iter docent.

Non autem mirum est, quod nos, qui redemptionem, tot tantaque alia beneficia conducentia ad æternæ beatitudinis fruitionem à Christo Redemptore nostro recepisse, cognitum firma fide habemus, totis viribus conemur, prius omnium seminare in vacuis puerorum mētibus sanctissimæ matris Romanæ Ecclesiæ diuina præcepta: cum nulla præcesserit tam barbara gens, quæ ante omnia non niteretur celebri

*Hæreticorū
opinionem
diabolicam.*

*Puerorum
disciplina &
educatio qua
lis debet esse,
ex Platone.*

*Studia serio
non cadunt
in pueros.*

*Virtutis ge-
neratio, in
futuūq; vt
se habeat, ex
Seneca.*

*Christi præ-
cepta virtu-
tum semina.*

*Iesuitæ verū
virtutis iter
docent.*

*Ecclesia Ro-
mana præce-
pta puerorū
animis inse-
renda.*

celebri cultu falsos colere Deos, incognitumque sibi supremum autorem. Omnes enim gentes pueritiam in Deorum cultu excoluerunt

Sacerdotum munus primum apud Aegyptios docere infantes.

In primis enim, vt Diodorus Siculus lib. 2. refert, quamuis apud Aegyptios sacerdotale munus maximæ esset autoritatis: primum tamen, ac potissimum munus erat, pueros docere sacros hymnos, Deorumque cultum. Cuius Aegyptiorum ritus mentionem fecit Plato. 2. de leg. vbi maximè laudat legem, ac consuetudinem illorum: potissimè eam, quam in docenda musica obseruabant. Nam non licebat poëtis aliquid innouare, neque in arte musica, neque in his carminibus, quæ canebantur, sed perpetuo vnica, & eadem arte, vnos, eosdemque hymnos canere. Quod conuenientissimum esse ad firmitudinem, ac stabilitatem bonorum morum asseruit Plato. Nam affectio appetitus, quæ nouis musicis semper excitatur, ac delectatur, corrumpere sanctam, & antiquam musicam, simulque stabilitatem bonorum morum vitaret. Sic quoque idem Diodorus lib. 12. referens leges à Zeleuco conditas, vnam proposuit, dicens: quippe Deos haud quaquam nomine lato ad polluta flagitiosorum sacra, muneraque inspicere velle: ceterum iusta, & innocentia mortalium instituta, probosque mores tota diuinitate complecti: cinibus, ita in ipsis exordiis ad religionem, & Deorum cultum excitatis subiiciens prosequendo iubet, &c.

Religio & Deorum cultus à pueritia addiscendus.

In qua lege ciues omnes exhortatur, vt statim à pueritia religionem, & Deorum cultum colant, & obseruent. Nam Dij, vt idem dixerat, debent ab omnibus hominibus coli, veluti primi, summique omnium mortalium benefactores. Ab ipsis enim solis propinquantur humanitati proles, diuitiæ, virtutes, & animus impunitate, & labe expiatus, purusque, & denique omnia bona. Propter quæ iussit ille legum conditor, vt statim à teneris annis addiscerent pueri omnia attinentia ad religionem, & cultum Deorum. Sed inter eos, qui solo naturali lumine Deum cognouerunt, potissimè, atque mirificè docuit Plato necessitatem, quam habent omnes respublicæ, vt earum pueri prius omnium, ea quæ ad Dei cultum, & religionem pertinent, addiscant, in eisque diutius exerceantur. Nam, vt lib. 4. de leg. monet, vnumquemque hominum statim à pueritia excogitare debere dixit verum modum, quo ex eorum numero sit, qui Dei

voluntatem adimplent, ipsumque in omnibus sequuntur.

Nam cum Deus, vt inquit, contineat principium, finem, & media rerum omnium, recta omnia peragit circuiens ipsam naturam. Vnde eos, qui à diuina lege descuerint, punit, & humilem, ac compositum detinet: eum autem deferit, qui superbus, ac inflatus pecunia, honoribus & forma est, vel iuuenili dementia ardet: sic quodque eum derelinquit, qui ita est petulantia affectus, vt nec principe, nec aliquo duce se indigere, sed aliorum se posse ductorem esse existimet. Et denique asserit Deum esse nobis rerum omnium mensuram. Quapropter oportet, vt eius mandata statim à pueritia excolantur.

Huius etiam puerorum bonæ institutionis videtur fecisse Virgilius mentionem, cum 2. Aeneid. supponere, tanquam certum, videatur, omnes pueros illius antiquitatis sacros hymnos memoria tenere. Nam cum fallacem equum illum in donum Dei oblatum ad urbem reptare cœperant omnes ciues, inquit Virg.

Virgilij locus de puerorum institutione.

circum pueri, innuptæque puella

Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.

Id est pueri sacros hymnos canentes gaudebant tangere funem. Quod quidem facere non poterant, nisi esset mos à prima pueritia eosdem hymnos, sacraque leges addiscendi.

Ex quibus omnibus videtur de iure naturali esse, vt prima puerorum institutio sit circa sacrum cultum, ac diuinas omnes leges. Quare nos, qui non per nebulas, per obscuraque indicia veram Dei misericordiam, eiusque legem veneramur, vt illi, sed fide Catholica sacrosancta mysteria dignoscimus, diuinamque visionem spectamus, si ab ipsa pueritia vsque ad mortem secundum diuina mandata nostram gubernemus vitam: sin minus in sempiternam damnationem ire certum est: magis omnium tenemur nostros compellere infantes ad iter virtutum, instituendo ipsos per diuina mandata, eademque frequentibus monitionibus fouendo. Nā, vt dicebamus, amplexa à puerorum memoria præcepta accenduntur frequentibus monitionibus, vt sopitis ignis: sin minus extinguuntur, ac refrigerantur. Aristot. enim 10. ethicor. hoc discrimen posuit inter pueros, & adultos, quod pueri fiant verbis, & exhortationibus, & bona educatione honesti, ac iusti. Hæc

Puerorum institutio potissima circa Dei cultum legesque.

Virgilij locus de puerorum institutione.

verò

48 Tr.IV. de Ethica puerorum.

verò non valent excitare vulgus ad virtutes, & probitatem. Pueri enim pudore mouentur: adulti verò solum propter meritum pœne. Vnde multum valent monitiones ad excitanda bona præcepta puerorū. Sed cum de parte contemplatiua philosophiæ moralis satis ad nostrum institutum dictum sit, necessarium est, vt de parte practica aliquid, exempli gratia, magis in singulari dicamus.

CAPVT XIV.

Quod propria natura, & essentia virtutis, non contemplationis, sed exercitationis gratia desideretur; probaturque ex Aristotelis, & Platonis doctrina necessarium esse pueros statim ab infantia in bonis actibus exercitare.

Boni habitus generatio.

CVM boni efficiantur homines, per frequentiam bonorum actuum, non satis est in communi scire, quid virtus sit, & quæ præcepta ad illius consequutionem sint necessaria, nisi in particulari doceamus modum, quo fieri debeant omnes particulares actus, ex quibus producit bonus habitus. Quod docet Aristotel. 2. eth. cap. 2. dicens: cum autem præsens tractatio non contemplationis sit, vt ceteræ, gratia: non autem, vt sciamus, quidnam sit virtus, sed vt efficiamur boni, consideremus: nam nulla ipsius esset utilitas, de actibus, quonam modo sint agendi considerare necesse est. Hi enim sunt auctores, vt talis habitus fiat, &c. Nam, vt docuit 10. eth. in rebus agendis non est finis cognouisse singulas res, sed potius agere. Nec de virtute scire, sat est, sed enitendum est, ipsam habere, ipsaque uti, vel si alio modo boni efficiamur, &c. Quapropter nullius erunt utilitatis ea omnia, quæ à nobis sunt hucusque dicta, nisi doceamus pueros per particularium bonorum actuum frequentem exercitationem ad habitus bonos deuenire, malosque fugere: præsertim tamen docere conuenit actus earum virtutū, quæ dicuntur Cardinales. Nam super has potissimè omnis studiosa vita sustentatur, atque firmatur, vt portæ sustentantur super cardines. Ducendi igitur potissimè sunt pueri

Virtutum Cardinalium necessitas.

ad actus temperantiæ, fortitudinis, iustitiæ & prudentiæ. In horum verò actuum exercitatione, ita se debent habere magistri morum, vt incipiant, diutiusque perseuerent in exercendis pueris in iis actibus cuiuscunque virtutis, qui magis sint facillimi, vt sensim ad difficiliore affueant. Quod debent præstare pædagogi non nimia asperitate, sed vt ex Platone dicebamus, per cantum, & veluti per iocum.

Cum virtutes igitur morales per eodem generentur actus, per quos prohibentur, aut corrumpuntur vitia, & è contra, necessarium est, vt in puerorū educatione boni semper in omni morali materia procurentur eorum actus. Nam, vt Aristotel. 2. eth. cap. 1. inquit. Insuper ex eisdem, & per eadem omnis virtus, & ars similiter, & fit, & corrumpitur. Ex eo namque, quia pulsant cytharam, & boni, & mali fiunt cytharadi: sic igitur, & in virtutibus res se habet. Agentes enim ea, quæ sunt in commerciis hominum, alij iusti, alij iniusti fiunt. Agentes etiam ea, quæ sunt in terribilibus rebus, temerè, & assuefacientes, aut timere, aut confidere, alij fortes, alij timidi fiunt. Idem, & circa cupiditates, & iras euenire videtur. Alij enim temperati, & mites fiunt, alij intemperati, & iracundi: ex eo planè, quia hoc in ipsis, aut hoc modo versantur. Atque, vt breuiter dicam, omnes habitus ex operationibus similibus fiunt. Quapropter tales quasdam operationes reddere oportet. Ipsarum namque differentiis habitus ipsi sequuntur. Non igitur parum, sed plurimum, quin potius totum refert, sic, an non sic homines ab adolescentia consuecant, &c.

Virtutum moralium, vitiorumque generatio.

Quibus verbis docet, quod quemadmodum omnes artifices per eadem artis opera sæpius repetita, boni, aut mali euadunt artifices, vt verbi gratia medicus, si secundum verissima artis decreta, secundumque ab ipsis naturalibus, & præternaturalibus rebus, desumptas indicationes, sæpe ægrotantibus medeatur, bonus euadet medicus: sin cōtrario succedat modo, malus fiet, quia malum in mente ex erratis actionibus acquireret habitum. Si verò ex bonis, aut malis actibus nullum sequeretur discrimen, circa acquisitionem habituum, non esset opus magistro, aut præceptis ad cuiuscunque artis perfectam acquisitionem, sed satis esset in quacunque arte operari. Nam ex quacunque diutina operatione resultaret artifex.

Medicus quid bonus, vel malus fieri possit.

Cum igitur non sufficiat ad acquisitionem boni simpliciter, & quomodocunque operari, opus erit bono, docto, & magistro

Boni habitus acquisitio quid requiratur.

Eximium de
puerorum
educatione
exemplum,
ex Platone.

magistro, qui ita dirigat discipulum, vt
semper bona efficiat opera, acquiratque
bonum habitum. Sin minus omnia infœ-
liciter succedent. Eodem igitur modo, quo
in artibus succedere diximus, in virtutibus
moralibus, & vitiis res se habet. Quapro-
pter multum, imo totum refert in bonis
actibus moralibus pueritiam educare. Nā,
vt Aristot. lib. 3. o. prob. dubitatione. I. inquit,
quemadmodum ex senioribus parum expectare
possumus: sic pueritia spe est plena. Plato quo-
que 7. de leg. inquit: Nam in quacunque re à
primis annis ad ætatem vsque maturam versa-
tus aliquis fuerit, iam iocundā arbitratur: quip-
pe, si in musica temperata, atque ordinata fuerit
educatus, contrariam cum audiet, odit, illibera-
lemque appellat: sin vulgarem, & incultā sem-
per audire consueuerit, huius contrariam frigi-
dam, & asperam esse dicet. Quapropter iocundi-
tatis, & molestia in vtraque, pro consuetudine
nostra, par ratio est, & emulumentum, & detri-
menti ratio impar: nempe altera meliores, alte-
ra deteriores facit vtentes, &c. Quibus ver-
bis Plato, vno proposito exemplo, verissi-
mam, vtilissimam, & vniuersalissimam af-
fert doctrinam ad puerorum educatio-
nem. Nam quemadmodum is puer, qui
à teneris, rudibusque annis, mala, inhonest-
a, ac turpia vsque ad perfectam ætatem
cantare assueuerit, adeo prauum ex tali
assuefactione, sibi iocundum acquireret
habitum, vt odio habeat studiosum, &
vtilem ad bonos mores quæcunque can-
tum, frigidumque, & incultum esse iudi-
cet. Sic etiam is, qui à pueritia vsque ad iu-
uentutem contraria canere sit assuetus,
contrarium acquireret habitum, & talem
cantum iocundum habebit, & contra-
rium rudem, & iniocundum. Nam con-
suetudo in vtroque parem generat iocun-
ditatem: disparem verò vtilitatem. Nam
in vno bonum: in alio autem malum ge-
nerat habitum. Quoniam, vt inquit, ex
contrariarum rerum consuetudine par gigni-
tur in exercentibus delectatio, dispar verò vti-
litas. Vnde 2. de leg. maximè aberrare eum
asserit, qui sub suauitate inhonestæ musi-
cæ prauos imbibit mores. Quibus omni-
bus monet deterrendos esse pueros à cō-
suetudine prauorum singularium actuum.
Quod etiam voluit Aristot. cum 7. poli. cap.
17. pueros ludere permittit: omnino ta-
men prohibet illiberales illorum ludos.
Solum enim concedit illis eos ludos, qui
sint imitationes, ac veluti exordia earum
rerum, quæ postea sunt facienda. Et pro-
pter eandem causam iubet, vt nunquam

Consuetudo
parem iocun-
ditatem, di-
sparem vtili-
tatem gene-
rat in exer-
centibus.

Qui ludi
pueris per-
missi.

pueri liberi cum seruis versentur, semper-
que abesse præcipit eos ab auditu, visu-
que rerum & verborum seruilium. Imò
iuste monet verborum impudentiam, &
obscenitatem exterminandam esse, non
solum à quacunque particulari domo, sed
etiam à tota ciuitate, ne pueris ipsis assue-
fiant. Nam ex turpiter loquendi licentia,
necessariò sequitur turpiter operandi tem-
eritas. Quapropter concludit, non lice-
re pueris dicere, aut audire quidquam
turpe, aut picturas, aut actus aliquos de-
formes, neque eos, quos inter vxorem, &
maritum fuis est committere. Quod qui-
dem ideo iussit, quia ex his omnibus pro-
ducitur in pueris quædam veluti natia
impudentia, quædanque vitiorum semi-
na, quæ postea ad malorum actuum exer-
citiū prouocant.

Verborum im-
pudentia, &
obscenitas
omnibus suo
gienda.

Quod quidem adeo timet Quintilia-
nus sapientissimus puerorum magister, vt
non sustineat, quod ille primus versus, qui
pueris scribitur ad imitationem depin-
gendarum literarum, contineat otiosam
aliquam sententiam, sed honestum ali-
quod moneat. Nam, vt inquit, *prosequitur*
hæc pueritie memoria in senectutem, & ita ta-
lis res, siue honesta, siue turpis, impressa in ani-
mo illo rudi, ac vacuo proficiet, aut ledet ad fu-
turorum morum generationem, &c. Tantum
enim conducit primæ puerorum rerum,
quæ audiuntur, videntur, & operantur,
apprehensiones, vt semina sint futurorum
morum: quia scilicet talia ad particulares
actus mouent vt causæ morales.

Quintiliani
sapientissimæ
puerorum
magistri sen-
tentia quoad
eorum insti-
tutionem.

Vnde, vt dictum superius est Plato in
Timæo concludit, nullum hominem esse
sponte malum, sed ob prauam corpo-
ris dispositionem, aut ob educationem
prauam. Nam, vt inquit, *mores ciui-*
tatis, sermonesque, & priuati, & publici non
parum omnino noxi sunt, neque vlla doctri-
na ad tantorum malorum remedia à tenera
ætate discuntur. Vnde concludit, di-
cens: *Conandum tamen pro viribus est,*
educationis, studiorum, doctrinarumque
diligentia, improbitatem reiicere, & asse-
qui probitatem. In quo loco docet Pla-
to naturalem procliuatatem ad vitia be-
ne posse cohiberi contraria consue-
tutine: si verò mala aliqua incli-
natio puerorum confirmatur malis acti-
bus, diuturna que eorum consuetudi-
ne, propter ciuitatis, aut domus consuetu-
dinem: diffillime eam extirpari posse asse-
rit, nisi exacta, & diuturna doctrina,
perpetuisque monitionibus amputetur.

Hominis ma-
litia vnde,
iuxta Plato-
nem.

Consuetudo
mala & in-
ueterata quæ
difficile &
quomodo
amputetur.

Est etenim amputatu difficilis malorum actuum puerulis consuetudo. Vnde lib. 4. de rep. ait: statim à primis annis pueri honestis in iocis assuefaciendi sunt. Nam si iocis minus decentibus assuefiant, nunquam legitimi, probique viri euadere poterunt.

Mali ciuitatis mores corrumpunt puerorum animos, ex Laertio.

Quod verò mores ciuitatis corrumpant puerorum animos, eosque ad malorum actuum exercitium disponant, antiquissimum est. Nam teste Laertio, interrogatus aliquando Pythagoras, quomodo filij aptè erudirentur, dixit, si ex bene instituta ciuitate nati sint. Aptius verò respondisset, si simul addidisset, & ex bene instituta domo. Nā mores domus multo magis proximi, magisque assueti pueris sunt, & ideo facilius suum cōtagium eisdem communicare poterunt. Proxima enim exempla, ut dicebamus, maximè rudes mouent naturas: quāuis maximè quoque irritent ciuitatis mores. Vnde in ciuitatibus, in quibus plures, & præcipuos ciues de re bellica tractare experimur, fere omnes pueri inclinantur ad bellum, & statim ab infantia actus illius exercent: in iis verò, in quibus literarium exercitium frequentius agitur, non solum diuitum, sed, & sutorum, figulorumque filij literis incubere appetunt. Et ideo Cicero lib. 1. de off. certus erat suum filium abundare bonis præceptis, & institutis philosophiæ, quia audierat vnū annum Cratipum, idque Athēnis: propter scilicet summam doctoris auctoritatem, & vrbis aptitudinem, impossibile ipsi videbatur, non esse maximè auctam scientiam filij, sapientissimi magistri doctrina, & bene institutæ ciuitatis exemplis.

Reipublica condenda potissimus finis, virtus.

Et sic Platonis vigilantissimi amicorum cultoris in condenda republica decem dialogis expressa, & in condenda ciuitate Cretenſi totidem libris de legibus descripta, potissimus finis, quem in vtraque respicit, est virtus. Vnde 4. de leg. agit de situ vrbis magis accommodato ad bonorum morum generationem, quā ad accumulandas diuitias, amplificandūque imperium. Quapropter non vult ciuitatem condere mari proximam. Nam, ut inquit, mare ciuitati proximum quotidiana quadam iocunditate eam afficit. Veruntamen vicinitas ea reuera nimis falsa est, atque amara. Nam cum mercibus, & pecuniis cauponando ciuitas repleatur, dolosi animi, instabiles, & infidos mores parit. Vnde parum & ipsa ad se ipsam, & ad gentes alias fidem, & amicitiam colit, &c. Et propter eandē rationē non eligit regionē omnia abunde ferentem. Nā,

Ciuitatem mari proximam non probat Platon.

si esset, inquit, ad omnia ferax, atque secunda, multum auri, & argenti ex emissionē rerū colligeret. Qua vna re nihil, ut breuiter dicam, perniciosius est, si vnum vni conferas, ad generosos, iustosque mores, &c. In quo loco docet potissimas causas, quæ bonos ciuium mores corrumpunt, & ad prauos actus præbent occasionem. Et quod dixit de ciuitatibus, idem de particularium domorū dispositione intelligere oportet. Nam in iis domibus, in quibus abundat aurum, & argētum, vel mercatoria ars accuratè exercetur, raro boni procreantur statim à pueritia mores. Ex quibus omnibus euidenter colligitur, necessarium esse pueros statim ab infantia ducendos esse ad bonorum actuum exercitium, & à malis actibus omnino esse separandos, ut magis in particulari docebimus.

Mores boni raro inueniuntur, ubi aurum & argentum abundat.

CAPVT XV.

Quid sit temperantia, & quomodo distinguatur à continentia, & quod sit fundamentum reliquarum omnium virtutum moralium, & quod difficilius omnium acquiratur: variisque exemplis docetur, quomodo pueri ducendi ad ipsam sint.

UT reliqua, quæ diximus, vtilia ad puerorū educationē sint, necessariū est docere magis in particulari, qui sint boni actus ad quorū exercitiū sunt assuefaciēdi iisdē pueri. Quod quidē præstabimus in actibus singulariū virtutum, potissimè cardinaliū, ut diximus, ab actibus temperantiæ initium facientes. Sed, ut rectius id fiat, scire prius oportet, temperantiā propriè dictā subiectari in appetitu concupiscibili, ut asserit Arist. multis in locis, præcipuè. 1. mag. mor. & 7. eth. Est etenim habitus quidam perficiens illam potentiam aduersus nimias delectationes tactus, & gustus, quæ sunt omnium difficillimæ passionum. Talis verò habitus seruare debet medium inter intemperantiā, & omnimodam insensibilitatem. Nam horum extremorum vnum, quodque est vituperabile vitium. Temperans enim, ita debet voluptatibus, & ægrimoniis gustus, & tactus delectari, eisdemque frui, ut nec sit in ipsis insensibilitas; nec modestiæ, honestatis, & pru-

Temperantia propriè dicta subiectatur in appetitu concupiscibili.

& prudentiæ limites excedat. Nam, vt Aristot. 3. eth. cap. vltim. inquit, *vt viuere puerum sub pedagogi præceptis oportet: sic, & cupiendi vis cupere debet, perinde, atque ratio iubet: idcirco temperantis cupiditatem concordem esse cum ratione oportet. Nam viriusque propositum est cupere, quæ oportet, & quando oportet. Hoc autem modo, & ipsa ratio dictat.* Et ideo Plato lib. 1. de leg. dicebat, perfecte temperatum esse non posse, nisi eum, qui voluptatibus, atque cupiditatibus plurimis ad impudentiam, & iniuriam impellentibus, fortiter repugnauerit, & ratione, opere, & arte tam in ioculis, quam in seriis rebus deuicerit. Temperans igitur, vt inquit Aristoteles 7. eth. nec habet prauas cupiditates, nec ipsis delectatur, in quo differt à continente. Nam, vt dicebamus, licet continens non ducatur à prauis cupiditatibus, ipsas tamen habet, eisdemque delectatur, quamuis rationis consilia non vincat. Nam in continente non est perfecte acquisitus habitus, vt in temperante. Vt enim Galenus asserit in lib. de cog. & cu. animi morbis, continentia est via ad temperantiam. Vnde temperatus superat continentem, quod ille non cupit quidem amplius titillantes palatum cibos, verbi gratia, siue ob longam consuetudinem, siue ob continentiam: hic verò licet cupiat, non tamen permittit longius abire cupiditates, sed illas virationis destinet.

Temperantia
& continen-
tus discriminē.

Continentia,
via ad tem-
perantiam.

Quid de hac
re sentiat D.
Thomas.

Habitus bo-
ni & mali
acquisitio.

Idem docet D. Thom. 1. 2. quæst. 58. art. 3. ad 2. Vbi asserit appetitum sensitium hominis continentis habere inordinatas passiones, earundemque delectationem sentire, quamuis potens ratio eas cohibere valeat. Ex quibus colligit non esse perfectam virtutem in continente, vt est in temperante. Nam ad perfectionem virtutis moralis, non solum requiritur, vt ratio sit potens reprimere animi perturbationes, sed, quod appetitus sensitius adeo sit perfectus per habitum, vt nullo modo inclinetur ad superfluas cupiditates, neque ipsis delectari videatur. Cum igitur, vt dictum est, eodem modo in quacunque singulari virtute, ac in quacunque singulari arte, per bonos, aut sapius repetitos actus acquiratur bonus habitus, & per malos, malus: hinc fit, vt ij, qui in rebus voluptuosis, aut nimis dolorosis tactus, & gustus, & reliquorum sensuum sine mentis mensura sapius se gerunt, habitum intemperantiæ acquirant, & contrarium forte, asserit,

corrumpan: si verò sapius moderatè, atque modestè comedant, & bibant, doloribus deniq; & voluptatibus vti sciant, quādo, quomodo, & in quibus oportet, temperantia generabitur. Generatur enim per frequentes actus elicitos circa dicta duo contraria. Vnde fit, vt aliquo modo hæc virtus sit reliquis omnibus perfectior. In primis, quia, vt inquit Arist. temperantia est veluti primum fundamentum, ac basis reliquarum omnium virtutum moralium, cohibet enim, ac reprimat omnes concupiscentias delectationum, & mouet ad tolerandas molestias, quæ sunt necessariæ ad perfectionem vitæ omnium sensuum, potissimè tamen tactus, & gustus. Et ex hoc fundamento oritur alia eiusdem virtutis perfectio. Nam, quia versatur circa tactus, & gustus complacētias, & tristitias, multò reliquis difficilius acquiritur, & propter istam rationem perfectior est illis. Arist. enim 2. eth. cap. 3. tria asserit esse, quæ homines desiderant, honestum scilicet, vtile, & iocundum, & horum contraria fugere appetunt, turpe scilicet, inutile, & molestum. Inter ista tamen magis omnium ad se trahere voluntatem asserit res eas, quæ iocunditatem, aut tristitiam sensibus asserunt, ideoque difficiliore ad expulsionem esse. Nam cum appetentia iocunditatis, & fuga molestiæ sit omnibus viuentibus communissima, comiteturque vitam ipsam ab incunabulis, necessariò præsens est mouendo, & inuenitur in iis omnibus actibus, in quibus faciendum est iudicium de rerum appetitiuarum apprehensione, aut reiectione. Imò honestum, & vtile semper iocunditatem aliquam adiutam habent: quemadmodum omne quoque turpe, & inutile molestiam habent adiunctam. Vnde maximè arduum est, hunc affectum nobiscum congenitum, ac connutritum à nobis ipsis expellere, ad mediocritatemque reducere.

Temperantia
qua ratione
reliquis vir-
tutibus dici
possit perfe-
ctior.

Homines
tria deside-
rant, tria fu-
giunt.

Temperans
Deo similis.

Prudentia
non est pro-
prie moralis,
sed intellectu-
ua.

Propter quam difficultatē dicebat Plato, hominem temperantem esse Deo similem. Nam, vt Heraclitus censebat, difficilius est voluptati, quàm iræ repugnare. Nam quemadmodum inter artes eiusdem generis, ea, quæ circa difficiliora versatur, difficilius acquiritur, & ex consequenti maior laus redundat in addiscente, ex eius acquisitione: sic etiam contingit iis virtutibus, quæ propriè morales dicuntur. Quod quidem propter prudentiam dicimus: nam hæc non est propriè moralis, sed intellectu-ua.

52 Tr.IV.de Ethica puerorum.

ratione subiecti. Solùm enim dicitur moralis propter materiam circa quam versatur. Nam, quia versatur circa materiam omnium virtutum moralium, propterea enumeratur etiam ipsa inter virtutes morales, & ut dicemus, est omnium perfectissima, quia perficit rationem, quæ est causa humani boni: reliquæ verò virtutes morales solum perficiunt appetitum sensitivum, in quantum est particeps rationis. Ratione quoque subiecti iustitia, quæ in voluntate subiectatur, perfectior est temperantia, & fortitudine, & hæc perfectior est temperantia ratione quoque subiecti: nam appetitus irascibilis perfectior est concupiscibilis.

*Temperantia
consequutio
difficilior
quàm cate-
rarum vir-
tutum.*

*Bene viuen-
di virtus in
quo posita.*

*Pædagogi ne-
gotium in
quo consistat.*

*Exempla ad
temperantiam
consequutio-
nem necessa-
ria.*

Cæterum, quia, ut dictum est, nulla reliquarum absque temperantia acquiri potest, & quia difficilius, quàm reliquæ acquiruntur: propterea rectè dixit Aristoteles præstabilius esse id, quod efficiunt ad consequutionem huius virtutis, quàm ea, quæ ad reliquarum consequutionem efficiuntur. Nam, ut inquit, totum negotium virtutis, & artis bene viuendi consistit in scire, quomodo versandum sit circa voluptates, & dolores. Qui enim his bene utitur, bonus est: qui verò eisdem abutitur, malus. Quare totum negotium pædagogi consistet in assuefaciendis pueris ad convenientem usum dolorum, & voluptatum: ne scilicet semper sequantur voluptates, & omnia fugiant molesta: sed quando ratio dictauerit, voluptates, ac iocunditates fugiant, & amplectantur molesta, laboresque. Est etenim necessarium multoties vigilare, cum somnus appetitur, esurire, cum molestat fames, laborare, cum desideratur otium: sacram concionem audire, cum fabularum enarratio nos vocat, & sic de cæteris.

Cæterum, ut rectius id docere pueros sciant pædagogi, necessarium est aliqua afferre exempla ad dictæ virtutis consequutionem necessaria. In primis igitur debent ad temperantiam deduci pueri per convenientem usum omnium earum rerum circa quas versatur facultas concupiscibilis, quasque appellant medici non naturales, quia pro diuersitate usus earum, naturæ sunt, aut fouere, conseruare, & augere res, quæ simpliciter sunt naturales, aut easdem corrumpere: acquiritur quoque temperantia per rectum usum aliarum rerum, quæ ad has reducuntur. Nam quemadmodum istæ res non natu-

rales conseruare, aut corrumpere habitus naturales corporis, ut dictum est, possunt: sic etiam idem eis contingere potest circa animi habitus. Ut verbi gratia: quemadmodum immodica ciborum quantitas, mala qualitas, intempestiua occasio, & malus vtendi modus corporis sanitatem corrumpunt: sic etiam in malum habitum deducunt animam, ut in primo capit. probatum à nobis fuit ex doctrina Galeni, Hippocratis, Platonis, & aliorum. Gignuntur enim ab his brutales, deliciofi, & asinini animi mores. Quapropter maxima vigilantia conandum est, ut aduertit Seneca, reducere pueros ad debitum edendi ordinem: Quamuis hoc valde sit difficile. Facilius enim quodcunque brutum, impositum ordinem circa cibandi rationem, seruat, quàm puer.

Circa somnum, & vigiliam prudenter etiam imponenda pueris regula est. somnolentam enim tribuit natura ipsis pueris dispositionem magno cum artificio: nam cum ex nimia voracitate, & intempestiuis motionibus crudiratum abundantiam gignant, vtilissimus illis somnus est, ad illarum coctionem, & ad eandem puerorum accretionem: ad animi verò salutem, quanto minor fuerit somnus, tanto maior sequetur utilitas. Nam, ut Plato 7. de leg. asserit, is, qui dormit, nullius est pretij, non magis, ac si non viueret. Nullam enim felicitatem, nullamque virtutem, aut aliquam aliam rem laude dignam homo, dum dormit, acquirit, sed potius torporem, hebetudinemque corporis, & animi. Nam facultates irrationales fortiores, aduersus rationem, redduntur. Vnde monet, ut is puer, qui sapere in quacunque re desiderauerit, plurimum vigilet, sola scilicet sanitatis ratione seruata: docet tamen non esse opus multo somno ad sanitatem. Aristot. quoque 2. acon. cap. 6. laudat ante lucem surgere. Vtilissimum enim esse ad sanitatem, ad curam rei familiaris, & ad philosophiæ studium asserit. Quare ij, qui puerorum doctrinæ curam habent, debent ipsos assuefacere, ut instante luce surgant, illisque, ut plurimum septem, vel octo horas ad somnum concedere: reliquum verò tempus prudenter distribuere: in gratiis scilicet Deo reddendis, literarum cultura, & corporali cum honesto aliquo ludo exercitatione. Tempus enim vigiliæ commodè in tres inæquales partes diuidi potest, quarum

*Sanitatis est
corporis sum-
mi: nisi corru-
pio.*

*Somnus pue-
rorum qua-
tenus regu-
landus, nec
non vigilia.*

*Dormiens
nullius est
pretij.*

*Surgendum
ante lucem.*

*Vigilia tem-
pus potest di-
uidi in tres
inæquales
partes.*

rum maior in literarum studio, & gratis Deo reddendis de beneficiis acceptis absumatur, & minima in aliquo eorum ludorum, qui nullam afferunt malitiam, & totum exercent corpus, & tertia in horis prandendi, quiescendi, vel moderatissime exercendi. Nullus enim puerorum, qui diuitiarum copiam, & mentis capacitatem habent, debet pueritiam, sine aliquo mentis bono exercitio traducere. Nam pueri, qui otiosam, aut in prauis rebus occupatam mentem alunt, necessariò labuntur in vitia. Nam, vt inquit Isocrates, bona ingenia sine exercitiis corrumpuntur, & mala deteretima fiunt. Otium enim, & ignauia, vt inquit Hippocrates lib. de decenti ornatu, mentis malitiam querunt, & ad ea distrahantur: vigilantia vero, & mens ad aliquid intenta trahunt ad se quid eorum, quæ ad vitæ honestatem pertinent, etiam ex disputationibus nihil vtile trahentibus, &c. In ingressu igitur illius lib. in quo potius de animi, quam de corporis ornatu, atque habitu agere videtur, adeo vituperat mentis otium, vt potius eligat, maioremque afferre vtilitatem dicat, mentem exercitare in inutilibus, sophisticisque quæstionibus, quam eiusdem mentis perpetuum otium. Exercitium enim mentis, si fuerit honestum, modestum, ac studiosam vitam afferre asserit, & diuturnam eiusdem mentis quietem vitæ alimenta ministrare affirmat. Vnde Aristot. in proæmio librorum ethic. (in quibus docere intendit modum, quo quisque agendo consequatur finem datum humanæ naturæ, qui est viuere secundum rationem) monet nullo modo talem finem acquiri ab hominibus posse quiete, & otio, sed potius continuo opere, & labore: arte scilicet, & doctrina. His enim exercitiis virtutes comparari & conservari posse affirmat: otio verò contraria vitia. Nam, vt communiter dici solet, vtilissimum alexipharmacum virtutibus, aduersus contraria vitia, est vera rerum sapientia, & eius exercitium. Sapientia enim, vt monet Galenus lib. de cog. animi morbis, reddit homines Deo similes: quia, vt inquit D. Thom. 1.2. quæstione 66. art. 3. per sapientiam quodammodo inchoatur in nobis in hoc mundo beatitudo, quæ consistit in cognitione veritatis. Quod adeo verum esse credidit Seneca, vt lib. de constantia sapientis, dicat, sapientem nec lædi, nec iuuari posse, sicut nec diuina, sapientemque proximum esse diis, & excepta mortalitate, similem esse diis. Quæ

Ostendit quanta
uia quanta
mala.

Sapientia red-
dit homines
Deo similes.

propter simpliciter necessarium est eis, qui virtutes morales consequi desiderant, in honestis artibus, & scientiis occupari præsertim in philosophia morali. Nam, vt inquit Cicero 3. Tusc. philosophia moralis est animi medicina, quæ non, vt in corporis morbis externum tribuit auxilium, sed ita internum conseruat remediū, vt omnibus opibus, viribusque nobismet ipsis mederi possimus. Quare ad temperantiam in pueris gignendam, & ad reliquas etiam virtutes, vtilissimum est remedium honesta exercitatio, quæ intellectus practicus ad rectè operandum perficitur.

Philosophia
moralis ani-
mi medicina

Quamuis in pueris impetus ad veneris vsum sopitus sit: maxima tamen, ac promptissima, indicibilisque dispositio gignitur in eis, per ea inhonesta, quæ frequenter audiuntur, videntur, & leguntur. Est etenim in paruis tenacissima harum rerum memoria, quæ maximam lasciuia, & impudentiam in eisdem gignit. Quare merito Plato lib. 5. de leg. præcipit, vt nunquam senes coram iuuenibus aliquid turpe dicant, aut faciant; & 7. de leg. iussit, ne à pueris aliquid turpe canatur, & ideo firmiter statuit, quod nullus poëta auderet aliquid componere præter ea, quæ per leges erant constituta, atque permissa. Quod si aliquid aliud composuerint, nulla ratione ipsis liceret, alicui priuatorum illud ostendere, antequam constitui de hac re iudices, legumque custodes id ipsum viderint, & approbauerint. Quæ quidem ideo iussit, ne pueri per ea obscæna, quæ scribere solent poëtæ, veluti per semitam quandam ad obscæna facienda deueniant. Vnde necessarium est, vt prædagi ab his omnibus abstinere faciant pueros. Sed satis ad nostrum institutum de modo perficiendi appetitum concupiscibilem diximus. Quare transeamus ad irascibilis perfectionem inquirendam.

Veneris dis-
positio unde
et quæ faci-
le gignatur
in pueris.

CAPVT XVI.

De numero vitiorum & virtutum
irascibilis appetitus, & potissi-
me de ira, quia, vt probatur, ita
detestabilis affectus est, vt ab
insania non differat.

Cum iam dictum sit modum, quo
pueri peruenire possint ad tempe-
rantiam

rantia habitum, per exercitium scilicet moderatarum actionum concupiscibilis facultatis, restat hunc, ut eosdem doceamus peruenire ad habitum, qui perficit irascibilem appetitum, ita ut omnes illius facultatis actiones moderatissimas semper faciant. Repetere tamen prius oportet id, quod superius diximus, nempe, quod quemadmodum obiectum, circa quod versatur concupiscibilis facultas, est bonum, aut malum simpliciter, natura scilicet delectabile, aut contristabile: sic quoque asserimus, irascibilem appetitum versari circa bonum, aut malum natura arduum à concupiscibili desideratum, aut odio habitum. Nam quemadmodum, ut inquit D. Tho. causatur in appetitu concupiscibili à bono delectabili quædam inclinatio, ac connaturalis aptitudo, siue amor eiusdem boni, & si non habeatur, oritur in eodem appetitu desiderium, siue motus ad id consequendum, & cum ipsum consequitur, quiescit, & nascitur in eodem delectatio, siue gaudium, & ex malo obiecto contrariæ oriuntur in eodem appetitu passionēs, odium scilicet, siue abominatio, fuga, dolor, siue tristitia: eodem quoque modo ex bono arduo à concupiscibili desiderato, nondum tamen adeptō, nascitur in appetitu irascibili spes, aut desperatio: ex bono verò iam consequuto à concupiscibili nulla nascitur passio in appetitu irascibili, quia bonum possessum nullam habet difficultatem. Ex malo autem nondum assequuto ab appetitu concupiscibili, sed quod sit proximè imminens, oritur in appetitu irascibili timor, aut audacia, ex malo autem iam possessō, ira. Vnde quinque sunt huius appetitus passionēs, & tres virtutes ipsum perficiunt. Nam si ad bonum arduum concupitum facilia sint media, oritur spes: si verò nulla, aut difficilia fuerint, nascitur desperatio. Cum verò malum aliquod arduum magnos dolores, periculumque proximū minatur, oritur timor: quia periculum est timendæ rei appropinquatio, ut si propinqua sit mors, infamia, detrimentum totius substantiæ, potentum hominū ira, aut inimicitia, & similia. Si autem terribilia longe absint, aut aduersus eadem præsidia inueniantur, aut si habeatur experientia, quod facilis sit exitus à tali periculo dictorum terribilium, aut si ignoretur vis periculi, nascitur audacia. Duplīciter enim, ut inquit Aristot. 2. Rhet. cap. 5. homines fiunt impassibiles, propter igno-

rantiam scilicet malorum, aut propter experientiam, siue scientiam eius noxæ, quæ ab ipsis malis ventura est.

Ira verò est appetitus quidam turbulentus irascibilis facultatis sumendi vindictam alicuius recepti contemptus. Nam talis appetentia insurgit, quotiescunque facultas concupiscibilis, veluti conqueritur de dolore recepto ob despicientiam, aut contumeliam opinionis, aut ob aliquam aliam sui, vel suorum vexationem immerito illatam. Nam non solum ira, sed omnes passionēs irascibilis facultatis incipiunt à passionibus appetitus concupiscibilis, & in easdem passionēs tandem terminantur. Est etenim facultas irascibilis media inter rationem, & facultatem concupiscibilem, & ideo vtriusque est defensor. Nam quamuis multoties insurgit aduersus rationem, ut dictum est: frequentius tamen est adiutor eiusdem rationis aduersus immoderatos motus concupiscibilis facultatis, ut cum Platone superius dicebamus, plerumque autem est auxiliatrix facultatis concupiscibilis aduersus externa mala, quæ habent vim contristandi. Quapropter ita, ut ex D. Gregorio refert S. Thom. 1. 2. questione 46. art. 2. est armigera concupiscibilis appetitus, in quantum impugnatur id, quod impedit concupiscentiam. Vnde nulla est ira, quæ non incipiat à dolore, siue tristitia alicuius receptæ noxæ in concupiscibili appetitu. Reperitur quoque in ira spes recipiendæ vindictæ, siue ultionis, ob cuius memoriam reperitur etiam in concupiscibili facultate gaudium. In ira enim, ut docet S. Thom. diuersæ inueniuntur passionēs. Et quia inter omnes motus irascibilis facultatis notissima est ira, propterea ab ipsa, & non à reliquis passionibus desumpsit denominationem.

Quamuis igitur verum sit, quod dicit Aristot. 7. ethic. cap. 6. iram scilicet exaudire rationem: committit tamen aduersus eandem rationem maximos errores. Est etenim ira, ut ibi asserit, veluti veloces quidam famuli, qui ante quam totam rationem à domino exaudiant, celeriter excurrunt ad executionem mandati: aberrant tamen, quia conclusionem, ac verum exequendi modum non expectauerunt. Est etiam, inquit, veluti canis, qui antequam cognoscat, an sit amicus, vel inimicus is, qui pulsatur hostium, latrat: sic quoque ira, propter caliditatem, celeritatemque nature, recepta prima apprehensione ab ima

fiat homines dupliciter.

Ira quid sit & quando insurgat.

Est media inter facultatem concupiscibilem & rationem.

Est media inter facultatem concupiscibilem & rationem.

Ira denominatione.

Ira exaudis rationem, & est veluti quidam veloces famuli.

Equiparatur cani.

Appetitus irascibilis obiectum.

Appetitus irascibilis obiectum.

Appetitus irascibilis obiectum.

Appetitus irascibilis passionēs quinque & tres virtutes. Spes. Desperatio.

Timor.

Audacia. Impassibiles.

ab imaginatione, vel ratione, de iam recepta noxa in appetitu concupiscibili, statim excurrit ad sumendam vltionem illius noxæ, ante scilicet quàm recipiat secundam operationem eiusdem intellectus, in qua per discursum dat præceptum. Ex quo fit, vt merito dicat Aristot. iam non obedire rationi, quamuis ipsam exaudiat, & ad superandum malum sit instituta.

Iracundia solo appetitu moti cui similes.

Quapropter homines, qui à solo affectu iracundiæ mouentur, similes sunt brutis pugnacibus, aut hominibus morbo furentibus. Nam, vt rectè asserit S. Thom. cum D. Gregorio, *ira subtrahit intelligentiæ lucem.* Quamuis enim, vt inquit, mens non utatur organo corporali in suo proprio actu, quia tamen indiget ad suum actum quibusdam viribus sensitiuis, quarum actus impediuntur corpore conturbato, necesse est, quod perturbationes corporales, iudicium etiam rationis impediunt, sicut patet in ebrietate, & somno.

Ira maxime perturbat cor.

Dictum autem est iram facere maximam perturbationem circa cor. Vnde fit, vt ira, inter ceteras passiones, manifestius impediatur iudicium rationis. Quod confirmat ex Psalmo: *conturbatus est in ira oculus meus*: vbi per oculum intelligit mentem. Vnde potissimi philosophorum iram esse delirium dixerunt. Ideo enim Chrysippus dicebat, iram esse cæcam, quia scilicet sapissime non sinit cernere ea, quæ apertissima sunt, & optima præcepta sæpe obscurat, vt inquit Plutarchus. Galenus quoque lib. de dig. & curandis animi morbis, multis probat rationibus primum

Delirium est. Cæca est, ex Chrysippo.

Nō differt ab insania & furore.

Iracundiorū furentiū nō nulla exempla ex Galeno.

iræ impetum non differre ab insania, seu furore: nempe vultus deformitate, furenti aspectu, & deprauatis actionibus, quas in iratis aspexerat. Vidit enim quendam hominem, qui ira corruptus calamū, quo scribebat in oculum serui influxerit, & idē accidisse Adriano Imperatori dixit. Et alium vidit duos seruos in capite vehementer vulnerasse. Sed inter reliquos vnum conspexit hominem, cui nimia festinatione conanti aperire ostium, res ex sententia non successit, ob quod iratus clauem mordebat, oculis instar eorum efferatis, qui in furias euaserunt, ex ore spumam, vt apri, excernēs calcibus fores percutiebat, atque in Deos ipsos conuicia iactabat. Quæ quidem indicia maxima sunt hominum furentium signa. Tullius 4. *Tusc.* dixit iratos exire de consilio, de ratione, & de mente, & refert Alexandrum regem

per iram interfecisse Clytū familiarem suum.

Sed elegantur, vt solet, idem probat Seneca lib. 1. de ira. Nam postquam dixit iram esse breuem quandam insaniam ex sententia antiquorum, ex sua sententia inquit esse affectum nimis timendum, nimis tetrum, & rabidum, & feruētem quadam brutali cupiditate sanguinis, armorum, & suppliciorū: dixit quoque esse affectum concitatum impetu doloris, vt alteri noceat, & esse sui negligentem, dedecoris oblitum, necessitudinum immemorem, pertinacem ad ea, quæ incepit, & cōsiliis, rationique præclusum, similemque ei rei, quæ cadens, frangitur in ea re, quæ oppressit. Hæc omnia esse verissima confirmat euidentibus indiciis, dicens: quod autem scias, non esse sanos, quos ira possidet, ipsum illorum habitum intueri. Nam, vt furentium certa signa sunt, audax, & minax vultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquieta manus, color versus, crebra, & vehementius acta suspiria: ita irascentium, eadem signa sunt, fragrant, & micant oculi, vultus, & ore toto rubor, ex astuante ab imis præcordiis sanguine labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent, & subriguntur capilli, spiritus coactus, ac stridens articulorum seipsos torquentium sonus, gemitus, mugitusque, & parum explanatis vocibus sermo præruptus, complosæ sæpius manus, & pulsata humus pedibus, & totum concitatum corpus, magnasque minas agens, sæda visu, & horrenda facies, &c.

Ira affectus elegantè à Seneca descriptus.

Ex quibus omnibus colligitur quantum ira faciat aberrare mentem. Vnde merito Cato dicebat, iratum, ab insano, non nisi tempore distare, & Cicero 4. *Tusc.* nihil esse dicebat similius insanix, quàm iram, & Ennium dixisse asserit, iram esse initium insanix. Nam color iracundi, oculi, spiritus in patientia dictorum, atque factorum nihil habent sanitatis. Vnde Lucretius agens de irato inquit:

Nihil magis ad insaniam accedit quàm ira.

Ex oculis micat acerbis ardor.
Et Homerus de Agamemnone agens, *rutilam*, dixit, *referebant lumina flammam.* & Horatius, *ira furor brevis.* Quapropter Aristot. 31. lib. probl. 3. querit, cur homines irati oculis magis erubescant, & pudæfacti auribus. Atque hæc dicta sufficiant de natura & deformitate iræ, vt ad eius præcautionem deueniamus.

* *

CAPVT XVII.

Quo modo pueri ad mansuetudinem ducantur, & actus irascendi fugiant.

Pueri iracundia pleni.

Ira magis à parentibus in filios traducitur quam cupiditates.

Ira & alie irascibiles facultates quomodo cōpescenda.

Cum ira, vt dictum est, sit affectus magis rabidus, ac perniciosus, quam reliqui, cohibendus statim à pueritia est, non leniter, sed maxima cum vigilantia, vt Galenus docuit: præsertim cum omnes pueri, propter eiusdem pueritiæ temperiem, pleni iracundia sint, vt Plato, & Galenus docent. Nam propter natiui caloris copiam omnes pueri gubernantur, vt ebrij: præsertim ij, qui calidius habent cor, quique ex parentibus ad iram propensis orti fuerunt. Quoniam, vt asserit Aristot. 7. ethic. cap. 7. *Ira, & acerbitas magis naturalis est, quam sunt cupiditates.* Propter quæ verba S. Thom. 1. 2. questione 46. art. 5. affirmat sensisse Aristot. iram magis traduci à parentibus in filios, quam cupiditates. Quapropter ita ducere pueros oportet statim ab incunabulis, vt in quantum possibile fuerit, cuitent iracundiæ actus, ne in dies iracundiæ consuetudo, eiusdemque causa efficiens accrescat. Nā, vt sæpius dictum est, non solum huius passionis, sed reliquarum omnium, dum magis, ac frequentius repetuntur earum actus, magis increscit organi dispositio, à qua efficiuntur: sic iracundi, dum magis, ac frequentius ad iram incitatur, calidius efficitur cor, & sic de cæteris. Quando verò ita aucta fuerit consuetudo irascendi, vt homo translatus in feram sit, valde difficile est ad mediocritatem talem hominem reducere, vt rectè docuit Galenus.

Vt autem sciamus non solum iram, sed reliquas omnes irascibiles facultates compescere, cognoscere oportet, quænam sint virtutes, quæ hanc facultatem perficiunt. Nam sine harum cognitione scire non possumus, per quæ media pueros ad ipsas ducere oporteat. Aduertere verò conuenit, quod licet ex moderatione sex passionum facultatis concupiscibilis non constituentur diuersæ virtutes ipsam facultatem perficientes, sed vna tantum, nempe temperantia, quæ sola extirpat omnes delectationes, & tristitias, quæ rationi repugnant, vt docet S. Thom. 1. 2. ex moderatione tamen quinque pas-

sionum irascibilis facultatis tres nascuntur virtutes, vt dictum est; cuius rei ratio est, quia omnes motus facultatis concupiscibilis ad inuicem se consequuntur iuxta ordinem quendam, & ad eundem finem ordinantur: ad consequutionem scilicet boni, & ad fugam mali, & ideo ex amore alicuius obiecti statim consequitur eiusdem concupiscentia, & ex hac illico nascitur delectatio, & in oppositis quoque eodem modo se consequuntur passionibus: ex odio scilicet oritur abominatio, ex hac nascitur fuga, & tandem tristitia. Passiones autem irascibilis facultatis non sic se ad inuicem consequuntur, neque ad vnu ordinantur finem, sed ad diuersos. Nam audacia, & timor ordinantur ad magnum aliquod futurum periculum, inter quæ duo contraria inuenitur fortitudo. Sic quoque spes, & desperatio ordinantur ad aliquod bonum arduum, ex quorum contrariorum attemperatione nascitur magnanimitas. Ira autem ordinatur ad superandum aliquod contrarium, siue aliquod malum, & ex eiusdem iræ repressione oritur mansuetudo. Vnde is, qui voluerit iræ dispositionem cohibere, debet cogere pueros, eosdemque leniter ducere per mansuetudinis actus. Est etenim mansuetudo, iræ repressio, atque sedatio, vt 2. Rhetoricorum docuit Aristot. Sed aduertere oportet, quod licet dicat Aristot. iram non habere contrarium, id non intellexerit de re, sed de nomine, vt ipse declarat 4. ethic. ibi enim asserit, contrarium iræ esse eiusdem iræ vacuitatem. Quæ quidem vacuitas iræ est vitium, & à Galeno, & ab aliis appellatur lentitudo. Mansuetudo verò non est contrarium iræ de extremo ad extremum, sed de medio ad extremum. Est etenim mansuetudo medium inter iram, & omnimodam iræ vacuitatem, siue lentitudinem, vt liberalitas, est medium inter prodigalitatem, & avaritiam. Vnde mansuetudo non est omnimoda iræ annihilatio, sed quemadmodum reliquæ morales virtutes, ipsa etiam est media inter duo extrema, vt idem asserit Aristot. ita, vt is, qui verè mitis, siue mansuetus est, debeat participare aliquid iræ. Defectus enim iræ, inquit 4. ethic. cap. 5. siue sit quedam iræ vacuitas, siue aliquid aliud, vituperatur. Qui namque non irascuntur, pro quibus oportet, & vt oportet, & quibus oportet, fatui sunt. Nam neque sentire, neque dolere videntur, at qui non irascitur, non est aptus ad vlciscendum. Perferre autem contumelias, & suos negligere, seruire sanè est, &c.

Quibus

Irascibilis facultatis virtutes, & passionibus quomodo se habeant.

Concupiscentia. Delectatio.

Abominatio, fuga, tristitia.

Audacia & timoris medium, fortitudo.

Spei & desperationis medium magnanimitas.

Mansuetudo ex iræ repressione.

Iram non habere contrarium, in quo sensu dicat Aristoteles.

Quibus verbis probat conditionem esse hominum fatuorum, aut seruorum, viliusque nullo modo, nullaque ex causa irasci, vltionemque omnino negligere. Nam cum nullum bonorum, quæ sunt extra animam, sit maius honore, non patitur humana natura sine vitio, aut nimia abiectioe, sineque magna molestia contumeliam iniuste recipere in honorem. Illa enim molestia in his hominibus, qui sensum aliquem habent, illico excitat iracundiam. In fatuis vero non sentitur talis molestia propter defectum rationis: in iis autem, qui abiectam, & seruilem habent rationem, molestia illa non incitat ad iram, sed potius causat timorem, qui nunquam cum ira coniungitur, vt asserit Aristoteles. Quare mediocritas inter dictam insensibilitatem, & iram erit mansuetudo: cum scilicet homo irascitur cum quibus, quandiu, & quo modo oportet, vltionemque conatur cum his omnibus requisitis, hoc est, cum ratio ipsa dictauerit. Et hoc videtur præcipere Psalmus, cum inquit: *Irascimini, & nolite peccare.* Vbi non prohibet in totum iram, cum ipsam præcipiat, & ex consequenti præcipit quoque vltionem, cum vltio sit finis iræ: iussit tamen, vt hoc sit sine peccato, hoc est, quod sit secundum legem rationis gubernatæ penes diuinam legem.

Est autem difficile cognoscere, quantum, & quo modo sit sine peccato irascendum, vltioque capienda: quapropter maxima hoc indiget cautione, & prudentia. Quod autem hoc sit valde difficile, constat ex Arist. 4. ethic. dicente: *non est facile determinare, quonam modo, & quibus, & pro quibus, & quanto tempore irascendum sit, & quousque quis iratus recte faciat, aut peccet. In singulis enim, & sensus, & iudicium est, &c.*

Aduertere vero oportet, quod parui recessus versus iræ vacuitatem pro mansuetudine reputantur: recessus vero versus iram non reputantur, nisi per egressus à mediocritate vitium versus. Magni vero recessus versus quodcunque extremorum valde vituperantur ab omnibus: præsertim, si sint versus iram. Vnde eos, qui pro quibus non oportet, & magis quam oportet, & longiori tempore, quam oportet irascuntur, sineque vltione, vel pœna non reconciliantur, merito appellat amaros, & infensos homines, eos-

que dixit permolestos sibi ipsis, & amicis esse, & difficillimos ad vitam simul agendam. Sunt etenim aliqui homines, adeo maligni, vt neque mortuis sine vltione parcant. Quapropter Homerus reprehendens Achillem, qui in Hectorem iam mortuum iram gerebat, dixit, *surdam enim terram iratus vexas.* Est etenim illud facere contra concupiscenciam iratorum. Nam irati ideo desiderant vltionem, quod sui contrarij, à quibus receperunt contumeliam, sentiant inflictam pœnam. Quapropter aduersus ea, quæ carent sensu, non debet esse humana ira, & propter eandem causam, neque aduersus mortuos. Nam defuncti non sentiunt, neque cognoscunt, & iam extremam pœnam passi sunt. Et ideo hoc iracundiæ extremum maxime inhumanum est, valdeque fugiendum. Ex tribus enim iracundiæ generibus, excandescencia scilicet, vecordia siue torpescencia, amarulentia, hoc vltimum omnium est deterrimum, ideoque sæuitia vocatur quoque ab Aristotele.

Cum igitur irasci, & mansuetum esse sint in dicto sensu contraria, vt asserit Aristoteles 2. Rhet. cap. 3. necessarium est ad iræ cohibitionem frequentare mansuetudinis actus. Nam cum contemptus, qui causat iram sit voluntarius, sensim assuefaciendi sunt pueri, vt ipsum cum moderatione, & non de qualibet re suscipiant, neque intrepide, & sine secunda mentis monitione ad vltionem moueantur. Oportet enim ad minus, non moueri ad vltionem, dum durat ardor, ipsaque perturbatio viget. Nam tunc omnia sunt sine mentis legibus, ad modumque brutorum mouentur. Debent itaque reprimere iram, dum viget affectus. Nam quamuis impetum iræ reprimere fere sit impossibile hominibus honorem, & iudicium habentibus, ob opinionis grandem noxam: est tamen voluntarium cohibere iæ impetum, tandiu, quandiu durat sanguinis feruor mentem perturbans, nisi sit in iis casibus, in quibus magna affectus vis cogit appetitum exequi antequam ratio suum det consilium. In reliquis vero expectare licet, quousque affectus sedetur. Nam non solum ira, sed reliquæ omnes perturbationes, temporis diuturnitate sedantur, quia sensim deperditur obiectorum immutantium memoria. Quapropter mansuetus,

Ira non debet esse aduersus mortuos.

Iracundia tria genera.

Ira cohibitio in quo consistat.

Mansuetus, siue mitis, qui.

Honor bonorum extra animam maximum.

Ira non omni ex parte prohibita.

Vltio, finis iræ, & quando sine peccato sumi possit.

Irasci sine peccato quando & quomodo oportet.

58 Tr. IV. de Ethica puerorum.

sue mitis fiet is, qui ob naturam, vel af-
fuetudinem acquireret habitum non exe-
quendi eas actiones, ad quas prouocat
ira, quousque sanguis, ebulliens refri-
geretur, & libera maneat ratio, & quo-
usque, secundum prudentiae habitum
tales efficiantur actiones. Nam quem-
admodum, qui ob vini calorem à men-
te sunt alieni, erroneas efficiunt ope-
rationes: sic deprauate operantur, qui
ob sanguinis feruorem vruntur. Cum
verò instrumentum irascibilis ad natu-
ralem statum redierit, recta iudicabit
ratio, quantum, & quo modo vindi-
ctam sumere oporteat sine peccato. Nam
non conuenit, vt dicebamus, ad omni-
modam irae priuationem pueros ducere.
Quapropter magno indiget artifi-
cio pædagogus, qui pueros sine vitio
ducere conatur, ne fugientes vnum,
in alterum incidant extremum. Ita igitur
facere oportet, vt puer talis eua-
dat per bonam institutionem, quod
non sit præceptus, sed prudenter mo-
ueatur circa omnia criminalia obiecta,
calumniasque, & contemptus, quod
non sit facilis ad iram, neque repen-
te feratur ad capiendas ultiones, sed
potius, magno animo illas veluti despi-
ciat, quod sit comes, humanus, mitis,
& ingenio quietus.

*Educatio
mollis & blā-
da ira cōbi-
titioni obest.*

Diximus verò superius ex Seneca,
mollem, & blandam educationem val-
de esse noxiam ad ista consequenda,
Nam cum in omni licentia viuunt pue-
ri, inter reliqua mala, effrenatam ac-
quirunt iracundiam: per contrarium
verò educandi modum, ea omnia bo-
na, quæ diximus, acquirere possunt pue-
ri. Cæterum, cum iam satis ad nostrum
institutum dixerimus, de iræ cōhi-
bendi arte, tempus est, vt iter
ad reliquas irascibilis appeti-
tus virtutes pueros
doceamus.

CAPVT XVIII.

*De variis generibus eorum, quæ
dicuntur terribilia, & circa
quæ ipsorum vera fortitudo
versetur, & circa quæ puerile
sit timere, aut audere, & cir-
ca quæ delirium sit illud facere:
quid sit audax, quid timidus,
quid pugnax, quid fortis.*

QVia ad perfectionem irascibilis ap-
petitus non est sufficiens iræ cōhibi-
tio, sed necessarium quoque est eidem
appetitui ordinem imponere circa eas a-
ctiones, quas exercet circa imminencia
formidabilia, & circa aliquod bonum ar-
duum concupitum: propterea docere e-
tiam pueros oportet, quo modo se gerere
possint circa ista duo distincta obiecta, ne
turpiter in vitia labantur: nam circa vnum-
quodque horum obiectorum dupliciter
homines peccare, aut seruare moderatio-
nem possunt. Quoniam, si circa omnia
imminencia mala inconsideratè timeant,
magnum peccatum committent, & si ni-
mis audeant, eodem modo. Si autem im-
pavidus procedat appetitus, studiosa erit
actio. Sic etiam si circa bonum ar-
duum, quod desideratur, inconsideratè,
atque sine mediorum bona ele-
ctione confidant, aut nullo facto dis-
cursu, aut apparentibus, facilibusque
mediis diffidant, affectuosæ, erroneæ-
que erunt actiones. Si verò secundum
prudentiæ regulas sæpius circa hoc ob-
iectum se gerant pueri, magnum ef-
ficient animum. Quapropter magna pue-
ris adueniet vtilitas ex præceptis, quæ do-
cent modum, quo se gubernare debeant
circa ista duo obiecta.

*Obiecta for-
midabilia,
& ardua: &
quomodo pue-
ri circa illa
se gerere de-
beant.*

In primis tamen docebimus verum
tractandi modum, quem debent habe-
re circa terribilia, vt pueris ipsis forti-
tudo innascatur. Dicuntur igitur terri-
bilia ea omnia, quæ metum causare va-
lent ob corruptiuum dolorem, quem ex
sua natura efficere sunt parata. Ista ve-
rò non possunt metum causare, nisi
cum propinquum ostendunt pericu-
lum, vt dictum est. Nam periculum
solum

*Terribilia
quæ dicuntur,
& circa quæ
versatur for-
titudo.*

solum mouet animum, cum propinquum cernitur, vt Arist. *lib. I. mag. mor.* docet: non tamen generatur fortitudo circa quamlibet terribilium differentiam: sunt etenim varia terribilia, siue ex sua natura considerentur, siue respectu animorum ab eisdem terribilibus patientium. Nam quemadmodum non sunt eadem iucunda pueris, quæ sunt iucunda adultis: sic nec ea, quæ pueris terribilia sunt, erunt terribilia adultis. Nam aliqua sunt terribilia adeo leuia, vt solum puerorum, sceminarum, & hominum effceminatorum animi circa ipsa timeant, vel audeant: quale frigus, vel calor, vel alia similia sunt.

Varia terribilia.

Terribilia magna non sunt omnia sunt obiecta fortitudinis.

Fortis proprie impudens.

Probus & verecundus, qui.

Timidus.

Impudens.

Magnanimus.

Cæterum, quoniam fortitudo magna virtus est, non versatur circa ista parua terribilia, sed solum versatur circa ea, quæ magna sunt. Aduertere tamen oportet aliqua esse adeo magna terribilia, vt humani generis communem capacitatem ex sua natura excedant: ita vt necessarium sit, quod omnes homines, nisi furentes, aut insensati sint ipsa timeant: huius generis sunt fulgura, vehementissimæ vndæ, fortissimæ procellæ, & alia similia, quæ iræ Dei indicia videntur. Vnde nec iuxta ista terribilia versari debet fortitudo: quia non time re ista, sed audaciam ostendere circa eadem, furentis, aut insani hominis est indicium. Nam, vt Aristoteles docet, fortis ille proprie dicitur, qui impavidus est, vt homo sana constans mente, non vt brutum, neque vt pueri. Sunt & alia terribilia, quæ non timere est turpe, & dedecus. Nam quamuis in commerciis hominum succedant frequenter: adeo tamen sunt mala, vt turpe sit ipsa non timere, & multa diligentia non præcauere. Vnde, vt asserit Aristoteles 4. *ethicor. capite sexto*, qui timet infamiam, probus, & verecundus est vir, & qui eam non timet, impudens, & inuerecundus est. Quapropter non dicitur timidus is, qui pro pudicitia vxoris, aut filiorum timet, aut is, qui inuidiam metuit, aut aliquid simile, sed potius talis homo valde prouidus, & honestus est. Contra autem sine honore, & impudens erit, qui sæpius fuerit ausus permittere vxori, aut filia vti consortio prauorum hominum, aut muliercularum. Quemadmodum enim confidere in rebus honestis est hominis bene sperantis, ac magnanimi: sic cōfidere in iis rebus turpibus,

quæ dicta sunt, turpis animi, ac male sperantis est signum.

Sunt verò alia terribilia, circa quæ fortiter timere, & fortiter audere, turpe est. Timere verò, & audere, quando, quandiu, & quomodo ratio expostulat, propter honestum scilicet finem, est virtus: quia, vt inquit Plato in Prothagora, vir fortis solum ad id, quod est pulchrum, melius, & iucundius tendit. Et 4. *de republ.* inquit: Hac ex parte virum quemque vocamus, quando in ipso iracundiæ vigore obseruat in mediis voluptatibus, & doloribus id, quod ratio præscripserit, siue asperum id sit, siue non sit.

Alia terribilium genera.

Fortis ad quid tendat.

Ex quibus omnibus colligit Aristot. terribilia, circa quæ propriè versatur fortitudo, solum esse honorabilem mortem, & ea omnia, quæ repente eueniunt, & ipsam afferunt. Vnde verè fortis erit is, qui in defensionem fidei Christianæ, quam seruat Romana Ecclesia, in defensionem patriæ, & Regis, vel propter honores institutos à Rege, vel à republica impavidus, ac intrepidus bellū aggreditur, pulcherri- moque cuilibet periculo se exponit: nam hoc periculum propter timorem fugere, turpissimum est. Vnde de hoc timoris genere agens Plato in Alcibiade dixit, potius se mori, quàm timidum esse velle. Aduertere tamen oportet non omnes eos, qui tale bellum promptè aggrediuntur, fortes esse. Nam ij, qui sustinent terribilia propter ignorantiam, aut propter scientiam, quam habent, de remedio, aduersus eadem horribilia, vel propter vehementiam roboris corporalis, non sunt propriè fortes: quia non semper robur corporis veram gignit fortitudinem, quemadmodum, neque diuitiæ. Neque fortes sunt ij, qui propter verecundiam pugnare incipiunt: qualem fuisse Hectorem refert Arist. ex Homero, dicente: *Hectorem verecundia cepit: primus namque Polydamas me reprehenderit.* Istum tamen aggrediendi modū magis accedere ad veram fortitudinem asserit Arist. quàm reliquos. Falsa quoque fortitudo est ea, qua amatores, & irati pericula despiciunt. Nam cum sedatus affectus fuerit, non manet aggrediendi libertas. Tum præterea non est vera fortitudo, quia non est virtus: cum non fiat propter honestum finem. Virtus enim est habitus semper permanens aduersus suum contrarium, & semper eligit honestum finem.

Fortitudo circa qua terribilia versatur.

Fortitudo amatorum & iratorum pericula despicientiū falsa.

Virtutis finis honestus.

60 Tr.IV.de Ethica puerorum.

*Pugnaces qui
sunt.*

*Milites ex-
cente peri-
culo fugien-
tes.*

*Audaces &
timidi.*

*Fortitudo
quis habitus,
& in quibus
maxime elu-
cet.*

Minus verò omnium sunt fortes homines illi periti, qui propter quamcumque causam pugnam aggrediuntur, ideoque pugnaces, & nullo modo fortes, ab Aristotele, & ab aliis appellantur: nam hos potius arrogantes esse, fortitudinisque simulatores, quàm fortes dixit. Quapropter isti simul sunt audaces, & timidi. Nam, ut inquit Aristoteles 3. ethic. cap. 7. tales homines sunt præcipientes ad pugandum, antequam adueniant pericula, & sua sponte ipsa volunt, & quærunt seu quærere fingunt: at verò, cum in ipsis sunt, tergiuersantur. Aggrediuntur enim, ut belluæ: cum tamen à contrario fortiter quatiuntur, statim fugiunt periculum. Huius conditionis sunt quamplurimi milites ex plebecula, qui licet sæpius sint primi in aggreffione: citius tamen fugiunt, illico, scilicet atque excrescit periculum, magis amantes vitam, quàm dedecus. De horum genere hominum agit Aristoteles 8. polit. capite 4. dicens: *multaque sunt gentes, quæ ad cades hominum, & ad eorum comestionem insulant: quæ quidem gentes clanculum per insidias latrocinantur: ad bellica tamen opera nihil valent, &c.* Contra verò succedit urbanis, vereque fortibus, qui licet in tranquilla pace vivere semper desiderent, & occasiones pugnandi non quærant: cum tamen se offert pugnandi pulchra ratio, prius vitam, quàm pugnam sinunt: pugnaces verò homines, quos vulgus appellat audaces, non seruant hunc modum: nam in aliquibus deficiunt, & in aliquibus excedunt: contra timidi audendo deficiunt, & timendo excedunt. Nam timidus omnia terribilia timet: multa scilicet, pauca, magna, & parua, idque vehementer, & citò. Timet namque, ubi non decet, & audax audet, ubi non conuenit. Nam timidi ea, quæ reuera nullum incutiunt horrorem, timent, non aliter, ac si horribilia essent, & ea, quæ leuiter metuenda sunt, vehementer metunt. Audacibus verò contra accidit. Vir autem, qui verè fortis est, timet, & audet circa ea, quæ vere horribilia sunt: quando scilicet, & quo modo recta ratio dictauerit. Nam fortitudo est habitus præstantissimus medius inter timorem, & audaciam, qui semper versatur circa maxima, honorabiliaque, & eligit honestum finem. Fortis enim sentit, ut homo, occursum imminentis periculi, ut virtute tamen præditus, tole-

rat timorem, propter honestum finem. Et quamuis fortitudo versetur circa fiduciam, & metum: elucet tamen magis circa res formidolosas. Nam is, qui in his rebus se habet, ut oportet, nulloque modo turbatur, magis est fortis, quàm is, qui in rebus, in quibus confidit, se habet, ut decet. Nam magis fortis dicitur ille, qui melius tolerat res inferentes dolorem: & ideo, licet fortitudo finem habeat iucundum: offuscat tamen doloribus, quos ipsa fert. Et is, qui magis intrepidus manet, cum res formidolosæ repente adueniunt, grauiioresque apparent, propter excogitandi temporis breuitatem, magis fortis est, quàm is, qui præuisum, præmeditatumque habebat periculum ante eius aduentum: nam ille impavidus mansit propter magis radicatum habitum: iste verò magis propter discursum, ac propter præmeditationem, quam propter moralem habitum, ut docuit Arist. 4. ethic. Reliqua quæ de fortitudine dicere restant, in sequenti capite explicabimus.

CAPVT XIX.

Iterum varia fortitudinis descriptiones, & eius proprietates explicantur, & quam utilis sit præmeditatio futurorum malorum, ut eorum impetus frangatur antequam accedant, etiam si non sit fortitudo ipsos hoc modo tolerare.

UT melius intelligatur per quam viâ ducendi pueri sint ad fortitudinis consequutionē, explicare amplius oportet, in quo consistat vera fortitudinis natura, & quæ sint eiusdem proprietates, quod præstabimus ex iis, quæ à variis autoribus dicta de fortitudine sūt. Arist. igitur libello de viribus inquit fortitudinis effectum esse reddere hominem inconcussum ad minus in periculo mortis, constantem, & intrepidum in malis, seruantem alacritatem difficilibus in rebus, cupientem magis præclare mori, quàm turpiter vivere, conantem semper esse victoriæ causam, & esse in laboribus perseverantem.

Vera fortitudinis natura in quo consistat, & quæ sint eius proprietates.

tem. Accidere namque fortitudini asserit, prudentem audaciam, animi præstantiam, fiduciam, confidentiam, industriam, generositatem, sedulitatem, & tolerantiam.

Fortitudinis
varia defini-
tiones ex
Cicerone.

Cicero 4. Tusc. variorum autorum fortitudinis definitiones asserit, vt, *fortitudo est animi affectio, siue habitus obtemperans summæ legi*, id est, rationi, in patiendis rebus. Vel, *fortitudo est conseruatio stabilis iudicij in subeundis eis rebus, quæ formidolosæ videntur, vel in eisdem rebus repellendis*. Vel, *fortitudo est scientia rerum formidolosarum, contrariarumque, aut omnino negligendarum, conseruans earundem rerum stabile iudicium*. Chrisippus dicebat fortitudinem esse scientiam perferendarum rerum, vel affectionem animi parentem summæ legi sine timore in patiendis, & perferendis rebus.

Et ex Chrisippo.

Fortitudo
animi aquiparatur
fortitudini corporis.

Galen. lib. de medicis definitionibus comparat fortitudinem animi fortitudini corporis. Nam, vt robur corporis est firmitas, ac vis inexpugnabilis eiusdem corporis, quæ quidem liberat ipsum ab iis, à quibus corrumpi posse censetur: sic fortitudo animi est robur, ac strenuitas eiusdem animi ad mortem, dolorem, ærumnam, ac denique omnia, quæ graua, & terribilia sunt, perferenda.

Quid sit, ex Seneca.

Seneca lib. 2. de beneficiis, inquit: *fortitudo est virtus pericula iusta contemnens, aut scientia periculorum repellendorum, excipendorum, & prouocatorum*. Et epist. 88. asserit, *fortitudo contemprix timendorum est, terribilia, & ea, quæ sub iugum mittunt nostram libertatem, despiciat, prouocat, & frangit*. Nam, vt inquit epist. 85. *non est fortitudo consulta aliqua temeritas, nec periculorum amor, nec formidabilium appetitio: sed scientia distinguendi, quid sit malum, & quid non sit. Diligentissima in tutela sui fortitudo est, & eadem patientissima eorum, quibus falsa species malorum est, &c.*

Fortitudinis
definitio, in-
ta prædictos
autores.

Ex iis, quæ ab istis autoribus dicta sunt, sic potest definiri: *fortitudo, est habitus quidam irascibilis appetitus, quo firmatur animus ad ea omnia, quæ sunt secundum rationem aduersus pericula mortis, quosunque impetus passionum, & operationum labores propter honestum aliquem finem*. Quod autem errent omnes ij, qui genus fortitudinis faciunt scientiam, docuit Aristot. lib. 1. mag. moral. cap. 1. & 21. Nam, cap. 1. probat contra Socratem nullam virtutem moralem esse scientiam, quia, si ita esset, solius intellectus esset habitus, & ideo extingueretur pars animæ irrationalis, & tollerentur per-

Nulla virtus
moralis est
scientia.

turbationes, & mores. Capite verò 21. probat fortitudinem non esse scientiam, quia scientia efficitur scientia capiens experientiam ex consuetudine: negauimus autem eos, qui ob experientiam, aut ob scientiam terribilia tolerant, fortes esse. Quare proprium genus huius virtutis, vt reliquarum omnium virtutum moralium, habitus moralis est.

Ex quibus omnibus colligimus viam per quam pueri ad hanc nobilissimam virtutem sunt ducendi, esse quandam moderationem inter intrepidam audaciam, & timorem circa ea terribilia, quæ ipsi tractant. Hoc verò fiet reprimendo nimis audaces, & fulciendo nimis meticulosos, monendo eos semper honores acquisitos propter virtutes omnibus aliis humanis rebus esse anteponendos. Sunt etenim apud vulgum de multis rebus falsæ receptæ opiniones; multi enim propter diuitias quamcumque derelinquunt virtutem: cum paupertatem cum virtute potius eligeredeberent. Quapropter ante omnia monere pueros oportet omnium dolorum, & laborum genera, & mortem ipsam interrito animo spectandam esse, propter Diuinæ legis obseruantiam. In hoc enim vera consistit fortitudo.

Ad fortitudinem
qua via
ducendi sine
pueris.

Vnde reprehendenda sæpius in pueris est animi effaminatio, & timendi promptitudo: præsertim in iis, qui potius ad bellum, quàm ad religiones aluntur. Belligeri enim, vt monet Plato lib. 5. de rep. spectare bellum, & res bellicas audere, & honores, qui valentibus militibus, & dedecora, quæ timentibus adueniunt, & talibus pueris alas applicandas esse statim à teneris annis iubet, vt si quando opus fuerit, volitantes protinus aufugiant. Iussit itaque statim à primis annis, pueros, qui ad bellum aluntur, equitare.

Effaminatio
animi, timē-
dique prom-
ptitudo à
pueris arcen-
da.

Reprehendenda quoque est aliquorū puerorum rabiosa, & nimis, frequenterque concitata audacia. Nam, vt dictum est, talis audacia longe abest à vera fortitudine: quamuis maiorem similitudinem habeat audacia cum fortitudine, quàm timiditas. Audaces enim habent aggrediendi fortitudinem, vt fortes.

Audacia ra-
biofa nimis-
que præcep-
ta in pueris re-
prehendenda.

Laudanda autem in pueris est animi grauitas, & firmitas ad humanos eventus, siue asperi, siue iocundi fuerint. Nam in bonis potiendis exultans, & gestiens nimis lætitia turpis est, vt in malis lachrymosa conclamatio. Sunt etenim multi adeo imbecilles animi, vt à quocunque,

Grauitas
animi & fir-
mitas ad
quosunque
eventus lau-
danda in pue-
ris.

Fortis viri
constantia,
ex Seneca.

vel facili, & infelici euentu adeo obruantur, vt omnia bona sibi ipsis extincta iam esse existiment. *confidere decet*, inquit Cicero 3. *Tusc. & timere, ac desicere nunquam, & gaudere decet, & latari non.* Seneca epist. 85. agens de constantia viri fortis, inquit: *quid ergo si ferrum intentatur cervicibus viri fortis, si pars subinde alia, atque alia suffoditur, si viscera sua in sinu suo vidit, si ex interuallo, quo magis tormenta sentiat, repetitur, (ictur) & per siccata viscera recens dimittatur sanguis: non timere istum dices, non dolere? Iste vero dolet: sensum hominis nulla exiit virtus: ex alto autem dolores suos spectat, &c.* Quibus verbis asserit fortitudinem non tollere facultatem humanam sentiendi dolores: ponere verò talem constantiam in ipso animo, vt dolores ferat interritus. Vnde maximè commendanda pueris est animi firmitas ad quoscunque euentus, vt sensim fortes fiant. Fortitudo enim tantum animum hominibus tribuit, vt contemnant, & pro nihilo putent omnia, quæ ipsis euenire possint. Qualem animi constantiam acquisiuisse Socratem, testatur eiusdem Socratis vultus, quem Xantipe ipsius vxor semper eundem esse prædicabat. Maximè enim conquerebatur Xantipe, quod maritum exeuntem, redeuntem, & domi existentem perpetuo, atque vniformiter eundem vultum habentem videret. Qui quidem vultus non erat horridus, nec amarulentus, sed placidus, securus, atque tranquillus. Nam, vt inquit Cicero, *semper idem erat, quia mentis, à qua vultus fingitur, nulla fiebat mutatio. Tranquilla namque mens tranquillum format vultum, & turbulenta, & varia inconstantem faciem representat.*

Terribilem
præmeditationem
commendabilem.

Cæterum, quamuis dictum sit non esse effectum veræ fortitudinis sustinere æquo animo ea horribilia, quæ non eueniunt animis inopinatè, sed quorum præmeditatio antecesserit, quia diuturna de ipsis cogitatio poterit per discursum, potius quàm per habitum moralem, quærere remedia aduersus eadem horribilia, quæ remedia lenire valeant illorum aduentum: vtilissima tamen est, & à multis prudentissimis viris maximè commendata talis præmeditatio eorum malorum euentuum, quibus humana natura subinde subiicitur. Nam huius præmeditationis effectus laude etiam dignus est. Nam cum rarissimi sint homines, qui verè fortitudinis habitum acquirant, eius defectus maximè rerum humanarum præmeditatione sup-

plere possunt. Nam diuturna præmeditatione impetus casuum, infeliciūque euentuum, veluti frangitur, minorique cum molestia peruenit.

Quapropter laudat Cicero eius Anaxagoræ sententiam, qui dixit: *ego cum genui, sciebam periturum me gessisse, & cum misi eum Troiam ad defensionem Græciæ, sciebam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.* Et in dictæ veritatis comprobationem refert idem Tullius 3. *Tusc.* quædam Thæsei carmina dicens:

Nam, qui hæc audita à docto meminissim viro,

Futuras mecum comentabar miseras:

Aut mortem acerbam, aut exilij maestam fugam,

Aut semper aliquam molem meditabar mali,

Et siqua inuicta diritas casu foret,

Ne me imparatum cura laceraret repens.

In quibus carminibus monet iste philosophus, atque poëta, maximè iuuare præuisionem, & animi præparationem ad imminutionem doloris causati ab aduentu infeliciū casuum. Vnde Cicero asserit, præstantem, & diuinam sapientiam esse, habere perceptas, penitusque mente pertractatas omnium humanarum rerū varietates, & incertos exitus, & nihil antequam eueniat, non euenire posse arbitrari. Hinc enim euenit, nihil admirari, cū acciderit. Quapropter laudat quoque Cicero sententiam Terentij dicentis:

Quamobrem omnes, cum secunda res sunt, maxime meditari secum oportet, quo pacto aduersus arumnas ferant.

Pericula, damna, exilia peregrè rediens semper cogitet,

Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filie:

Communia esse hæc, fieri posse, vt ne quid animo sit nouum:

Quidquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro.

Quapropter Tullius existimat, aduersus sententiam Epicuri, nihil esse, quod adeo obtundat omnes animi perturbationes, quàm perpetuò cogitare, quod secundum conditionem humanam, & secundum communē viuēdi legem, nihil sit mali, aut boni, quod accidere non possit. Nā ex hac consideratione lætabitur animus physica contemplatione, & extenuabit omnes venturas molestias, & præueniet se ad ipsas impavidus ferendas, nisi ob nostrum contingant errorem. Hanc verò senten-

Anaxagora
dictū quoad
præmeditationem
horribiliū
euentuum.

Terentij sen-
tentia de præ-
meditandis
euentibus.

Cicero expu-
gnat Epicu-
rum quoad
præmedita-
tionem malo-
rum futuro-
rum.

Epicuri sen-
tiam

CAPVT XX.

*De excellentia, & viribus magnanimitatis, & de parui, languidi-
que animi erroribus, & de huius
fugiendi, & de illius consequen-
di arte.*

Diximus superius magnanimitatem esse quoque vnam ex virtutibus, quæ perficiunt irascibilem appetitum, & cum instituerimus docere omnes eiusdæ appetitus perficiendi modos in puerorum gratiam, necessarium erit de huius etiam virtutis, acquirendæ arte aliquid dicere. Est igitur, vt ex D. Thom. dicebamus, 1. 2. quest. 60. art. 4. magnanimitas medius habitus inter spem, & desperationem, & eius obiectum aliquod bonum arduum, potissimè tamen versatur circa honorem arduum, qui est omnium bonorum externorum optimus. Nam propter hanc causam soli Deo honor primò, & per se debetur, & magnanimo attribuitur quoque propter quandam similitudinem, quam cum Deo habet. Est etenim in magnanimo quædam virtutum accumulatio: quia hæc virtus circa magna versatur, vt inquit Aristot. 4. eth. cap. 3. circa honorem scilicet, & suum contrarium, & ideo 3. etiam eth. ad Eudemum, asserit, hanc virtutem esse præstantissimam. Iudicat enim hæc virtus in vnoquoque homine id, quod est magis, & id, quod est minus iuxta sapientis, virtutisque præscriptum. Nam vel ipsa in sese omnes virtutes continet, vel omnes virtutes ipsam consequuntur. Vnde 4. eth. cap. 3. dicebat: magnanimus in vnaquaque virtute est magnus. Nam nullo modo magnanimo conuenit pericula fugere ob timorem, aut iniuriam alicui facere. Magnitudo enim animi est omnium virtutum ornamentum. Nam ipsa maiores reddit virtutes, & sine illis esse non potest. Quare cum magnanimus omnem probitatem obtineat, valde difficile est aliquem hominem verè magnanimum inuenire. Habet enim magnanimus ea omnia, quæ hominem integra ex parte felicem obtinere dixit Aristot. lib. 1. eth. cap. 10. hominis enim felicitatis status est maximè, & constantissimè in operibus virtutum viuere, fortunæque pulcherrimè, & omni ex parte concinnè,

Magnanimitas quid sit ex D. Thom.

Honor Deo & magnanimo quæ ratio ne debetur.

*Magnanimitas in qua-
cunque vir-
tute magnus.*

*sentia de
summa felici-
tate stulta,
& absurda.*

tiam omnino esse stultam dicebat Epicurus aduersus Peripateticos. Nam cum ipse constituerit summam felicitatem in bonorum fruitione, aut in eorundem præmeditatione, putaretque sapientis vitam semper debere esse voluptatibus plenam: spe scilicet consequentium, & memoria præteritorum reprehendebat malorum præmeditationem, tanquàm nimis affectuosam. Dicebat enim nimis esse impertinentem angustiam, & anxietatem, quæ animo aduenit ex continua præmeditatione futurorum contingentium malorum: cum mala neque vetustate immuantur, neque præmeditata leuiora in sua essentia possint fieri. Imò ipse monebat, fieri debere moderationem affectuū auocatione à cogitandis molestiis, & reuocatione ad contemplandas voluptates, in quibus solis ponebat vitam beatam.

Propter cuius opinionis absurditatem dixit Cicero, 5. Tusc. Epicurum induisse personam philosophi: non tamen multum differre à iudicio belluarum, sibi yero ipsi nomen philosophi inscripsisse. Absurditas verò opinionis constat ex fine, quem proposuit. Beata enim vita non est ea, quæ est voluptatibus plena, vt immundus Epicurus, & eius sectatores existimant, sed ea, quæ sit secundum leges rationis conformis legi diuinæ, quæ præmeditationem fragilitatis humanæ conditionis & memoriam exquisitissimi Dei iudicii semper commendat, vt inde peccatorum commissionem fugiamus. Non verò fieri debet talis præmeditatio ad turpis, atque seruilis timoris, tristitiæque consequutionem, sed ad hilarem Dei reuerentiam, & amorem, & ad peccatorum tugam.

Quapropter sensim docere pueros oportet rerum omnium humanarum inconstantiam, & mutandi facilitatem, vt cum felicibus actu potiantur, recordentur amaris, & cum premantur infelicibus, spem bonorum non perdant, & solam virtutem esse optandam, in eaque sustendum esse, tanquam in securissimo, atque stabili bono, & quæ sola felicem finem certissimè promittat. Sed de fortitudine satis dictum est, quæ

propter ad magnanimitatem docendam transeamus.

*Inconstantia rerum humanarum, mutandi-
facilitas pueris explicanda.*

64 Tr. IV. de Ethica puerorum.

cinnè, ac æquabiliter ferre. Quippe is, qui verè bonus, atque quadratus est, id est omni ex parte beatus, est sine vituperatione. Et ideo S. Thom. 1. 2. *question. 65.* dixit, magnanimitatem non posse esse sine aliis præexistentibus virtutibus. Comparari enim magnanimitatem asserit, sicut ornamentum aliarum. Vnde is homo, qui hoc præstantissimo habitu præditus est, magno præmio dignus est: nempe honore arduo, & talis homo censet se dignum esse dicto honore, quia magnitudine est extremus, & medius ratione eius, quod suæ dignitati convenit.

Cæterum, magnanimus non vult recipere honorem sibi debitum a quibuscunque hominibus, sed solum a probis, ut libro primo *mag. moral. cap. 16.* dixit Aristot. Nam ut inquit 3. *eth. ad Eudemum*, magis spectat magnanimus, quid uni sapienti probeatur, quam quid multitudini, & vulgo, qui non ratione, sed casu iudicat. Probi autem sunt recti iudices, quia soli ipsi sunt, qui cognoscunt honorem, & cum hominem, cui debeat, ut libro primo *mag. mor.* dixit Aristoteles.

Est autem magnanimitas medius habitus inter duò vitia, quorum alterum nominatur ab Aristotele pusillanimitas, alterum verò nominat multis nominibus: nempe stoliditate, insolentia, temeritate, & lentitudine. Homo enim, qui hoc vitio præditus est, licet reuera magnis præmiis sit indignus: censet tamen se illis dignum esse, & ideo omni diligentia, falsis, atque fictis argumentis magna præmia omnino contra rationem assequi conatur. Propter quam causa dicitur stolidus, temerarius, & lentus. Nam lenti, ut inquit Arist. 3. *eth. ad Eud.* dicuntur, qui magna venditant, cum illis non insint. Lentus igitur excedit, quia præter rationem conatur adipisci præmia, quæ nullo modo meretur, falsoque cogitat se illa mereri.

Pusillanimitas autem est habitus quidam vitiosus quoque, sed omnino præcedenti contrarius. Nam, qui tali habitu affectus est, reuera meretur magna præmia: præter rationem tamen magnis est contentus, tam propter ignaviam, tum quia ignorat se magna mereri, & se ipsum non cognoscit, & licet piger sit, non tamen est stolidus, ut est is, qui cõatur, & aggreditur res, quas nullo modo meretur, & licet conetur imitari magnanimum, in quantum ipse potest, illumque despiciat: malè tamen honoribus, quos acquisiuit, utitur.

Nam, ut inquit Arist. 4. *eth. cap. 3.* valde difficile est moderatè vii rebus secundis sine virtute. Vnde etiam si arrogans aliquando magnanimus videatur: postea tamen facile detegitur simulata magnanimitas, ut potius fallaciam, & arrogantiam esse manifestè patet. Quapropter talis homo magis contrarius est magnanimo, quàm pusillanimus. Est & alius habitus circa merita præmia, qui licet non sit magnanimitas, est tamen virtus: nempe modestia. Modestus enim est ille, qui parua pro sua capacitate, ac sufficientia meretur: hisce tamen contentus est, ultraque non querit.

Ut pueri igitur ad magnanimitatem ducantur, necessarium prius est ipsos ad reliquarum omnium moralium virtutum assuefacere iter: nam cum magnanimitas sine temperantia, iustitia, & fortitudine esse non possit, necessarium est, ut antequam actus generantes magnanimitatem incipiant efficere pueri, exerceantur in actibus fortitudinis, iustitiæ, prudentiæ, & temperantiæ. Nam magnanimus simul est iustus, fortis, prudens, & temperans: quibus virtutibus iam præexistentibus rectè aduenit magnanimitas easdem perficiens, maioresque reddens. Sunt etenim reliquæ morales virtutes sine magnanimitate, veluti tenera arbor sine fulcro, debitoque robore.

Quare postquam facultates irrationales puerorum perfectæ iam quodammodo à dictis habitibus videantur, prohibere ipsos oportet ab actibus generantibus lentitudinem, monendique sunt esse contra rationem, & contra diuinam legem indebita sibi præmia vi, aut alienis diligentis usurpare, ex illoque usurpandi modo magnam, turpemque sequi solere ignominiam.

Eodem quoque modo animaduertendi sunt pueri, ne pusillanimes fiant ad cõsequutionem sibi meritorum præmiorum. Deus enim vult, ut unusquisque cognoscat suum talentum, ipsoque ad maius lucrû, maioremque perfectionem consequendam semper utatur. Contrarium enim facere est aduersus rectam rationem, & ex consequenti erit quoque vitium, fugiendumque esse recta ratio præcipit. Vnde ducere oportet pueros per exercitium talium actuum, ut tale robur in animo acquirant, quod cognoscant se dignos esse honoribus sibi ob iustam rationem debitis, atque accommodatis, & quod ipsos audacter recipiant, ipsis tamen moderatè, & absque

Magnanimi-
tas non est si-
ne aliis vir-
tutibus.

Magnani-
mus debitum
sibi honorem
recipit tan-
tum a pro-
bis.

Probi qui
dicantur.

Magnanimi-
tas medius
inter duò vi-
tia habitus.

Lentus quis
dicatur.

Pusillanimi-
tas quis ha-
bitus.

Stolidus quis

Arrogans
aliquando
videatur ma-
gnanimus.

Modestia,
modestus.

Pueri qua-
ratione ad
magnanimi-
tatem du-
cendi.

Virtutes sine
magnanimi-
tate cui simi-
les.

Lentitudo à
pueris arcon-
da.

Pusillanimi-
tas vitiosa.

& absque inflatione vtantur, vt vnus suo pede, verbi gratia, sine inflatione vitur, monendi quoque sunt, quod minores honores parui pendant. Nam magnitudo animi solum versatur circa arduos & magnos honores, tanquam circa suum proprium obiectum, vt facultas videndi solum versari potest circa colores, & quemadmodum hæc potentia reliqua obiecta despiciat, tanquam aliena, sic magnanimitas paruos, & faciles honores negligit. Debent quoque ad irascibilem facultatem ita assuescere pueri, vt circa diuitias, potestates, similesque fortunæ proprietates, & circa eiusdem fortunæ improspertates moderatè se habeant. Nam magnanimitas facit cognoscere humanarum rerum inconstantiam, ac mutandi facilitatem. Vnde magnanimus omnia despiciat, ita, vt neque in maximis prosperitatibus vehementer lætetur, neque in aduersitatibus doleat. Quapropter Arist. libello de virtutibus, inquit, magnanimitatis esse pulchrè ferre, & fœlicitatem, & infœlicitatem, & honorem, & ignominiam, & non admirari, neque delicias, neque clientelas, neque potestates, neque victorias eas, quæ certando parantur: imo neque vitam ipsam magnificere magnanimum hominem inquit. Nam habet quandam animi altitudinem, ac magnitudinem, aliquidque profundum, & veluti pondus, veram scilicet humanarum rerum intelligentiam, ac certitudinem.

Conuenit quoque iis pueris, qui magnanimi esse cupiunt, assuescere in contemnendis paruis periculis, & in magnis non inquirendis: cum verò circa ista magna pericula versari contigerit, monendi sunt, vt vitæ suæ non parcant.

Assuefaciendi etiam sunt ad conferenda beneficia, cum ratio dictauerit, ipsa conferre conuenire. Docere quoque ipsos oportet, quod beneficia recipere sit proprium inferioris: quemadmodum eadem dare esse proprietatem superioris. Vnde dare est proprium magnanimi, & recipere pusillanimi. Propter quam causam pudet magnanimos recipere, ipsisque maximè placet dare. Quod si propter vrbaneitatem aliquando recipere cogantur, multo maius retribuunt donum, vt semper maneat debitor ac inferior is, à quo recepit: nam animi magnitudo non tolerat contrarium: Et ex hoc sequitur, vt cum voluptate audiat ea, quæ tribuit: quæ verò recepit,

non nisi ad retributionem, ideoque promptè subministrat, vix verò subministrari vult.

Debent etiam pueri semper conari vt sint verè magnanimi, quod est vt virtutibus in prosperitatibus, & in aduersitatibus: quod non faciunt ij, qui sine virtute in dignitate sunt constituti, & prosperitatibus fortunæ vtuntur. Nam, vt hos superare in viuendi modo est valde difficile: sic quoque est valde gloriosum. Vnde iustum, & æquum est semper ostendere magnanimitatem aduersus illos: contra mediocres verò non est necesse ostendere magnanimitatem, vt Aristoteles dixit, quia debiles sunt respectu magnanimi: & idem erit his ostendere magnanimitatem, ac si viri fortes aduersus pueros, vel mulieres pugnant.

Præterea doceri debent pueri, vt maxima circumspectione moueantur ad agendum, solumque aggrediantur magnum aliquod, & honore dignum opus, & res magnas, & præclaras, nulloque modo turpes, paruas, ridiculas, ac sine honorabili fine. Nam semper virtus est, quæ eligit finem. Monendique sunt, vt palam odio habeant, palamque ament. Nam occultare, vt inquit Aristoteles, est signum timoris, aut doli. Magnanimus verò non timet, sed omnia figmenta contemnit, & libertate semper vitur, apertè loquitur, & semper palam agit, magis curans veritatem, quam opinionem, siue nomen. Vnde simul est magnanimus contemptor rerum à ratione alienarum, & verax. Est etenim simplicitas, & veritas magnanimi comes: nisi, vt inquit Aristoteles 4. Eth. simulatione sit opus. Nam ipsa vt in vulgo, necessarium est aliquando, vt affirmat Aristoteles.

Oportet quoque, vt pueri magnanimi efficiantur, vt non solum viuant cum iis, à quibus aliquam expectant vtilitatem, sed etiam cum iis, à quibus nihil expectant. Nam magnanimi, vt inquit Aristoteles, non semper agunt propter vtilitatem, hoc enim seruite est, & proprium adulatorum. Vnde colligit omnes humiles exiguos habere animos, & esse adultores, quia nunquam loquuntur cum diuitibus, aut aliquid in eos agunt propter virtutem, sed propter propriam vtilitatem, & cum hæc abest desistunt ab opere, etiam si sit propter honestum

Magnanimi-
tatu obiectū.

Magnani-
mus omnia
despiciat.

Pueri quomo-
do periculis
assuefacien-
di.

Beneficiorum
collatio qua-
te in conue-
niat pueris.

Dare magna-
nimitas est, &
recipere pusil-
lanimitas.

Pueri verò
magnanimi
vitiuntur vir-
tutibus cum
in prosperis,
cum in ad-
uersis.

Puerorum
actio debet
esse ardua &
præclara.

Odium &
amorem non
debent occultare.

Simplicitas
& veritas
magnanimi
comes.

Pueri non
agere debent
propter vili-
tatem.

Humiles
habent exi-
guos animos.

66 Tr. IV. de Ethica puerorum.

stum finem. Magnanimi verò contrario modo operantur: semper scilicet propter honestum finem.

*Admiratio
debet esse rara
in pueris.*

Debent etiam pueri, ut magnanimi reddantur, tardi esse ad admirationem. Ij enim, qui sunt proclives ad admirationem de quocunque euentu, paruum habent, in hoc sensu, animum, & ideo quælibet res illis magna, & rara apparet. Cum verò apud magnanimum nihil sit magnum, rarò, aut nunquam ipse admiratur, & ideo nunquam se ipsum, neque alium laudat, quia ipse non curat, quod in se, aut in aliis sit aliquid laude, aut vituperatione dignum. Vnde nec ipse laudator, neque maledicus est, nisi ob receptam aliquam contra rationem contumeliam, ut asserit Aristot. Nam si non sit magna, neque contra rationis legem iniuria recepta, facile eam tradit magnanimus obliuioni. Nam, ut inquit, Aristot. *libello de viribus*, cum habeat magnanimus simplicem quendam, & generosum animum, ferre iniuriam absque vindictæ studio potest.

*Querela non
conuenit pu-
eris.*

Expedi etiam pueris, ut statim ab intelligendi exordio non sint proclives ad querelas. Maximum enim indicium paruitatis animi est, querulum esse de quacunque aduersitate, & ad deprecationem esse proclivem. Generosus enim animus non conqueritur, nisi de iis, quæ contra legem diuinam, aut contra regis mandata efficiuntur, & non nisi maxima deprecari valet: quare rarò deprecatur aliquid ab hominibus paruis, id est à virtute alienis. Nam solum habet veram spem recipiendi ab infinita bonitate, ideoque hæc est pueris utilissima doctrina.

*Fuororum
magnanimi-
tas circa res
pulchras &
turpes.*

Monendi quoque sunt pueri, ut magis cupiant, ac contentur res pulchras sine fructu, mundanaque utilitate, quam turpes cum maximo, & mundano fructu possidere. Hanc enim esse magnanimi in omnibus actibus veram rationem sequentis proprietatem, ac conditionem docuit Aristoteles.

*Eorundem
motus & lo-
quutio.*

Cogendi etiam sunt pueri, ne sint celeres in motu, neque in loquutione, quia, ut docet Aristoteles, magnanimi tardi sunt in motu, & in loquutione, & vocem edunt grauem. Nam, qui pauca assequi conatur, non properat, nec celer est, qui nihil existimat esse sibi magnum. Omnia enim iudicat, ac mensurat secundum rationis legem, &

secundum sui animi capacitatem. Habet verò magnanimus grauem vocem, quia acuta significat celer acquirendi desiderium.

Quamuis igitur difficile sit magnanimitatem acquirere, propter studiosam dispositionem, quam requirit: non tamen desperandum est, quod pueri bonæ indolis ipsam possint assequi, si dictis documentis diutius, & à prudentissimo magistro moneantur, & incitentur. Multi enim homines, qui ad virtutum consequutionem ex sua natura sunt apti, in vitia labuntur, propter defectum boni institutoris, & propter mala exempla.

*Magnanimi-
tatis acquisi-
tio difficilis.*

Vt verò magis pateat, quanta sit magni animi præstantia, ac generositas, non erit extra rem in huius capitis calce parui animi proprietates referre, ut has fugere, illas verò consequi contentur pueri. Paruus igitur, siue pusillus animus, adeo exiguum habet capacitatem, ut facile à quibuscunque euentibus, siue bonis, siue malis impleatur. Nam neque fortunam, neque infortunam, neque nomen, neque ignominiam ferre potest, ut Aristoteles asserit, sed honore subeunte tumescit, vanusque, ac levis redditur, & fortuna paululum aspirante continuo extollitur. Ignominiam verò, nec minimam sustinere potest, & aberrationem, frustrationemque in rebus agendis, quantumvis exiguum, maximum pondus esse, ingenisque infortunium iudicat, & id ægrè, lachrymandoque semper prosequitur, & nominat iniuriam, siue contumeliam, omnem sui neglectum, siue per ignorantiam, siue per obliuionem suam id eueniat. Quapropter semper est in angustia, ac depressione, neminique fidit, & in perpetua est querimonia.

*Animi parui
siue pusilli
proprietates.*

Nam Seneca *lib. de constantia sapientis*, agens de conditionibus pusillorum animorum dixit, hos animos maximè contristari à contumeliis adeo exiguis, ut nullam pœnam leges inuenerint ad tales contumelias. Conqueruntur enim ob factum, aut dictum inhonorificum, ut verbi gratia, *ille hodie non me admisit, cum alios admiserit, sermonem meum, si dicat, aut superbe Petrus auersatus est, aut palam risit, & non in medio me loco, sed in imo collocavit, & alia huiusmodi.* Quas quidem querelas

*Eleganter
explicantur
à Seneca.*

querulas esse affirmat Seneca nauseantis animi, id est nimis imbecillis, ac delicati. Quos quidem homines exquisitissimos ad omnia esse asserit, quosque per omnia fere errare dixit Galen.

Quomodo
arcedi pue-
ri à pusilla-
nimitate.

Cum igitur tales habeat conditiones, ac proprietates pusillus animus, ut semper in duro carcere conclusus esse videatur, longè arcere pueros oportet ab actibus disponentibus ad animi paruitatem, & contra eos conducere ad animi magnanimitatem monendi sunt qui sunt dictis contrarij. Quæ quidem facit, ut idem inquit Seneca, quod iudicet omnes istas querelas risu dignas, aut nulla ratione eas aduertat: imò à nullo se contemni existimat, quia omni perturbatione caret. *Alia, inquit, sunt, quæ sapientem feriunt, etiam si eundem non perturbent, ut dolor corporis, & debilitas, aut amicorum liberorumque amissio, & patriæ bello fragrantis calamitas. Hæc non nego sentire sapientem: neque enim lapidis illi duritiam, ferriue asserimus. Nulla virtus est, quæ non sentiat, quæ perpetitur. Quid ergo? quosdam ictus recipit, sed receptos euincit, sanat, & comprimit. Hæc verò minora, nec sentit quidem, nec aduersus ea sollicita illa virtute vititur dura tolerandi: sed, aut non adnotat, aut digna risu indicat, &c.* Quibus verbis notat grande discrimen, quod inuenitur inter magnum, robustum, omnibusque virtutibus perfectum, & paruum, languidum, nullisque virtutibus adornatum animum, ut hunc fugere, illumque consequi homines conentur. Sed satis de magnanimitate diximus, quare tempus est, ut eodem seruato ordine ad iustitiam capeffendam pueros conducamus.

CAPVT XXI.

De habitu iustitiali, qui non distinguitur à reliquis virtutibus cardinalibus, & de eo, qui est vna quatuor virtutum, & de eius assequendi modo.

Studiosi ho-
minis virtus.

Cum non satis sit ad studiosum hominem efficiendum, ipsum prouocare

ad vnam, vel ad alteram virtutem, sed necessarium sit omnium virtutum quadam catena, ut inquit Cicero, omnes humanas potentias inter se vnire, ut simpliciter studiosus dicatur homo, propterea docendi ratio nos cogit, ut de reliquarum virtutum consequendarum modo aliquid dicamus. Vnde in hoc cap. docere decreuimus artem, per quam vnusquisque iustus efficiatur. Nam quamuis consequendarum omnium virtutum moralium vniuersalis methodus vna in omnibus sit: nempe per consuetudinem plurimum studiosorum actuum: ad vnamquamque tamen singularem virtutem adipiscendam particulare inuenitur iter, per quod, ita itur ad vnam, ut alteram per illud inuenire non liceat. Cæterum, cum nihil inueniri possit, quin prius cognoscatur, necessarium erit, aliquid de natura huius virtutis dicere, antequam de illius inquirere modo agamus. Nam, ut inquit, Plato in *Menone*, nulla ratione scire poteris, qualis sit res, is, qui ignorat, quid sit: ut qui nullo modo cognouit Menonem, ut ipse asserit, nullo modo sciat, an diues sit, an pauper, generosus, aut è contra: sic quoque is, qui nulla ratione iustitiam cognouerit, nullo modo incitabitur ad illius inquisitionem, & licet ipsam quærat, eam non inueniet.

Iustitia no-
men commu-
niter acceptū
quid signifi-
cet.

Nomen igitur iustitiæ in commune sumptum significat habitum quendam per temporis moram acquisitum, & iustum hominem facientem: quem admodum homo iustus est homo habens habitum, à quo ipse iustus efficitur. Nam, ut colligitur ex libro quinto *eth. capite primo*, omnes homines dicunt iustitiam esse id mediante quo homines volunt, & faciunt iusta, & quo apti sunt ad res iustas agendas. Iniustitia verò est habitus contrarius, & ideo contraria facere cogit. Quoniam, ut Aristoteles asserit, non sunt habitus morales in latitudine operandi, sicut potentia, & scientia. Nam potentia, verbi gratia, quæ percipit album, percipit nigrum, & scientia, quæ disputat de calore, disputat quoque de frigiditate, & denique omnis scientia est contrariorum scientia, & idem de potentiis dicendum est. Habitus autem morales non ita latam vim operandi habent: nam iustitiæ obiectum non est iustum, & iniustum. Vnde distinctus specie habitus constituitur ad res iustas efficiendas,

Habitus mo-
rales non
sunt sicut po-
tentia, &
scientia.

68 Tr.IV. de Ethica puerorum.

ab eo, qui efficit res iniustas, quod etiam contingit habitibus corporalibus. Nam perfectiones actionum à sanitate, & lésiones earundem actionum à morbo efficiuntur.

Iustitia quomodo habitus contrarius iniustitiae.

Aduertere præterea oportet iustitiam esse contrarium habitum iniustitiæ, non eo modo, quo reliquæ morales virtutes vitiis contrariantur. Hæ enim contrariæ sunt suis vitiis, tanquam medium ad extrema: ex quo fit, ut quælibet illarum sit medium inter duo extrema vitia. Iustitia autem contraria est iniustitiæ, tanquam vnum extremum alteri extremo: & ideo iustitia & iniustitia extrema sunt. Dicitur iustitia medium, non penes suam entitatem, sed penes sua opera, quæ media sunt inter plus, & minus, excessus, & defectus, ut dicemus.

Iustitia quæ ratione medium.

Illius nomen æquiuocum.

Tum præterea aduertendum est, nomen iustitiæ esse æquiuocum, ut inquit Aristoteles: quamuis talis æquiuocatio, ut asserit, non sit adeo patens, ut æquiuocatio claviculæ. Nam nomine claviculæ significamus clauem portæ, & quoddam os, quod est in parte superiori pectoris. Ea verò, quæ nomine iustitiæ intelliguntur, non ita distant naturis inter se, sed potius multum conuenire videntur. Nam in primis iustitiam significare dixit habitum quendam vniuersalissimum, qui ordinat, ac veluti componit reliquas omnes virtutes morales. Ponit enim reliquis omnibus virtutibus, & potentiis certum quendam ordinem, certamque rectitudinem, omnesque dirigit ad debitum vnum finem, ad legem scilicet diuinam, quæ est regula humanæ voluntatis, ut explicat D. Thom. 1.2. quæstion. 55. articulo 4. ad 4. De quo habitu loquitur etiam quæst. 113. articulo primo, dicens: alio modo dicitur iustitia, prout importat rectitudinem quandam ordinis, prout scilicet supremum hominis subditur Deo, & interiores vires animæ subduntur supremæ, rationi scilicet. Hæc iustitia dicitur ab Aristotele iustitia regalis, quia ponit rectitudinem, & ordinem circa ea omnia, quæ lex diuina, & naturalis obseruare iubet. Nam iusta faciunt, ut Aristoteles 2. magn. moral. capit. 34. inquit, qui faciunt, quæ lex iubet. Lex verò iubet facere omnia, quæ ex virtutibus ducuntur, &c. Iustitia igitur ista, de qua nunc agimus, tendit ex sua natura ad bonum commune, & reliquas omnes virtutes ad idem bonum trahit. Quod sic esse do-

cet D. Thom. 1.2. quæstion. 61. dicens: sola iustitia legalis directè respicit bonum commune, sed per imperium omnes alias virtutes ad bonum commune trahit. Est etenim considerandum, quod ad politicas virtutes pertinet, non solum bene operari ad commune, sed etiam ad partes communis, ad domum scilicet, & ad aliquam particularem personam. Dicuntur verò virtutes cardinales politice, quatenus ad ciuilem societatem conducunt. Ista autem iustitia non distinguitur à virtutibus, quas gubernat, nisi sola ratione, ut explicat idem Diuus Thom.

1.2. quæstione 60. articulo 3. ad 2. dicens: sed iustitia ordinans hominem ad bonum commune est generalis per imperium, quia omnes actus virtutum ordinat ad suum finem, ad bonum scilicet commune: virtus autem secundum quod à tali iustitia imperatur, etiam iustitia nomen accipit, & sic virtus à iustitia legali non distinguitur, nisi ratione, sicut sola ratione distinguitur virtus operans secundum seipsam, & virtus operans ad imperium alterius, &c. Omnes igitur virtutes morales veluti tenentur secundum legem naturalem soluere debitum superiori, nempe rationi: ex quo constituitur ratio iustitiæ. Nam ad iustitiam pertinere videtur, ut quis debitum soluat.

Cum qua quidem obedientia (sine habitu acquisito,) creati fuerunt primi parentes, & ideo obedientia illa dicitur iustitia originalis, per quam corpus erat omnino subditum animo, & potentia omnes inferiores rationi. Nam hoc fuit donum diuinitus humanæ naturæ tributum à Deo, ad nosque hoc diuinum donum simul cū natura peruenisset, nisi illud amisisset primus pater per peccatum. Quare conari oportet dictam iustitiam per moram actuum recuperare. Est etenim, ut inquit Aristot. ista iustitia splendidissima, nobilissimaque virtus. Nam, ut inquit, 2. mag. mor. is, qui iustis ex lege obtemperat, perfectissimam nanciscitur probitatem: nam, ut inquit Diuus Thom. ista iustitia in se continet virtutes omnes: quapropter sæpe videtur præclarissima omnium virtutum, & ut in proverbio dicitur, neque Hesperus, ita neque Lucifer admirabilis. Maior verò illi perfectio aduenit ex usu, & ex eius affectus mobilitate, ut asserit: nam, qui hanc virtutem habet, non solum ad se, sed etiam ad alios homines vtilissimus est. Sola enim ista iustitia reddit reliquas virtutes vtilis ad alios, & ideo sola ista virtus

Iustitia originalis amissa per primum peccatum in quo posita.

Iustitia regalis.

Iustitia sola ostendit quales debeant esse homines.

osten

ostendit quales debeant esse homines ad exteriores actiones. Vnde Aristoteles laudat Biantem, quia dixit magistratum virum ostendere. Nam cum magistratus, siue Imperator sit in societate multorum ciuium, & non solum debeat esse utilis ad se, sed ad reliquos omnes ciues, rectè valet commune illud munus ostendere, qualis vir sit, vtrum scilicet iustus, an iniustus, magnanimus, arrogans, aut pusillanimus, & sic de cæteris. Iustitia igitur est virtus absoluta, & ita perfecta, vt is, qui ipsa præditus fuerit, utilis sit erga se, & erga alios. Nam propterea Plato 2. de rep. locauit iustitiam in pulcherrimo bono, quia scilicet propter se ipsam, & propter ea, quæ efficit, desideratur ab eo, qui beatus futurus est. Quod quidem iustitiæ genus, non solum in animo cuiuscunque ciuis, sed etiam in ciuitate esse debere affirmat Plato. Imo, quia in ciuitate, tanquam in maiori corpore, potentior est ista iustitia, quam in animo, in quo aliquo modo latet, prius ipsam inquisiuit Plato in ciuitate, & deinde in animo. Nam vt in 4. de republ. asserit, quemadmodum dum in ciuitate inuenitur quædam consensio omnium in gubernando, exequendo, in obediendo, atque in propriis operibus agendis, & alienis non vsurpandis, & dum germanitatem quandam seruant inter se iustitia, temperantia, & reliquæ virtutes, scilicet euadit ciuitas, & ex contrario modo marcescit, atque dissoluitur: sic quoque cum irascibilis, & concupiscibilis, quæ sunt in corpore veluti opifices quidam, rationi obediunt, vt supremo Imperatori, iustitiam in animo esse affirmat. In quo statu scilicet, atque beatum, & in contrario miserrimum esse dixit. In dialogo verò de philosophia agens de eadem iustitia, nomine iustitiæ comprehendit omnes virtutes morales. Nam, vt dictum est, dicitur tota virtus, quia continet, & ordinat reliquas virtutes, & non est habitus distinctus specie à reliquis moralibus habitibus.

Cæterum præter dictam iustitiam datur alia, quæ est vna ex quatuor virtutibus cardinalibus, distinctus scilicet habitus à reliquis, distinctumque habens finem à fine aliarum. Quæ quidem iustitia duplex est: vna scilicet, quæ dicitur commutatiua siue emendatiua, aut compositiua, & alia, quæ dicitur distributiua. Hæc igitur vltima iustitiæ species consistit in distributione bonorum, aut facultatum,

aut aliorum, quæ diuidi inter eos, qui vna ciuili societate sunt coniuncti, possunt. Nā inter ciues eiusdem ciuitatis, aut eiusdem regni, vel provincie alium ciuem, alij ciui habere contigit plus, minusue earum rerum, quæ diuidi debent. Quæ quidem diuiduntur secundum hoc iustitiæ genus, quando diuiduntur secundum proportionem aliquarum rationum, vt secundum dignitatem, scientiam, virtutem, laborem, & similia. Nam secundum istas rationes hæc iustitia consistit in æqua, siue iusta bonorum distributione, ita vt vnicuique secundum mensuram suorum meritorum tribuatur. Vnde siue plus, siue minus, quam conueniat pro ratione meritorum exhibeatur eidem, erit iniustitia. Et quia exquisitam mensuram meriti, aut doni solus Deus valet in omnibus cognoscere, propterea oportet, vt iudex, seclusis omnibus affectibus, optimus, ac diligens coniector sit, ne crassus in distribuendis donis contingat error, ita, vt patens sequatur exorbitantia comparatione rationum facta, propter quas meretur, aut non meretur homo.

Alia verò est distincta iustitiæ species, quæ consistit in æquitate, & debita obseruantia omnium contractuum, & commerciorum. Vnde hæc iustitiæ species dicitur iustitia emendatiua, siue commutatiua: quia scilicet inuenit medium damni, & lucri; nempe excessus, & defectus, qui inueniuntur in communibus hominum commerciis, in quibus non inuenitur medium, facta comparatione ad eas rationes, per quas inueniri medium distributum diximus: sed in iustitia emendatiua solum consideratur medium, siue iustum secundum mensuram lucri, aut damni resultantis ex contractibus, nulla aliarum rationum facta comparatione. Nam si talia commercia fiant sponte, solum attenditur ad id, quod contrahitur ex pacto: si verò fiant inuito patiente, solum consideratur à iudice, qualis sit excessus iniuriæ receptæ à patiente. Vnde necessarium est in vtroque horum commerciorum ire ad iudicem, tanquam ad viuum iustum, rectumque æquatorem, vt ipse rectè compenset debitum, quod ex contractus resultat natura, vel ex iniuriæ receptæ mensura. Hoc enim est emendare errores, qui resultare solent in commerciis, siue pactis.

Sunt verò commercia in duplici differentia: nam alia sunt ab hominibus in-

Iustitia emendatiua seu commutatiua in quo consistat.

Commerciorum differentia duplex.

Iustitia pulcherrimum, bonum, ex Platone.

Ciuitatis felicitas in ea posita.

Est tota virtus.

Iustitia in commutatiua & distributiua diuisa.

Distributiua in quo posita.

70 Tr.IV.de Ethica puerorum.

uitis, & alia fiunt sponte. Quæ fiunt sponte, sunt, vt venditio, emptio, mutuatio, vadium, id est assignatio, siue constitutio dici, quo quis in iudicio comparere debet; locatio, dispositio, mercede conductio, &c. Hæc pacta dicuntur sponte fieri, quia principium ipsorum sponte procedit, & agit. Ea autem, quæ inuitis hominibus fiunt, in duplici fiunt differentia: nam alia *clandestina* dicuntur, quia fiunt ignorantibus patientibus, vt furtum, adulterium, beneficium, siue veneni exhibitio, lenocinium, id est adolescentium corruptio, seruorum seductio, cædes cum dolo, falsum testimonium, & alia similia. Sunt vero nonnulla *violenta*, vt verberatio, vincula, mors, rapina, id est res violenter arreptæ, membrorum captio, conuicium, siue maledictum, & contumelia.

Commercia
quæ inuitis
hominibus
fiunt, dupli-
cia sunt.

Iustitia spe-
cies supra di-
cta in quo
conueniunt.

Iustitia sub-
iectum.

Iustitia sub-
iectum.

Distributio
quomodo pue-
ri ad discen-
da.

Ista igitur iustitiæ species in eo conueniunt, quod sint habitus, qui faciunt in alienis, quod exequatur id, quod est debitum, siue rectum, & secundum rectam rationem, iustum scilicet: quod quidem principaliter inuenitur in commutationibus, siue distributionibus. Vnde ista iustitia diffinitur à iuristis: *firma voluntas suæ unicuique tribuendi*. Dicunt autem esse *firmam* siue *constantem voluntatem*: quod nihil aliud est quam dicere iustitiam esse habitum acquisitum, qui reddit perfectam voluntatem ad dandum unicuique id, quod secundum rectam rationem ei conuenit: nam proprium subiectum iustitiæ est voluntas, quæ quidem non potest esse recta ad distributionem debiti, siue iusti, nisi prius sit habitu iustitiali prædita. Debitum tamen non est eiusdem rationis in omnibus, vt affirmat D. Thom. 1.2. *questione* 6. aliter enim debetur aliquid æquali, aliter superiori, aliter maiori, aliter ex pacto, aliter ex promisso, & aliter ex beneficio suscepto. Habitus igitur iustitiæ docet obseruare ea, quæ iustæ leges, iustaque populorum, & principum instituta habent statuta. Vnde Cicero *lib. de legibus* inquit: *iustitia est obtemperatio scriptis legibus, institutisque populorum*. Arist. verò *libello de virtutibus* docet modum, per quem acquiritur iste habitus.

In primis igitur debent pueri statim à suis principiis scire iustum debere esse in distributione quarumcunque rerum communium, seruando propria cuiusque merita sine aliquo amoris, aut odij affectu. Vnde si hoc sæpius exequantur, & assuefiant pueri in distributione puerilium, &

paruarum rerum, quas ipsi tractant: ita sensim perficietur voluntas ad iustè distribuendum, vt postea in magnis rebus aliter distribuere non sinant: præsertim, si sæpius animaduertantur contrarium facere esse iniustum, indecens, & omnino contra rationem.

Assuefaciendi quoque sunt ad obseruationem scriptarum legum, patriæ consuetudinum, & institutorum. Nam, cum lex scripta ortum duxerit ab ea lege quæ vere lex dici meretur, ab ea scilicet, quæ non habuit originem, cum scripta fuit, sed potius originem duxit à mente diuina, quæ summa lex est, vt asserit Cicero 2. *de legibus*, sitque aptissima ratio ad iubendū, & ad vetandum, necessarium est, vt statim à pueritia incipiant homines assuefieri ad legum scriptarum obedientiam: nam, cum veræ leges à prudentibus, sapientibusque hominibus sint institutæ, vtilis omnes sunt ad salutem ciuium, ciuitatumque incolumitatem, & ad vitam omnium quietissimam, & beatissimam. Est etenim, vt inquit Cicero, *lex iustorum, & iniustorum certa distinctio*. Nam supplicio improbos afficit, & bonos defendit, atque tuetur. Nam lex est recta quædam ratio imperandi, atque prohibendi, & vt inquit Aristoteles in *epistola libri de Rhetorica ad Alex.* est oratio, quæ communi ciuitatis consensu diffinita, iubet, quo pacto vnumquodque agendū sit. Quam quidem, qui ignorat, atque non custodit, iniustitiæ habitum acquirit, in quem potissimè incidit turbulenta pueritia, nisi frænis detineatur.

Acquiritur etiam iustitiæ habitus, si in quibuscunque litigiis semper seruetur id, quod verum, ac iustum est, firmæque conventiones obseruentur, ita, vt nullo modo statuta pacta frangantur. Est etenim iustitiæ comes, sanctitas, veritas, fides, & vitiorum omnium odium. Iniustitia autem acquiritur, sæpius violando patriæ instituta, ac iura, non parendo legibus, nec magistratibus, non metuendo, periurando, transgrediendo conventiones, & fidem fallendo: ex quibus omnibus oritur calumnia, iactantia, humanitatis assimulatio, malignitas, & calliditas. Ista enim omnia, & alia similia parit iniustitiæ habitus, ad quem quidem facile deuenient pueri per malam, & inobedientem educationem: nam si per superbiam, & blandam educationem assuefiant paternalibus institutis, atque legibus non obedire, difficillime postea obedient legibus regalibus

Leges scriptæ,
patriæ consue-
tudines &
instituta la-
tere pueros
non debent.

Iustitia ha-
bitus quomo-
do acquiritur.

Quæ mala
ex iniustitia
habitu.

galibus. Quare maxima diligentia conandum est, ut pueri statim à principio iustos incipiant acquirere habitus. Sed his dimissis iam ad potissimam moralium virtutum transeamus.

CAPVT XXII.

Quid sit prudentia, & quod eius officium, non solum sit dirigere reliquas virtutes morales ad consequutionem suorum finium, sed etiam in eorundem finium electione iubeat; & quod etiam si sit habitus intellectus practici, dicatur quoque ab Aristotele habitus cogitativa: quid sit consultatio, qua consultanda, & quis consultans.

Prudentia definitio.

Cum, ut superius diximus, prudentia sit is habitus, qui animam pulchram reddit, sitque omnium virtutum moralium perfectissima, necessarium est, pueros docere eius adipiscendi modum. Prudentia enim est virtus illa, quæ dirigit alias omnes virtutes morales ad suos fines. Nam cum sit habitus intellectus practici, ipsum perficit, & dirigit ad illud, verbi gratia, quod habet rationem veri in temperantia, in iustitia, in fortitudine, & eodem modo in reliquis omnibus virtutibus. Vnde necessario sequitur, ut reliquæ virtutes illico, ac deficit prudentia, mutantur in vitia. Nam fortitudo absque prudentia mutatur in temeritatem, iustitia in crudelitatem, & sic de cæteris. Est etenim illarum omnium moderatrix, & architectonica. Non solum enim est consiliativa, sed etiam est habitus, qui præcipit, non solum ea, quæ conducunt ad finem indicatum à reliquis virtutibus, sed etiam eundem finem indicatum, verbi gratia, à fortitudine, ipsa prudentia consiliat, & iubet. Nam, cum finis cuiuscunque virtutis moralis sit attingere verum medium in propria cuiusque materia, ut finis fortitudinis est attingere medium inter timorem, & audaciam, & sic de cæteris: & cum hoc medium non possit rectè determinari à solo appetitu sensitivo, nisi simul

Prudentia deficiente reliquæ virtutes sunt vitia.

illum determinet recta ratio, siue prudentia, ut 2. ethic. cap. 6. & ethic. cap. ultimo, docuit Aristot. hinc est, quod prudentia iubeat omnia, quæ pertinent ad totam vitam hominis, & ad vltimum humanæ vitæ finem. Quare, tum propter hanc causam, tum propter maiorem obiecti, & subiecti nobilitatem, perfectior est prudentia reliquis virtutibus moralibus. Nam quamuis huius virtutis obiectum sit materia reliquarum virtutum moralium, ut dictum est: versatur tamen circa illam, quatenus in ea aliquid veri, ac rationis inuenitur. Versatur enim, verbi gratia, circa voluptates, & dolores, quatenus inter duo ista extrema est aliquod medium, quod secundum rectam rationem competit ad bene viuendum. Vnde prudentia, non solum est rerum singularium, ut reliquæ virtutes morales, ut sunt in appetitu sensitivo, sed etiam vniuersalium, ut Arist. lib. ethic. cap. 8. docuit. Lib. verò 6. ethic. cap. 5. dixit prudentiam esse habitum partis animæ opinatiuæ: vbi per partem animam opinatiuam, ut ibi asserit D. Tho. intellexit Aristot. cogitatiuam. Nam hæc est ratio singularium, quæ aliter se habere possunt: corrumpi scilicet, & generari. Quod, ut Caietanus explicat 1. 2. quæst. 54. art. 4. duobus modis potest intelligi: in primis intellectum esse subiectum prudentiæ, ut se extendit ad cognitionem singularium, quod facere non potest, nisi sibi adiungat cogitatiuam: vel dicendum est, prudentiam primò, ac principaliter esse in intellectu practico, secundariò verò in cogitativa, quod etiam dicendum est de arte. Quare semper verum manet, subiectum prudentiæ esse intellectum practicum. Hic enim intellectus perficitur ab arte ad ea, quæ secundum vera præcepta efficienda sunt: cuius effectiōnis finis plerumque est opus distinctum ab actione, ut domus, &c. Perficitur verò idem intellectus à prudentia ad actiones quasdam practicas conducentes ad humanum bonum modum viuendi: præter quas actiones est alius etiam prudentiæ finis, ut dictum est. Vnde ars est habitus intellectus practici recta cum ratione faciendi, & prudentia est habitus eiusdem intellectus vera cum ratione agendi ea, quæ possunt esse bona, aut mala homini. Vnde est habitus eligendi, & agendi ea, quæ sunt in nostra potestate, dummodo actio semper tendat ad commodum hominis. Nam est habitus electiuus, quia versatur circa

Prudentia reliquis virtutibus moralibus perfectior.

Est habitus partis animæ opinatiuæ seu cogitatiuæ.

Illius subiectum est intellectus, & quomodo.

Intellectus practici perfectio, & finis.

Ars & prudentia quid sint.

72 Tr.IV. de Ethica puerorum.

Prudentia o-
pus seu mu-
nus.

Prudentes
qui dicun-
tur.

Consultatio
de quibus re-
bus fiat.

Consultatio-
nis condicio-
nes.

circa ea, quæ cadunt sub actione, quam eligere aut euitare est in nostra potestate, & circa eandem agere, aut non agere, ut asserit Aristoteles *lib. 1. mag. mor. cap. ultimo, & lib. 6. ethic. cap. 7.* quare prudentia versatur circa ea humana, in quibus habet consultatio locum. Nam opus prudentiæ est bene consultare, ut inquit *cap. de prudentia*, munus prudentis est bene consiliare circa ea, quæ sibi bona sunt, & profunt, ac ad bene viuendum conducunt. Homines enim prudentes dicuntur ij, qui bene cogitant, ac quærunt aliqua, quorum nulla est ars, ad studiosum aliquem finem consequendum: ista tamen talia debent esse, ut sit in potestate inquirentis eadem procurare, aut non procurare. Vnde sequitur quod is sit verè prudens, qui aptus fuerit ad consultandum, & ad dandum, & accipiendum consilium. Consultatio autem non fit de quibuscunque rebus: nam nullus consultat de iis rebus, quæ aliter fieri non possunt, neque de rebus, quæ nullo, aut difficili modo fieri queunt, neque de rebus iam factis, neque de iis, quæ nullum habent finem, neque de rebus, quas quisque potest facere: sed solum facienda consultatio est de rebus futuris, ac dubiis, ita, ut fieri, aut non fieri possint, dummodo studiosum habeant finem. Aristot. *lib. 1. mag. mor. cap. 1.* dixit consultatricem potentiam versari circa ea sensibilia, quæ consistunt in motu, siue in permutari, atque prorsus circa ea omnia, quæ in ortu, interituque versantur. Dixit enim nos consultare de iis, quæ sunt in nostra potestate, & de agendi, & non agendi delectu consilium admittunt, & habent agendi finem. Aduertit tamen permutationem eorum, de quibus facienda consultatio est à prudenti viro, non esse earum permutationum, in quibus vnum permuat in aliud, ut cum aqua permuat in aërem. Agere enim de huiusmodi permutationibus ad naturalem philosophum pertinet: sed potius esse permutationes eas, quæ humanis actibus contingere solent, propter hominum inconstantiam. Nam solent adeo facile permutari humanæ res, ut quæ hodie conferunt, cras non conferant. Vnde consultatio facienda est, de illis rebus, quæ ad bonam vitam solent plerunque conferre, & rarò non conferre: nam circa has res versatur prudentia.

Requiruntur etiam ex parte consultantis certæ conditiones. In primis igitur, ut

inquit Aristot. *6. ethic.* ad bonam consultationem requiritur homo, qui bene coniectando mente capere possit id, quod homini optimum est inter ea, quæ in actionem cadunt. Sed non propterea existimandum est, consultationem, & coniecturam idem esse. Nam quamuis coniectura inhet ad consultationem, non tamen est idem: nam coniectura latius patet, & fit cito, & sine ratiocinatione: consultatio verò indiget discursu, & longum requirit temporis spatium. Inquit enim Aristot. *ex vulgi opinione, celeriter deliberata agenda sunt: cum mora verò sunt consultanda.* Tum præterea, quamuis solertia idem sit, quod coniectatio, non erit consultatio, solertia, sed ipsa vitur. Et quamuis dum consultatur, aliquid inquiritur: non tamen est idem inquisitio, & consultatio, quia illa ad plura extenditur. Est etenim bona consultatio, quædam consilij deliberantis rectitudo, qua bonum aliquid assequi potest: non verò, qua malum aliquod assequitur. Et quia etiam si per consultationem assequatur bonum: fieri tamen potest, ut in medio termino sit fallacia: propterea necessarium est, ut talis sit rectitudo consilij ad consultationem, ut bonum, quod per ipsam assequendum est, sit, quod oportet, ut oportet, & quando oportet ad consequendum eum finem, qui simpliciter, & absolute finis dicitur, non ad quencumque, ut rectè docet Aristoteles.

Requirit quoque prudens ad bene consultandum fixam voluntatis rectitudinem, peritiam, & memoriam omnium rerum humanarum. Nam indiget rectitudine intellectus practici ad dirigendum, & rectitudine voluntatis ad mouendum, & memoria omnium singularium. Nam, ut inquit Aristot. cum prudentia sit habitus actiuus, cognitione indiget vniuersalium, & singularium earum rerum, quas tractat, ut ars: potissimè tamen requirit singularium cognitionem, & eorundem memoriam: nam omnes eius actiones circa ista versantur. Et quemadmodum artifex efficere non poterit particularia opera, quamuis vniuersalem doctrinam habeat, sine integra, atque perfecta cognitione propriæ materiæ: sic nec prudens. Vnde bene experti in singularibus, etiam si vniuersalia ignorent, sunt magis apti ad operandum, quàm nonnulli scientes. Et propter eandem causam multi sunt sapientes, ac mathematica

Coniectura &
consultatio
an idem sit.

Solertia, con-
iectatio, con-
sultatio, in-
quisitio, an
differant.

Aliaprudentis
ad bene con-
sultandum
conditiones.

*Cur pueri
facilius fiant
mathematici,
ci quàm pru-
dentes.*

thematici, & non propterea sunt pruden-
tes: quia scilicet non exercentur in actio-
nibus prudentialibus. Hinc etiam sequi-
tur, vt inquit Aristot. quod pueri facilius
fiant mathematici, quàm prudentes. Nam
facilius est pueris definitiones, & conclu-
siones abstractas à materia addiscere,
quàm per experientiam comprehendere
rectitudinem consiliandi in rebus attinen-
tibus ad iustitiam, fortitudinem, tempe-
rantiam, liberalitatem, ad ciuilem socie-
tatem in pace conseruandam, & ad reli-
quas omnes virtutes morales.

*Pueri inepti
ad consilian-
dum in ma-
teria prudē-
tia.*

Quæ quidem omnia à puero cognosci,
& exerceri minimè possunt, siue sit puer
ob ætatem, siue ob affectum: nam idem
iudicium faciendum est de adultis, qui
non ratione, sed affectibus gubernantur,
ac de verè pueris, vt Aristot. 1. eth. cap. 3.
asserit. Hi enim omnes inepti sunt ad
consiliandum in rebus prudentialibus:
quia, vt inquit, bene quisque iudicat ea,
quæ cognoscit, & ipsorum est bonus iu-
dex. Nam in vnaquaque re bene iudi-
cat is, qui in ea est eruditus: bene autem
absolutè iudicat, qui in omnibus est eru-
ditus: quapropter iuuenis non est ido-
neus auditor ciuilis disciplinæ. Est etenim
rudis actuum vitæ, de quibus actibus
rationes efficiuntur. Prudentes enim ho-
mines debent prospicere ea, quæ sibi, &
reliquis hominibus bona sunt. Hi e-
nim soli sunt ad administrationem rei
familiaris, & totius reipublicæ apti, qui-
que potissimè debent esse temperantes.
Nam quemadmodum temperantia de-
bet esse conseruatric prudentiæ, vt inquit
Aristot. 6. ethic. sic intemperantia cor-
rumpit eiusdem prudentiæ æstimationem:
quia vitium corrumpit principium
actionis. Nam quamuis vitium non va-
leat corrumpere æstimationem mathe-
maticæ, & aliarum scientiarum, & ar-
tium, corrumpit tamen prudentiæ æsti-
mationem: quia prudentia debet agere,
vt dictum est, circa ea humana bona, cir-
ca quæ consultatio habet locum, quæ qui-
dem consultatio fit, vt dictum est, recta
cum ratione, & recta voluntate, quæ non
requiruntur ad scientias. In sequenti

*Iuuenis non
est idoneus
auditor ciui-
lis prudēt. a.*

cap. alia de prudentia & de
eiusdem exercitio
dicentur.

CAPVT XXIII.

*De variis prudentia generibus, de
de eorundem vilitatibus, de sa-
gacitate, & de versutia, ac de
modo, quo pueri effici debent
prudentes.*

PRæter dictam in superiori capite pru-
dentiæ significationem, quæ omnium
est propriissima, multa alia eodem no-
mine significare solent autores. Propriis-
simè igitur, vt dicebamus, significat habi-
tum illum, quo vnusquisque homo pru-
dens, ita gubernat suas proprias passio-
nes, vt ad optimum finem omnes diri-
gantur: non tamen ita propriè dicitur
quoque de habitu, quo vnusquisque pa-
terfamilias rectè gubernat res familiares:
de ea scilicet gubernatione, qua dirigit a-
ctiones vxoris, liberorum, & reliquorum
domesticorum ad honestum, & laudabi-
lem finem. Dicitur etiam prudentia ha-
bitus, quo homines publici ciuitatem, re-
gnum, exercitum, aut totam monar-
chiam ad vtilissimum, sanctissimumque fi-
nem, & ad conuenientem eorum con-
seruationem dirigunt. Est autem ciuilis
gubernatio duplex: alia scilicet principa-
lis, & architectonica: nempe ea, quæ insti-
tuit conuenientes, iustasque leges, ac be-
ne viuendi regulas, & præcepta quibus
vnitas reipublicæ in pace conseruatur:
alia verò est prudentia, quæ communi-
ter, & absolutè dicitur ciuilis, & est ha-
bitus, quo iudices, secundum leges à su-
periori habitu constitutas, decernunt, &
iudicant: agunt scilicet vltimas actiones.
Sunt etenim hi iudices, vt Aristoteles as-
serit, sicut artifices, qui propriis mani-
bus efficiunt opera à superioribus artifi-
cibus ordinata. Vnde tales iudices dicun-
tur prudentes officiosi, siue operarij. Om-
nia verò ista prudentiæ genera conue-
niunt in eo, quod honestum suarum a-
ctionum habeant finem: quia aliter virtu-
tes non essent.

*Prudentia
varij habi-
tus.*

*Gubernatio
ciuilis du-
plex.*

*Conuenientia
prædictorum
prudentiæ ha-
bituum.*

Quamuis superius diximus munus ef-
se prudentiæ, non modo consiliare media
conuenientia ad cōsequutionem finis, sed
etiam consiliare simul cum virtute ele-
ctionem finis: aduertere tamen oportet,
hoc vltimum non esse proprium munus
pruden-

*Prudentia
media & ele-
ctionem finis
consiliat, &
quomodo.*

K pruden

*Electio qua
ratione fiat.*

*Consultatio
fit à sola pru-
dentia.*

*Prudentia ha-
bitus à quo
verè possunt
exerceri.*

*Prudentia ci-
uilis quàm
excellens.*

*Prudentia im-
proprè sum-
pta.*

prudentiæ, sed esse proprium munus vir-
tutis, vt verbi gratia, temperantia eligit ef-
se comedendum ad conseruationem vi-
tæ: dicitur autem electio rationis, quia ele-
ctio optimi finis non fit secundum leges
appetitus sensitui, sed secundum leges in-
tellectus practici ab habitu prudentiæ
perfectus. Vnde finis eligitur, tanquam à
proprio artifice, à virtute per plures actus
constituta factos ab eadem virtute secun-
dum rationis legem. Et propter hanc so-
lam causam dicitur electio finis fieri cum
ratione, licet à sola fiat virtute. At verò
consultatio à sola fit prudentia, nulla vir-
tutis actione intercedente, sed solum fit
ab intellectu practico perfectionato ab
habitu prudentiæ, qui vt talis, nullo modo
consultat de fine, sed proposito à virtute
aliquo fine, intellectus practicus consul-
tat de iis, quæ ad eum ducunt: vt in exem-
plo superiori, sola virtus consultat esse
comedendum, deinde verò sola pru-
dentia consultat quid, quantum, & quan-
do: si verò plura sint media ad consequen-
tiam eiusdem finis, perquirat prudentia,
per quod illorum acquiratur facilius:
& si tantummodo vnum sit medium, con-
siderat prudentia, quomodo optimè, at-
que facilius talis consequatur finis: pro-
sequendo scilicet prius magis immediatos,
ac veluti partiales fines, donec peruenia-
tur ad eum, qui fuit primus in inuentio-
ne, & debet esse vltimus in executione.
Quæ quidem methodus in omnibus di-
ctis prudentiæ generibus eodem modo
seruanda est. Scire tamen oportet nullum horum
generum prudentiæ exerceri posse, nisi
ab eo homine, qui prius habuerit eum
prudentiæ habitum, quem magis propriè,
ac veluti simpliciter prudentiam esse as-
seruimus, illum scilicet habitum, quo v-
nusquisque suarum potentiarum actio-
nes secundum rectæ rationis leges gu-
bernat. Est etenim huiusmodi habitus
veluti fundamentum reliquorum gene-
rum prudentiæ. Nam minimè alienas
actiones gubernare sciet, qui propria-
rum gubernationem ignorat. Est verò
vtilissima, multoque magis excellens ea
prudencia, quæ civilis dicitur: nam quam-
uis hæc quoque præsupponat, tanquam
fundamentum, & origo, propriam eu-
iusque prudentiam, non tamen domesti-
ca bona, sine civili dicta prudentia con-
seruari possunt. Est namque domestica
prudencia, veluti pars, respectu civilis

prudentiæ: cum vnaquæque domus sit
particula ciuitatis. Vnde, si guberna-
tio totius ciuitatis imprudens fuerit, dif-
ficile erit seruari incolumis cuiusque
domus gubernatio. Quare rectissime
Aristoteles libro primo mag. mor. cap. 2. a-
gens de civili prudentia, inquit, eam
esse optimam cunctorum bonorum in
vnum bonum concretorum. Et Plato
dixit eam esse magistratam vitæ, & in dia-
logo de voto, vtilissimum esse dixit pru-
dentem hominem sibi, & patriæ: nam
verè prudens, non solum bene dirigit
suos proprios actus, sed etiam alienos,
societatemque civilem diu conseruare
facit. Et quamuis D. Thom. dicat impro-
priè appellari prudentes aliquos artifices,
qui bene consiliant ad efficienda opera
sue artis, quia artifices alium habent ha-
bitum, qui rectitudinem imponit suis ope-
ribus, nempe artem: non tamen implicat,
vt habitus artificialis etiam dirigatur à
prudencia ad suos fines consequendos.
Vnde obseruamus, verbi gratia, quod
illi medici, qui natura, & arte prudentio-
res sunt, cæteris paribus, multo melius
medentur ægrôtis. Quod quidem docuit
Galenus 8. meth. vbi dixit oportere medi-
cum esse naturam prudentem, & bene exer-
citatum ad vtilis auxilij collectionem ex
complexu contrariarum indicationum.
Idem etiam accidit militari, & iudicatoriæ
arti, in quibus, non solum ij homines, qui
magis sagaces, ac industrij sunt, sed etiam
ij, qui magis sunt verè prudentes, rectius
suos consequuntur fines.

Præter dictos prudentiæ modos, est
alius, qui, propter quandam similitudi-
nem, prudentia solet appellari: improprè
tamen. Inuenitur enim in aliquibus bru-
tis, vt in elephantibus, in formicis, in api-
bus, & in aliis, quæ naturali quadam incli-
natione ducta exercent quosdam actus
ad proprium cuiusque, & ad totius fami-
liæ conseruationem conducentes, qui
actus omnino similes sunt actibus pru-
dentiæ: nimis tamen differunt. Nam isti
actus sunt actiones aestimatiuæ potentiæ,
quæ solum habet vim cognoscendi singu-
laria, non eligendi, nec per discursum præ-
cipiendi, vt facit vera prudentia, quæ, vt
sua potentia, cognoscit quoque vniuersa-
lia, vt diximus. Vnde actus illi non dicun-
tur prudentes, sed potius dicuntur sagaci-
tates quædam. Ista autem potentia magis
manifestè cernitur in hominibus, & mul-
tis appellatur nominibus. Nam dicitur sa-
gacitas,

*Medico ne-
cessaria pru-
dentia.*

*Prudentia im-
proprè sum-
pta.*

*Sagacitas, ha-
bitus indu-
stria, quales
actus & an
id. in signifi-
cat.*

Hebetudo.

gacitas, habilitas, & industria, & suum contrarium dicitur hebetudo. Industria igitur potius videtur actus cogitatione bene se habentis, quàm actus rationis: nam est vis quædam naturalis, cuius iudicium versatur circa pusilla, vt Aristoteles docet *lib. 1. magnor. mor. capite ultimo*: in pusillis enim, vt inquit, eius iudicium est. Vnde ista sagacitas, ita est necessaria ad prudentiam, vt nullo modo habitus prudentiæ possit acquiri sine ipsa industria. Qua propter bene sequitur, est prudens, ergo est sagax, siue habilis: non tamen sequitur, est sagax, ergo est prudens. Nam cum sagacitas non sit virtus acquisita, sed naturalis, potest esse sine habitu prudentiæ, quo tempore dicitur homo naturaliter prudens. Quemadmodum enim in aliquibus hominibus inuenitur virtus quædam naturalis, quæ inclinat ad iustitiam, in aliis alia distincta virtus, quæ inclinat ad fortitudinem, & sic de cæteris: sic etiam in aliquibus datur industria, quæ naturaliter versatur circa ea, circa quæ versatur prudentia, & rectè disponit ad illam. Ad acquisitionem igitur prudentiæ maximè iuuant memoria, peritia, & sagacitas, siue solertia.

Noceat illi actus, antequam habitus acquiratur.

Sagax quæ ratione versatur.

Fortis sine habitu fortitudinis fit temerarius.

Animaduertere tamen oportet istas facultates, siue naturales impulsus, quos maxime ad virtutes disponere diximus, maximè noxias hominibus esse, antequam habitus acquirantur. Nam sagacitas sine habitu prudentiæ conuertitur multoties in versutiam: quia si homo sagacitate præditus quærat ea, quæ sibi bona sunt per mala media, efficitur versutus. Vnde industria, siue sagacitas disponit ad virtutem, & ad vitium. Sic etiam is, qui naturaliter est fortis, sine habitu fortitudinis, facilius fit temerarius, quàm pusillanimus, vt homo astutus sine prudentia facilius fit versutus, quàm homo hebes, & sic dicendum est de inclinationibus ad reliquas virtutes, tum etiam, & ad artes sine præceptis. Mentor, vt inquit Aristoteles, *libro primo, magn. mor.* fuit astutus sine prudentia. Ista omnia declarauit Aristoteles *lib. 6. ethic. capite ultimo*, vnico proposito exemplo, dicens: quemadmodum enim homo robustus sine oculis facilius venit in præcipitium: sic homo naturaliter fortis sine ratione facilius fit temerarius, &c. Ex quo exemplo colligitur naturales quasdam acuties hominum ad aliquas virtutes, aut artes si maneant sine ratione eodem modo

ducere homines ad præcipitia, ac corporalis robur sine oculis, & fortissimus equus calcari vulneratus sine freno.

Ex his omnibus colligimus tento citius, & acuratius ducendos esse pueros per prudentiales actus ad habitus acquisitionem, quanto magis fuerint sagaces, ne incidant in versutiam. Oportet enim ad hanc nobilissimam virtutem homines inclinare, ac leniter ducere statim à pueritia, vt se ipsos, suas domos, & ciuitates prudenter gubernare sciant. Est etenim prudentia magistra totius vitæ, vt asserit Plato. Nam quamuis pueri, propter ignorantiam rerum humanarum, incapaces prudentiæ sint: sunt tamen capaces actuum prudentiam gignentium. In omnibus enim virtutibus, & artibus incipere oportet à leuioribus, vt aditus pateant difficilioribus. Principium igitur itineris ducentis ad prudentiam pueris conueniens erit, vt in omnibus puerilibus actionibus sciant, necessarium esse ad bonam euasione[m] rei intentæ capere consilium à magis peritis, ac prudentioribus hominibus, vt valeant rectè discernere, quæ bona, & quæ mala sint media ad consequutionem propositi finis, illaque fugiant, & hæc celeriter præparent. Oportet enim, vt sensim acquirant rerum experiendarum modum, & eorum quæ in vita vtilia, aut noxia solent esse, scientiam adipiscantur. Vtilissimum etiam erit, vt pueri sciant, quod soli prudentes homines sint, qui sapius præclare vtuntur iis bonis, quæ à natura, aut fortuna sibi concessa sunt. Oportet quoque, vt modestiam in loquela semper habeant, & loquendi, omniumque opportunas occasionem quærere sciant: ita vt in verbis, & in omnibus aliis rebus agendis solertes sint, & omnia ad honestum dirigant finem, iudicando, ac deliberando rectè de mediis. Nam imprudentes peruersè, ac perperam iudicant, & deliberant de futuris rebus, & vti nequeunt præsentibus bonis, & de omnibus iis, quæ sunt bona, & honesta ad vitam, amplectuntur falsam opinionem. Est etenim inscitia imprudentiæ comes, sic quoque incontinentia, rusticitas, & bonarum, malarumque rerum obliuio, vt asserit Aristoteles, per istas igitur continuas admonitiones, ac rerum humanarum tractandi modos deuenire poterunt pueri ad utilissimi habitus acquisitionem & ad suos, &

Ad prudentiam qua via ducendi sunt pueri, quædam.

Leuia tentanda, deinde difficilia.

Modestia in sermonibus commendanda pueris.

Imprudentia actus quales.

Imprudenter comitatur inscitia.

76 Tr.IV.de Ethica puerorum.

sociorum actus rectè dirigendos. Sed tempus iam est, ut rectam pecuniarum administrationem pueros doceamus.

CAPVT XXIV.

Quo modo exercendi sint pueri in administratione pecuniarum, ut liberalitatem, & magnificentiam consequantur, & fugiant contraria vitia, auaritiam scilicet, & prodigalitatem.

Pecuniarum recta administratio quæ necessaria pueris.

Cum nullus ferè sit homo, qui in pecuniarum administrationem non incidat, valde necessaria pueris erit doctrina de recto pecuniarum usu. Nam in administratione pecuniarum est etiam sua moralis virtus honestum habens finem. Vnde laudantur homines hunc habentes habitum in distributione suarum pecuniarum: reperiuntur quoque duo vitia, quorum medium est virtus. Quare pueros docere oportet modum, quo se gerere possint in pecuniis administrandis, ut virtutem consequantur, & fugiant vitia. Appellat autem Aristot. 4. ethic. cap. 1. pecunias omnia ea, quorum æstimatio mensuratur numo.

Virtus vsui rei prærequiritur.

Quoniam igitur nullus homo congruè uti potest quavis re, nisi prius virtutem habeat, quæ ad talem rem accommodetur, ut inquit Aristoteles, debent pueri scire, quod sit rectum, ac laudabile medium, quæ sint extrema vitia, quæ committi solent circa usum pecuniarum. Ad quod quidem advertere prius oportet, pecuniarum usum esse dare, & consumere pecunias: ipsas verò accipere, & conseruare non esse usum, sed possessionem. Deinde scire oportet virtutem, quæ facit honestum pecuniarum usum, appellari liberalitatem, eiusque virtutis munus magis consistere in dare, quibus oportet, hoc est, quibus recta ratio dicat dandum esse, quàm in accipere vnde oportet, & non accipere vnde non oportet. Nam opus cuiuscunque virtutis potius est conferre beneficia, quàm eadem accipere, & potius honesta agere, quàm fugere turpia. Cum

Pecuniarum usum quis.

Liberalitas quæ virtus, & quod illius munus.

igitur is, qui dat secundum rectam rationem, beneficium conferat, honestumque faciat, proprius erit studiosus, quàm is, qui nec accipit vnde oportet: quapropter maior gratia illi tribuitur, maiorque laus, quod est virtutis præmium. Tum præterea, cum facilius sit hominibus accipere, quàm dare, maius virtutis indicium est, dare cum oportet, quàm non accipere vnde oportet. Vnde, ut pueri liberales fiant, debent assuescere, ut cum voluptate, aut saltem sine dolore, dent partem suarum pecuniarum iis, quibus oportet, quot oportet, & quando oportet, respiciendo semper honestum finem, & obseruando ea, quæ hunc rectum dandi actum sequuntur. Nam si talis studiosa actio fiat cum dolore, non est opus liberalitatis. Vnde monendi sunt pueri, qui ad liberalitatem proficiscuntur, quod non assuescant recipere, etiamsi sit, vnde oporteat. Nam, qui vndecunque capit, magnificat pecunias: quod est contra liberalitatis conditionem. Liberalis enim non est procliuus ad postulandum. Nam non est procliuus ad facienda beneficia, qui habet inclinationem ad eadem sæpius suscipienda. Cæterum, ut liberales esse possint homines, non debent ea, quæ sua sunt negligere. Nam, qui perdit pecuniam ob negligentiam, ineptus manet ad actiones liberales efficiendas, cum oportuerit. Vnde non conuenit ei, qui secundum liberalitatem dare desiderat, quibusuis dare, sed solum cum fuerit honestus finis. Quod cum acciderit, tanto in dando superare debet, quanto exposulauerit necessitas: quamvis ipse sibi pauciora relinquat. Nam verè liberalis magis respicit alienam necessitatem habentem honestum finem, quàm se ipsum. Hoc enim est agere propter virtutem: nec desinit esse liberalitas pro paruitate doni: si tamen corresponsdeat facultatibus dantis. Nam liberalitas non consistit in multitudine rerum datarum, sed in tribuentis habitu. Vnde fieri potest, ut is, qui dat pauciora, sit magis liberalis, quàm qui plura, si illa pauciora, & magis radicatum dandi propter optimum finem habeat habitum.

Recipere non sunt assuescendi pueri.

Liberalis quæ sua sunt non debet negligere.

An liberalitas desinat esse propter paruitatem doni.

Aduertere tamen oportet pueros eos facilius ad liberalitatem duci posse, qui hæreditate, aut alio modo futuros diuites esse, & nullam perferre indigentiam sperant,

Ad liberalitatem quàm facilius pueri possint duci possint.

tant, quàm eos, qui suo labore, suaque industria facultates debent sibi comparare.

*Comparans
agere dispen-
dit.*

Nam, qui comparant opes sibi, adeo ipsas diligunt, vt nunquam, nisi cum vehemēti dolore, easdem dispendere possint. Vnusquisque enim adeo vehementer sua opera amat, vt parentes filios diligunt, & poetæ sua carmina, vt Aristot. & Plato dicunt. Debet autem procurari liberalitas, tum propter alia multa, tum quia liberalis amatur ab omnibus, tanquam lenis socius in cunctis rebus pecuniariis. Nam liberalis maiorem dolorem habet, quando non dantur pecuniæ, vbi oportet, quàm, cum dantur, vbi non oportet. Et quoniam rarò sunt diuites liberales, solet vulgus accusare fortunam, quod tam bene meritis hominibus multas opes non dederit: diuites verò non fiunt, propter largiendi liberalitatem, & accipiendi pigritiam. Non enim desiderant pecunias, nisi causa dandi.

*Liberalis
amatur ab
omnibus.*

*Rarò sunt
diuites.*

*Liberalitatis
efficia decet
pueros sta-
tim à prin-
cipio.*

*Accipiendum
nunquam
vnde non
oportet.*

Ducendi igitur pueri sunt statim à principio ad omnia liberalitatis officia: ad promptè scilicet, & sine dolore largiendas pecunias, ad efficiendos sumptus, & ea omnia, quæ honestum, atque laudabilem habent finem. Monendi quoque sunt, quod præsto adsint aduersis euentibus, non solum suorum amicorum, sed, & aliorum hominum, & quod nunquam accipiant, vnde non oportet. Sunt quoque docendi pueri, vt nitida, & honorabilia habeant indumenta, & domorum apparatus: contrarium enim habere auaritiæ solet esse indicium. Debent quoque conari pueri esse instructores permagnarum, elegantium, & oblectationem causantium rerum, nulla commodi ducta ratione. Debent etiam pueri, vt liberales efficiantur acquirere morum facilitatem, comitatem, humanitatem, misericordiam, hospitalitatem, & benevolentiam erga amicos, semperque debent esse honesti studiosi. Sed inter omnia monendi sunt, vt semper fugiant actus contrariorum vitiorum.

*Liberalitas
media est inter
prodigalita-
tem & a-
uaritiam.*

Est etenim liberalitas, vt dictum est, media virtus inter prodigalitatem, & auaritiam, siue illiberalitatem. Nam, vt inquit Aristoteles 3. *eth.* ad Eudemum, liberalitas versatur circa acquisitionem, amissionemque facultatum, & est medium inter duo illa opera. Nam, qui omni acquisitione pecuniarum gaudet, & omni amissione dolet magis, quàm oportet, illiberalis, auarusque est: qui verò vtrumque

facit munus, minus quàm oporteat, prodigus est. Is autem qui vtrumque facit, vt oportet, est liberalis. Hic enim ex abundanti copia largitur id solum, quod, & quando recta ratio iubet: quibus scilicet oportet, quid, & quando oportet, vt Aristoteles docet. Scire verò tenentur pueri, quod, quotiescunque cum dictis conditionibus non largiuntur opes, adeo pessimum oritur vitium, quod vim enecandi obtineat, diciturque prodigalitas. Quod quidem vitium, dum solum existit, facit superantiam in sumptu, & imminutionem in modo recipiendi, atque accumulandi. Vnde animaduertere pueros oportet, quod minus malum, quod euenit prodigis, est citò corrumpere patrimonium. Nam superare in dando, & in non accipiendo, & deficere in accumulandis pecuniis, non dici possunt simul perseverare. Vnde prodigus se ipsum interficit. Nam, vt inquit Aristoteles *quarto eth.* perditio patrimonij quidam interitus est: viuitur enim patrimonio, ac facultatibus. Et præter hoc ingens malum, aliquid etiam deterius affert prodigalitas: reliqua scilicet omnia vitia. Vt enim inquit Aristoteles, *homines, qui sunt incontinentes, & ob intemperantiam pecunias profligant, prodigos vocitamus: quapropter tales homines sunt flagitiosissimi: multa namque vitia simul habent, &c.* Nam cum prodigi omnia largiantur, vt stolidi, propter turpes scilicet fines, facile labuntur in voluptates, & in alia deterrima vitia, vt in latrocinia, & similia. Cum enim sua dissiparunt, & idem maneat malus habitus, aliena accipiunt sine discrimine. Sunt etenim dationes prodigorum pessimæ, & cum stoliditate factæ. Nam interdum diuites faciunt eos homines, qui pauperes esse debebant, propter desidiâ laborandi, & propter abiectum, ac turpem, quem habent viuendi modum. Adulatoribus enim, & aliis quibuscunque, qui quampiam aliam voluptatem afferunt, multa dant, & alios multos sumptus in flagitiis faciunt: honestis verò hominibus, & iis, à quibus honestum aliquod beneficium suscipiunt, nihil dant: imò à domesticis, & necessariis sumptibus multa detrahunt. Quapropter cauendi sunt pueri, ne statim à primis annis ad tale vitium declinent, seque ipsos pauperes, & abiectos faciant.

*Prodigalitas
quod vitium.*

*Prodigus se
ipsum inter-
ficit.*

*Labitur in
omnia vitia.*

*Omnia lar-
giuntur viti-
olibus.*

Cæterum, licet hoc vitium adeo sit deterrimum, vt dictum est: maiorem tamen

*Prodigalitas
in maligna
tate vincit*

78 Tr. IV. de Ethica puerorum.

*cupiditas ac-
quirendi &
nimis do-
dandi ab-
sumendi
pecunias.*

*Auaria si-
ue illibera-
litas quàm
maximè fu-
gienda.*

*Auaria vi-
tium omniū
vitiū vadi-
x.*

*Prodigus &
liberalis in
duobus con-
ueniunt.*

*Auaria
semper auge-
tur, nullum
admittit re-
medium.*

*Auaria
proprium.*

arguit animi malignitatem contrarium vitium, quod consistit in cupiditate acqui-
rendi, & nimio dolore dandi, atque ab-
sumendi pecunias. Nam is, qui tale vitium
habet, deficit in dando, & superat in ca-
piendo: dicitur verò hoc vitium auaritia,
siue illiberalitas. Debent autem pueri,
tanto vrgentius ab hoc vitio separari,
quanto magis est hominibus insitum ipsa
prodigalitate. Nam plerique hominum
multo magis sunt procliuēs ex sua natura
ad pecuniarum retentionem, quàm ad ea-
rundem distributionem. Fugere quoque
oportet tale vitium, quia omnium vitio-
rum solet esse radix, vt ex D. Paulo *primo
ad Thess. ultim.* probat Sanct Thom. 1.2.
questione 84. articulo primo: nam quatenus
significat quendam appetitum inordina-
tum diuitiarum, & radix omnium malo-
rum: non, vt precisè propter se quærun-
tur diuitiæ, quoniam sic speciale est pec-
catum: sed quatenus quæruntur, vt vtilēs
ad omnem temporalem finem. Quatenus
verò significat appetitum cuiuscunque
boni temporalis, genus est totius pec-
cati. Vt autem denotat inclinationem
naturæ corruptæ, ad inordinatam appe-
titionem bonorum corruptibilium, & ra-
dix omnium malorum: nam, vt inquit,
omne peccatum procedit ex amore in-
ordinato bonorum temporalium. Vnde
rectius est, vt pueri in administratione
puerilium bonorum, potius inclinent ad
actus prodigalitatis, quàm ad actus aua-
ritiæ.

Nam prodigus conuenit cum liberali
in duobus: in inclinatione scilicet dan-
di, & non accipiendi, & in habendo in-
genuos mores. Vnde fit, vt prodigus,
vel mediocri diligentia, transeat in libe-
ralem. Tum præterea actiones prodigi
vtilēs sunt iis, qui recipiunt: At aua-
rus, nec sibi ipsi utilis est, nec aliis, saltem
dum viuit: quia, vt inquit Aristoteles, vi-
tium habet incurabile. Nam reliqua vi-
tia, aut temporis diuturnitate, aut cor-
porali aliqua debilitate corrumpuntur:
auaritia verò senectute, & quacunque
corporali debilitate augetur, vt docet
Aristoteles: vnde nullum humanum ha-
bet remedium, & præter hoc est vilissi-
mum vitium. Nam ij, qui ab illo informan-
tur, omnia sustinent turpia, propter vile
quodcunque lucrum, vt Aristot. monet: li-
bello enim de virtutibus inquit: *proprium
auaritiæ est plurimi facere pecunias, vitam
mercenariam, seruilem, sordidam, & ab omni*

*magnificentiā, & liberalitate alienam habere,
& omne questuosum esse improbatum iudicare.*
Quod in omni specie huius vitij cernitur.
sunt etenim eius species variæ, vt inquit
Aristoteles. nam parci, tenaces, seu aridi
dicuntur ij, qui omnino in dando defi-
ciunt: aliena verò non appetunt, nec acci-
pere volunt: turpem tamen omnem quæ-
stum tentant. Hos appellat *libro primo,
magnor. mor.* nugiendulos, cum inique
emptores, & *quarto eth.* cumini sectores.
Appellat quoque istos *libro primo magnor.
moral.* paruiloquaces, quasi dicat parui
pendentes locutionem, propter lucrum.

Aliqui horum deficiunt in dando ho-
nestam assignantes causam: ne scilicet ad
terpē deueniant paupertatem, & alij
non recipiunt aliena ob timorem retribu-
tionis. Imo aliqui castitatem affectant ma-
gis ob timorem sumptus, quàm peccati.
Illiberales autem dicuntur ij, qui, vt pec-
uniam accipiant, mille patrant mala,
quales sunt sceneratores, fures, latrones,
& similes: quibus omnibus communis
est turpis comparatio lucri in rebus par-
uis. Nam ij, qui grandia, quæ non oportet,
accipiunt, vt qui faciunt expugnationes
ciuitatum, templorum expoliationes
& similia, dicuntur tyranni, iniusti, & per-
niciiosi.

Quapropter omni diligentia conan-
dum est, vt adolescentes fugiant auari-
tiam, tum propter dicta, tum quia om-
nes avari sordidis vestibus, & habitatio-
nibus vtuntur, & sunt intolerabiles in om-
nibus pecuniariis commerciis, cum suis
domesticis efficiuntur intolerabiles, pu-
sillanimi, suspiciosi, timidi, & humiles,
& à suis, & ab omnibus alienis odio sem-
per habentur. Et vt inquit Diuus Thom.
lib. 1. de regimine principis, cap. 10. iusto Dei
iudicio contingit, vt ij qui iniuste diuitias
congerunt, inutiliter eas dispergant, aut
etiam iuste auferantur ab eis. Vnde Salo-
mō in Eccle. *auarus, inquit, non implebitur
pecunia, & qui amat pecunias, fructum non
capiet ab eis. & 15. prouer. conturbat domum
suam, qui sectatur auaritiam.* Quæ quidem
omnia adeo detestabilem reddunt auari-
tiam, vt procul ipsam fugere omnes co-
gant homines.

Quoniam tamen in bono pecuniarum
vfu, quem pueros docere cupimus, præter
liberalitatem, alia est excellentior virtus,
sunt quoque & alia duo vitia, breuiter
admonere adolescentes oportet, vt hanc
etiam virtutem amplectantur, & eiusdem
fugiant

*Parcus te-
nax, seu ari-
dus quis di-
catur.*

*Nugiendu-
li, cumini
emptores vel
sectores, &
paruiloqua-
ces.*

*Illiberales
qui dicantur*

*Tyranni qui
vocantur.*

*Auari qui-
bus de causis
fugiendi sunt
adolescenti-
bus.*

*Magnificen-
tia & ma-
gnanimitas
ponuntur in
appetitu ira-
scibili.*

*Magnificus
omnis est li-
beralis, non
contra.*

*Magnificum
opus unde
spectatur.*

*Magnifici
sumptus qui
dicuntur, &
quomodo se
gerere in his
debeant no-
biles adole-
scentes*

fugiant extrema vitia, vt omnia, quæ ad decentem, honorabilemque pecuniarum vsum attinent, rectè percaleant. Est igitur circa magnos sumptus quædam virtus, quæ dicitur *magnificencia*: quam quidem simul cum magnanimitate ponit D. Th. in appetitu irascibili. Nam quemadmodum circa honores dantur duæ virtutes, modestia scilicet, & magnanimitas, illa, quæ seruet mediocritatem solum circa mediocres honores, & hæc, quæ solum circa magnos medium teneat: sic quoque circa administrationem pecuniarum dantur aliæ duæ virtutes: liberalitas scilicet, quæ mediam seruat in omnibus actibus pecuniarum, & in moderatis sumptibus, & alia, quæ solum seruat mediocritatem in magnificis sumptibus. Vnde omnis magnificus est liberalis, sed non è contra. Ex quo etiam sequitur, quod pauperes possint esse liberales: non tamen possint esse magnifici: nam nullus pauper, nisi stolidus sit, sumptus magnos tentare potest. Sunt etenim sumptus magnifici, magni, & decentes ob honestam scilicet causam facti, vt Arist. 4. *eth.* inquit. Vnde fieri debent cum voluptate, & sine parcimonia. Magnificus enim potius debet considerare, quomodo pulcherrimè fiat opus, quàm quanto pretio id fieri possit. Sunt autem magnifici sumptus ij, quos honorabiles appellant homines, vt lusus splendidi ciuitatum, publicum conuiuium, opulentæ nuptiæ, nobilium hospitem hospitia, munera ad nobiles, & diuites missa, & alia similia. Consiliandi igitur sunt nobiles, ac maximè diuites adolentes, quod in talibus sumptibus, propter aliquem honestum finem faciendis seruent talem mediocritatem, qualem tolerant facientis opes, & qualem expostulant ipsa opera. Nam, qui sumptus facit, quos non potest, stolidus est: qui maiores tentat sumptus, quàm opus expostulat, est sordidus, ac rudis. Is autem, qui cum multis, ac magnos facere sumptus oportet, paucos facit, ac paruos, & quidquid facit, tarde, & differendo id facit, consideratque quonam modo, quàm minimos faciat sumptus, & de ipsis dolet, ac queritur, cunctaque maiora, quàm oportet facere, putat, pusillus est, & peccat imminutione sumptus contra decorum. Vnde omnes pueri, præsertim principes addiscere debent modum, quo splendidi, ac honorabiles isti sumptus sint faciendi, cum opportuerit, propter honestum scilicet, & splendidum finem: aliter

verò omnino fugiendos esse. Quæ satis esse videntur ad nostrum institutum, quare transire oportet ad rectum verborum vsum.

CAPVT XXV.

De tribus virtutibus, affabilitate scilicet, urbanitate, & veritate, quæ in verborum, & quorundam actuum usu inveniuntur: & de sex contrariis vitiis, contentione, adulatione, & scurrilitate, rusticitate, mendacio, & arrogantia.

Simpliciter, omninoque necessarium est omnibus pueris, atque adolescentibus ad vitam quietam, & honorabilem comparandam scire, quomodo se gerere debeant in omnium hominum congressibus circa verborum, & quorundam actuum communem vsum, & circa omnes tractandi modos, qui circa varias hominum conditiones, atque nationes in communi viuendi modo contingere solent. Quod quidem, vt pueri intelligant, docere eos oportet, quod in communi sociabili viuendi modo, tres inveniuntur mediocritates, siue virtutes morales in communi verborum, & actuum usu, & sex committi possint contraria vitia: nam vna virtus versatur circa veritatem verborum, & duæ circa voluptatem: vna scilicet, quæ in ioco, & altera, quæ in reliquis congressionibus vitæ consistit.

Mediocritates tres in communi sociabili viuendi modo, & vitia.

In primis igitur tradenda adolescentibus regula est, per quam addiscant affabiles fieri & fugiant contentionem, & adulationem, quæ sunt contraria vitia affabilitatis. *Affabilitas* enim est virtus quædam habens medium inter voluptatem, & molestiam verbis inflictam hominibus. Nam sunt quidam homines, qui propter habitum acquisitum, ita se getunt in aliorum hominum congressibus, vt singulis solum id dicant, quod docet, laudantes eorum hominum honestatem, & procurantes eorundem vtilitatem: laudant scilicet sine affectu, id quod laude dignum est, & modestè, atque quantum possibile est, sineque dolore auersantur id, quod auersio

Affabilitas quæ virtus & quonam eius vitia.

80 Tr.IV.de Ethica puerorum.

ationem aliquam meretur. Quod quidem præstant affabiles seruantes discrimen, quod seruare oportet inter notos, & ignotos familiares, & non familiares, inter filios, & uxorem, inter seruos, & eos, qui non seruiunt, & inter principes & plebeios: nam singuli tribuere verbis debent affabiles id, quod decet secundum propriam dignitatem. Vnde, qui hanc seruant affabilitatem circa omnes gentes, sunt reuera probi, ideoque ab omnibus amantur, absque aliquo particulari affectu, ac dilectione: quemadmodum ipsi affabiles iudicant id, quod dicunt, sine amore, & sine odio, sed solum, quia talem habent bonitatem, & habitum.

Affabilitas seruantes vere probi sunt.

Contentio & adulario vitanda pueris.

Placidi.

Adulatores.

Difficiles & contentiosi.

Amicus verus in quo ab adulatore distinctus.

Vrbanius que virtus.

Ad hunc igitur laudabilem, ac vtilem tractandi modum debent sensim pueri perducì, vt tædiosa omnibus hominibus fugiant contraria vitia: contentionem scilicet, & adulationem. Sunt etenim quidam homines, qui ne molesti aliquibus videantur, omnia indiscriminatim laudant, nihilque auersantur, qui, si id faciant solum vt voluptatem causent, placidi nuncupantur: si vero id faciant ob aliquam vtilitatem pecuniarum, aut similium rerum, adulatores dicuntur. Alij autem contra sunt, qui omnia, siue bona, siue mala imprudenter auersantur, nihil curantes de molestia, quam verbis afferunt reliquis: quare isti merito vocantur difficiles, & contentiosi. Vnde maximè conuenit ab istis vitiis arcere pueros, ne gratis odio ab omnibus hominibus habeantur, aut in vile adulandi, & decipiendi incidant vitium: verus enim amicus ab adulatore distinguitur, vt 10. ethicorum cap. 3. docuit Aristoteles, quod ille semper congregiatur ad bonum amici: ille verò non nisi ad solam voluptatem propter lucrum, quæ plerumque est deceptoria.

Est quoque altera verborum virtus, ea scilicet, quæ consistit in iocosa quadam delectatione, quam acquirere saltem ij pueri debent, qui urbani futuri sunt: nam ipsa virtus *urbanitas* dicitur. Cum enim, ferè tota vita sit laboriosa, variisque plena curis, aliqua requirere indiget, vt durare possit. Vnde multoties oportet, vt simul congregiantur homines honestoque aliquo ioco à laboribus per aliquod temporis spatium abstinentes, detineantur, & quibusdam honestis, iocundisque dictis moderatum ad inuicem causent risum. Sunt etenim, inquit Aristoteles, quædam verba, quæ ioco dicere & audire decet ho-

nestum virum, qui seruet quandam æqualitatem indicando, & audiendo, & decetibus salibus verborum seriem compositam: ita, vt solum, quando oporteat, vt oporteat, & quæ oporteat, audiat, & dicat. Nam cum facietæ soleant esse quædam conuitia, urbani hominis iocosa verba talia debent esse, vt iocunda cum sint, neminem offendant.

Facetia, quædam sunt conuitia.

Vrbani enim vir ita se se debet habere in ioco, vt talia dicat verba, qualia ipse ab alio audire vult, sibi que ipsi sit lex, vt inquit Aristoteles. Hic igitur modus requiescendi à laboriosioribus curis adeo est honestus, vt religiosis hominibus utilis quoque sit: quapropter hunc honestum modum iocandi docere pueros vtile erit, & à contrariis vitiis eisdem repellere.

Vrbani in ioco quo modo se habere debet.

Est igitur vnum vitium in defectu vrbauitatis, & alterum in excessu: nam, qui in talibus iocis solum affectant nimium risum, vtentes obscænis, nimisque iocosis verbis, & quibusdam salibus, & plusquam oporteat illis gaudent, dicuntur Scurræ: inter istos tamen sunt quidam, qui solum ridere, nullumque causare dolorem conantur: alij verò sunt adeo insolentes, vt neque sibi ipsis, neque aliis parcant, vt Aristoteles inquit. Hi enim obscæna, & inhonesta loquuntur, non, vt reliqui, qui solum desiderant, vt inhonesta subintelligantur.

Vrbauitatis vitia.

Scurra qui dicantur.

Alterum vrbauitatis vitium est eorum hominum, qui temere iudicant, nullam esse necessariam requiem, nec vllum iocum esse permittendum in vita. Vnde nec ipsi dicunt quicquam ridiculum, nec volunt ab aliis audire. Vnde omnino inutiles sunt ad aliorum hominum congressiones, cum nec ipsi aliquid salis afferant, & cum afferunt, alij ægrè, molestèque id ferant. Vnde merito rustici, ac duri nuncupantur.

Rustici ac duri.

Tertia est potissima, & multo magis ad vsum vitæ necessaria verborum virtus, quæ dicitur veritas, estque medium inter duo genera mendacij. Est igitur veritas in verbis, quando ipsis exprimitur vera intellectus adæquatio, siue conformatio eum re ipsa: quando scilicet verbis declaratur id, quod reuera inest rebus ipsis. Vnde duo sunt genera mendacij: vnum scilicet, quando verbis dissimulatur, atque negatur id, quod reuera in rebus est, & aliud, quando dicitur, ac fingitur id, quod nullo modo est in rebus. Cæterum, etiam si aliqui solum mentiantur, non

Veritas in verbis quanti momenti, & qua virtus.

Mendacij duo genera.

non propter habitum, sed propter aliquem particularem finem, & alij propter acquisitum mentiendi habitum: semper tamen mendacium est improbum, & vituperabile vitium, vt veritas semper est proba, & laudabilis. Hic verò non loquimur de veritate iudiciali, sed de veritate vsuali, ac habituali, de ea scilicet, qua vtuntur quidam homines, etiam in rebus illis, in quibus nulla datur necessitas quæ cogat verum dicere, nec vllum sequeretur ex mendacio dedecus: & tamen, non solum verbis, sed nec modo viuendi aliquid fingunt, propter habitum, quem diu acquisitum habent.

De qua veritate hic sermo sit.

Ad veritatem assuefaciendi pueri.

Boni & aequi simpliciter.

Veritatem dicere quam maximè laudabile.

Arrogantes qui sint, & quos arrogantes sint generatim.

Vnde maximè conducit ad hunc præstantissimum habitum assuefacere pueros: nam ij, qui hunc habitum acquisitum habent, sunt boni, & æqui simpliciter, & absolute. Qui enim in rebus parui momenti amat dicere verum, & in eisdem mendacium committere iudicat esse turpe, atque inhonorabile: multo magis verum dicet in rebus magnis, ac seriis, in quibus mendacium turpius, & patentius est. Quapropter habitus iste dicendi in leuibus, & in magnis rebus veritatem est maximè laudabilis, & veluti nexus, ac vinculum totius societatis humanæ. Mediante enim veritate hominum fides, & communis societas conseruatur: quam quidem frangere adeo turpe iudicabant sapientissimi Ægyptij, vt propter istam causam, & propter pietatis Deorum violationem capite mulctari iusserint. Vnde ægre, sepiusque increpari debent pueri, qui hunc habitum despexerint, & ad contrarium inclinauerint.

Arrogans verò est, qui fingit res sibi maiores inesse, quàm reuera sint, & isti sunt multis modis arrogantes:

nam aliqui sunt, qui nullius rei gratia id faciant, qui potius sunt vani, quàm mali. Alij verò id fingunt propter ea, pro quibus homines laudantur à vulgo, beatique esse dicuntur, gloriæ scilicet, & honoris gratia: qui quidem non debent ita vituperari, vt verè arrogantes. Alij tandem sunt, qui id faciunt argenti, aut alterius similis rei gratia, vt ij, qui se fingunt medicos aut vates egregios, vt asserit Aristoteles: est verò istud arrogantia genus omnium turpissimum, quia eius error transt ad proximos, vt dixit Aristoteles.

Diffimulatores quoque varij sunt: nam aliqui illorum extenuare conantur præclara ea, quæ habent, non ob aliam causam, nisi, vt fugiant populi tumiditatem, quod faciebat Socrates, & hodie multi religiosissimi homines, & omnes ij, qui non ob vacuum vulgi famam, principumque fallacem gratiam, sed ob veram, diuinamque dilectionem probi sunt, & semper operantur bona, quia talia sunt. Homines enim, qui ista faciunt, sunt elegantissimis moribus, vt asserit Aristoteles. Alij autem sunt, qui in iis, quæ non sunt manifesta, moderata diffimulatione vtuntur, qui appellantur ab Aristotele *gratiosi*. Quidam sunt, qui parua, & manifesta omnibus diffimulant, quos asserit Aristot. *delicatos*, simul & *malitiosos* esse. Maximum enim mentiendi habitum arguit mentiri in minimis, & patentibus.

Diffimulatores varij.

Gratiosi.

Delicati & malitiosi.

Vnde hos ab omnibus sperni affirmat. Sed cum nostrum institutum adimpletum iam esse videatur in hoc lib. in quo proposuimus eam philosophiæ partem, quam Ethicam appellant philosophi pueros docere, tempus est, vt ad secundi libri opus accedamus.

TRACTATUS



TRACTATUS V. LIBER VNICVS

DE OPTIMI REGIS INSTITVTIONE SECVNDVM

Platonis, & Aristotelis, decreta.

PROOEMIUM,

*Explicantur integrales partes philosophiæ moralis, quid sit ciuitas,
& ex quibus potissimis partibus constet, & ratio unionis
earundem, Autorisque institutum.*

*Repetitio
breuis corum
qua superio-
ri libro ex-
plicantur.*

NE mancum manere videatur nostrum hoc de optima puerorum educandi ratione opus, necessarium est iis, quæ in superiori lib. diximus aliquid amplius addere. Docuimus enim iuxta grauissimorum hominum sententiam, quomodo vnusquisque puer per vniuersales methodos, ac vias eius philosophiæ moralis partis, quæ dicitur ethica, bonum id, quod dicitur honestum, in ordinem ad se ipsum assequi possit. Cæterum, cum vnusquisque nostrum non sit sibi soli natus, sed, vt in aliorum hominum societate viuat: in qua quidem necessaria est omnium sociorum mutua coadiuuatio, necessarium est explicare, iuxta eandem methodum, quomodo singulus puerorum possit idem honestum, ac studiosum bonum acquirere, non solum in ordinem ad se, sed etiam in ordinem ad suos domesticos, & in ordinem ad alios omnes conciuēs. Propterea enim philosophia moralis, quæ vt dictum superius est, est

ars, quæ docet modum bene viuendi in communi, diuiditur in partem Ethicam, quæ docet modum consequendi omnium virtutum moralium gradus in ordinem ad vnumquemque singularem hominem, & in partem æconomicam, quæ eosdem virtutum gradus in ordinem ad totam familiam adipisci ostendit: nam præscribit modum, quo quisque disponere debeat vxorem, liberos, & reliquam suppellectilem ad honestum modum vitæ.

Diuiditur quoque philosophia moralis in partem, quæ dicitur politica, quæque disponit hominem, quatenus est sociabile animal ad beatè exercendum aliquod eorum officiorum, quæ ad ciuilem ordinantur societatem. Vnde ne monstrosa maneat ista nostra de puerorum institutione ars, aliquid dicere cogimur, quo pueros disponamus ad exercitium duarum reliquarum philosophiæ partium potissimæ ad exercitium vltimæ partis. Maximè enim conducit, vt singula ciuitatis particula statim à principio exercere incipiat id opus, ad

*Politica, pars
moralis, phi-
losophiæ, &
in quo consi-
stat.*

*Moralis phi-
losophia di-
uisa.*

ad quod fuerit destinata. Debet namque tota respublica, si bonam gubernationem seruare voluerit, corporis viuientis naturam imitari: nam quemadmodum cuiuscunque animalis singulum membrum habile ad proprium munus per exercitium redditur, & per quietem torpescit: sic singulus ciuitatis homo per exercitium eius operis, ad quod fuerit deputatus in ciuitate, habilis, ac vtilissimus ad idem efficitur, si à pueritia se in eo exerceri incipiat: sin minus ignarus, prorsusque inutilis manebit, & ex hoc insalubris, ex illo verò salubris status totius reipublicæ efficietur, vt corpori humano contingit ex bona, vel mala suorum membrorum actione. Nam quemadmodum corpus humanum est diuersorum organorum, eorundemque diuersarum actionum ad eiusdem corporis conseruationem certa quædam vnio: quæ quidem perseverat media singulorum organorum sanitate, atque actione & à cuiusque organi morbo corrumpitur totius corporis vnio: sic ciuitati contingit. Nam, vt asserit D. Augustin. *libro primo de ciuitate Dei*, ciuitas est hominum multitudo aliquo societatis vinculo colligata, quæque vera ciuili virtute conseruatur, & beata redditur: aut, vt inquit Plato 2. *de rep.* ciuitatem constituunt multi in vnica habitatione ad inuicem communicatores, ad inuicemque coadiutores congregati: qui coadiutores debent esse, vt Aristoteles addit, omnes liberi: quia ciuitatis coadiutoribus, non solum competit simpliciter viuere, sed etiam bene viuere, vt excludantur à ciuibus serui, & animalia bruta, quæ in eadem communitate inueniuntur, quibus solum conuenit simpliciter viuere, & nullo modo sequi vitæ perfectionem, quam homines liberi, qui sunt veræ ciuitatis partes, sequi tenentur.

Ciuitatis descriptio ex D. Augustino.

ex Platone.

Ciuitatis partes integrales potissimæ quinque.

Vnde Plato colligit potissimas ciuitatis integrales partes esse quinque, ex quinque potissimis necessitatibus, quibus eget ciuili hominum societas ad sui conseruationem. Nam in primis cum animal intellectuale semper moueatur ad agendum propter cognitionem finis, necesse est ad consequutionem eorum particularium finium, qui ordinantur ad conseruationem ciuitatis, vt media ad tales fines per consultationem inueniantur, atque dirigantur omnes actiones ab aliquibus consiliariis ad id, quod verum

est. Vnde necessarium est, vt sint in ciuitate consiliarij mediorum.

Quod verò necessarij sint in quacunque hominum communitate gubernatores, probat Aristoteles 7. *poli. cap. 4.* ex sapientissimæ naturæ ordine: nam cum, vt perpetua obseruatione constat, ita disponat cuiuscunque viuientis indiuidua, in quacunque viuientis specie, vt in quocunque tempore, simul in ea aliqua inueniantur indiuidua primæ ætatis, alia secundæ, alia in matura, atque omnium robustissima etate, & alia iam declinantia: præsertim in specie humana, quæ est omnium perfectissima: & in horum indiuiduorum varietate, aliis ex propria natura conueniat parere, & alia ex propria natura gubernare debeant: ergo in republica, in qua sunt impudentes homines, igno- rantes, & maligni, necessarij erunt sapientes, iusti, atque prudentes gubernatores. Tum præterea quemadmodum in republica cuiuscunque corporis humani posuit natura mentem ad cohibitionem, & directionem malignarum appetitionum: sic in republica cuiuscunque ciuitatis, vel regni, necessarij sunt directores, ac gubernatores turbæ. Sunt quoque necessarij bel- latores: quoniam nulla est ciuitas, aut regnum, quod aliquando non vexetur ab externis inimicis. Et quia humana natura adeo defectuosa est, vt conseruari non possit, nisi multa externa adminicula ei adueniant, vt vestes, calciamenta, habitationes, & similia: propterea necessarij sunt in ciuitate varij artifices. Ac tandem propter necessitatem nutritionis opus fuit agricolis, qui plantarum, & animalium curam haberent.

Gubernatorum necessitas adstruitur.

nec non Bellatorum & variorum artificum.

Hæ igitur omnes ciuitatis partes, ita inter se debent esse vnitæ mediantibus suis actionibus, vt vna sine aliarum actionibus diu durare non possit. Nulla enim earum est quæ non indigeat ad sui conseruationem externis auxiliis. Quod quidem adeo verum est, vt dicat Aristoteles 7. *poli. apit. 3.* vix Deum bene se habere, & totum mundum, quibus non sunt actiones externæ, præter proprias ipsorum. Debent quoque istæ ciuitatis partes debitam inter se proportionem seruare, ne monstrosa oriatur respublica. Quemadmodum enim si in aliquo corpore humano nasus, aut pes in nimiam accresceret magnitudinem,

Ciuitatis partium vnio & necessitas adiutæ momenti.

Proportio earundem inter se.

monstruosum redderet totum corpus: sic si in ciuitate nimis accresceret pars, verbi gratia, militaris, aut altera earum, quas diximus, monstruosa esset respublica.

Hac igitur nostra disputatio debet ostendere harum dictarum partium proportionis legem, debet quoque unicuique parti assignare ea puerorum ingenia, quæ magis ex sua natura convenientia essent, & ab incunabulis eadem puerorum ingenia manuducere ad eam ciuitatis partem, ad quam maiorem habeant aptitudinem.

Pueri quibus in ludis exercendi

Nam, ut diximus ex Aristot. 7. poli. cap. 17. in iis ludis sunt exercendi pueri, qui sunt imitationes, ac veluti initia earum rerum, quæ postea seriò sunt faciendæ: quia, ut ex Platone etiam diximus, opiniones, siue apprehensiones, quæ in ea ætate accipiuntur, difficile admodum elui possunt. Vnde ipse iussit, ut is, qui ædificator, verbi gratia, futurus est, paruulas domos ab infantia ædificare incipiat, & sic de cæteris partibus ciuitatis, de gubernatoria scilicet, bellica, &c. Inquit enim omnia cuiuscunque artis principia valde esse difficilia, nisi à pueritia aggrediantur.

Gubernandi artes duæ.

Cæterum, quia manifestum videretur vitium nos tantos, tamque difficiles progressus extra nostram professionem facere, qui breuem quandam puerorum educandi rationem polliciti fuimus, in hoc libro solum docebimus, qua via ad gubernationem, quæ excellentior est pars ciuitatis, pueri sint ducendæ. Et quoniam, ut in superiori libro diximus, duæ sunt gubernandi artes, vna scilicet imperialis, suprema, & architectonica, & altera manualis, infima, atque ministra, ea scilicet, quæ per prætores, magistratus, & reliquos ministros exequitur ea omnia, quæ imperialis iubet: solum conabimur docere, per quam viam debeat ab infantia progredi is, qui optimus artifex huius excellentissimæ omnium artis esse voluerit. Quod quidem præstabitur eodem docendi stilo, quo Quintilianus sapientissimus ille vir, qui secundum aliquorum sententiam oriundus fuit à Calagurra ciuitate Hispanica, optimum oratorem ab incunabulis instituere incepit: quem quidem modum alij quoque doctissimi homines in variis artibus obseruauerunt.

Policleti statum.

Nam Policletus librum fecit, quem

canon appellauit, in quo omnium perfectissimæ imaginis perficiendæ præcepta docuit, fecitque iuxta eadem præcepta perfectissimam quandam statuam, quam etiam appellauit canon, siue regulam reliquarum statuarum. Galenum etiam depinxit temperatissimum hominem, qui esset regula per quam mensurarentur reliqui homines. Similiter etiam Cicero regulas perfectissimi oratoris in tribus adduxit libris. Eodem igitur modo, & nos præcepta, ac documenta describere conabimur, per quæ unusquisque regalis ingenij puer optimam imperandi artem à primis annis inceptam, tandem possit perfectè assequi.

Temperatissimus homo optimè à Galeno depictus, & cur.

Oratoris perfectissimi regis, ex Cicero præsentanda.

Quod quidem opus, etiam si illustrari deberet variis sacrae Scripturae autoritatibus, variis laudatorum Principum exemplis, ut colligitur ex Diuo Thoma in proæmio opusculi de regimine principis: nos tamen fugientes longitudinem, & ne ea, quæ ab aliis rectè scripta sunt repetamus, solum iuxta philosophorum, potissimè platonis, & Aristotelis dogmata docere conabimur ea, quæ necessaria sunt ad institutionem optimi Imperatoris. Hi enim duo grauissimi viri mirificè omnia, quæ ad ciuilem gubernationem attinent, scripta reliquerunt. Hoc enim opusculum, qualitercunque oriatur ex nostra mente, nos scribere solus strenuus excitat amor, quem habemus erga nostrum charissimum Herum, & Dominum Philippum Quartum maioris veteris orbis partis, & totius noui prudentissimum Regem. Nam, ut ex eodem Diuo Thoma colligitur, nihil dignius particularis quicunque subditus potest regis celsitudini offerre, quàm opus, quod accumulata contineat ad faciendum ex inculto puero optimum Imperatorem ea præcepta, quæ à variis autoribus in variis locis scripta inueniuntur. Sunt verò ista documenta eadem, quæ bene imperare ostendunt. Quod quidem donum adeo fuit aliquando Alexandro magno gratum, ut cum Aristoteles, parens iussui eiusdem Alexandri, ad eundem Alexandrum mitteret vnum librum de Rhetorica cum multis documentis ad conseruationem Imperialis Maiestatis, & ad bonam subditorum gubernationem attinentibus, præcepit Aristoteli idem Alexander, ne communem faceret eundem librum, ut ex epistola dedicata eiusdem libri constat, ne scilicet per

Operis huius subiectum.

Alexandri magni prudentia quoad oblatum sibi de regimine librum ab Aristotele.

per imperialia illa præcepta reliqui principes in recto gubernandi modo ipsum Alexandrum æquare conarentur. Nam inter Reges eiusdem tempestatis is facilius superat reliquos, qui acutiùs, & rectiùs gubernare suos, & cum exteris tractare nouit. Sed his dimissis properemus iam ad opus.

*Res potior
que sit.*

CAPVT I.

De natura, fine, & de excellentiis facultatis Imperatoria.

Quoniam impossibile videtur, sine vera cognitione finis, & naturæ artis imperatoriæ Regem posse deducere ad eiusdem artis opera: propterea in operis initio explicare oportet huius nobilissimæ artis naturam, & finem. Est igitur ista suprema ars ea, quæ per antonomasiam ciuilis, siue politica dicitur: ea scilicet, quæ imponit modum omnibus ciuibus ad honestè, beneque viuendum in communi societate, & omnes quinque dictas ciuitatis partes rectè inter se vnitas conseruat: propterea enim ciuilis dicitur: nam, vt inquit Plato in dialogo de regno, quem admodum ea ars, quæ circa vestes versatur, ab ipsa vestium effectione vestificam appellamus: sic disciplinam ciuitatis procuratricem nominamus ciuilem ab ipsa ciuitate. Est autem ista ars omnium artium suprema, quia est Regina, siue Imperatrix omnium artium, & omnium actuum ad communem societatem pertinentium. Omnibus enim talem imponit modum, vt ad honestam cunctorum ciuium vitam dirigantur. Vnde solus huius artis finis dici meretur verus finis. Nam fines reliquarum omnium artium sunt veluti mediij fines respectu finis imperialis artis: cū reliquarum fines sint propter ipsum: quare Aristoteles lib. 1. mag. mor. cap. 1. inquit: cum nulla scientia, aut ars sit mali alicuius causa, necesse est, vt omnes bonum habeant finem, & quæ est optima optimum: & quia scientia ciuilis est omnium optima, omnium optimum habet finem, &c. Huius verò rei rationem reddidit lib. 1. ethic. cap. 9. vbi probat finem ciuilis scientiæ optimum esse, quia ista facultas curat magna diligentia, bene disponere, bonos facere, & ad honestas res agendas idoneos reddere ciues. Idem

*Ars ciuiles,
siue politica,
qua sit.*

*Est omnium
suprema.*

*Quisnam illius
finis.*

quoque tenet D. Thom. 2. de regimine Principis cap. 15. dicens: Inter omnes autem artes ars viuendi, & regendi superior, & amplior est, vt tradit Tullius in Tuscul. Et paulo inferius inquit: propter quod dicitur, quod est ars artium, & regimen animarum. Est etenim eius munus cognoscere aegritudines animorum, ipsisque mederi: Nam instituere debet ciuitatem per honestos mores, & philosophiam, vt ex Arist. constat. 2. poli. cap. 3.

*Superat omnes
viuendi
& regendi ar-
tes ex D. Th.*

Idem confirmat Marfilus in argumento dialogi de regno, vbi inquit huius artis officium esse providere ea omnia, quæ cuique hominum generi necessaria fuerint, præsertim ea, quæ conducunt ad omnium vitam honestam, & iudicare, quot artes, & quales conferant ad dicendum, & agendum in pace, & in bello. Quod quidem prius docuerat Aristot. lib. 1. ethic. cap. 2. dicens: Talem autem sese offert ipsa ciuilis facultas. Hac enim, & quas scientias in ciuitatibus esse, & quales quencumque discere, & quousque oporteat, instituere soleat. Eas præterea facultates, quæ summis afficiunt honoribus, rei familiarisque facultatem, ac oratoriam artem huic subesse facultati videmus, &c.

*Artis huius
officium ex
Marfilio, &*

Aristotele.

Quibus verbis explicat Aristot. tria maxima officia manifestantia excellentiam, & maiestatem regiæ, ciuilisque artis. Ad ipsam enim dixit pertinere eligere in quacumque ciuitate, vel regno artes eas, & scientias, quæ vtilitatem, & morum correctionem afferre valent omni generi ciuium. Huius generis est iurisprudentia, ars prætoria, militaris, ars medendi, & similes. Competit quoque arti imperatoriæ à ciuitate pellere omnes eas artes, & instituta, quæ in luxu, & pernicioso otio detinent ciues, eorundemque pacem, & morum probitatem corrumpere valent. Præterea ad hanc etiam regiam artem conducit, condere leges, & statuta, quibus ciuium virtutis studium augeatur, & regni affluentia crescat, ab hostibusque protegatur, & in perpetua pace conseruetur. Ita enim componere docet omnium ciuium animos, vt singulum per particularem suum modum viuendi ad beatam vitam dirigat. Quæ quidem omnia præstat ista imperialis ars, vt inquit Plato, faciendo ex tota gubernatione veluti quandam temperantiam contrariorum animorum: reducendo scilicet eos ad quandam mediocritatem. Nam talis ars scit, & potest fortem, ac leoninum animum, ita mansuescere, vt eum iustè inter alios viuere faciat, & animum nimis mollem, ac man-

*Artis huius
excellentiam
tria maxime
manifestant.*

*Potentia huius
artis.*

fuetum excitare. Valens quoque est extra ciuitatem, vel regnum propellere eos animos, qui fortitudinis, temperantiae, aut cæterarum virtutum vim nullo modo assequi possunt, sed potius prauitate naturæ ad impietatem, petulantiam, iniustitiamque trahuntur. Tales enim animos, ut asserit Plato, iubet Imperialis ars è cœtu reliquorum ciuium eicere, exilioque, & morte, ac extremo opprobrio dammare: ignaros autem, pusillanimesque homunculos seruili ministerio subiugare. Cæteros verò animos, quorum ingenia per disciplinam ad generosum habitum euehi possunt, arteque inter se contemperari patiuntur, præcipit Imperialis ars seruare atque tueri.

Quomodo procedat in regibus ciuitatibus & regnis.

In quo loco eleganter, & accuratè docet Plato, quo modo procedat imperatoria ars in gubernandis ciuitatibus, siue regnis extot, tantaque ingeniorum varietate constantibus. Nam homines eos, qui licet vitiosam habeant dispositionem: obtinent tamen quandam animi generositatem, qua reduci possint ad honestum viuendi modum, & ad exercitium bonarum artium, extollit secundum cuiusque virtutis gradum. Eos autem homunculos, qui licet prauis non sint: sunt tamen ex propria natura abiecti, & ad generosos habitus inepti, ad seruilia munera subiicit. Reliquos vero, qui talem habent animi prauitatem, ut nullam suæ malignitatis recipiant medelam, sed semper iniusti, & impij maneant, è cœtu hominum segregat, & ab eis ciuitatem purgat, tanquam ab interna corrumpente causa. Nam quemadmodum ars medica leges constituit, quæ iubent, traduntque modum, quo procreandi sunt, & conseruandi in corpore humano viles, ac boni humores, & quo aucta bilis acrimonia retundatur, & pituitæ frigiditas compescatur, omnesque sub certa mediocritate conseruentur in venis humores, ita, ut ex illorum contrarietate, atque mixtura vtile fiat corpori constanti ex partium contrarietate, ac diuersitate, alimentum; quod si aliquis illorum ita prauus, ac insuperabilis fiat, ut benignitatem, nec à natura, nec ab arte recipere queat, iubent extra corpus eum educere, antequam reliquos, & totum corpus corrumperet: sic imperialis ars prohibet regni corruptionem ab internis causis: conseruando scilicet sanam, & mundam vnquamque ciuitatis partem in suo statu. Nam hic solus modus est, quo

Medicina & artis imperatoris legum equiparatio.

din conseruari potest, ut docuit Aristoteles lib. 2. polit. dicens: oportet enim rempublicam qua duratura sit velle, ut omnes ciuitatis partes consentiant, atque in statu suo permanent, &c.

Quæ quidem omnia maximè prædicant regis facultatis dignitatem, atque præstantiam. Nam bonum illud, quod est finis huius artis, multo perfectius bonum est, quàm bonum ethicæ, aut æconomicæ artis. Hæ enim duæ partes solum querunt aut bona honesta vnius hominis, aut paucorum: bonum verò virtutis, ad quod tendit imperatoria ars, est multis gentibus commune: & cum talem habeat naturam bonam, ut dum amplius diffunditur, maiorem acquirat perfectionem: propterea bonum, quod assequi conatur imperatoria ars, maiorem habet perfectionem. Nam tanto splendidior aliqua iudicatur lux, quanto latius extenditur, minusque tenebrosos relinquit spatium. Cum igitur ars ciuilis, siue regia, non solum attendat ad particularem felicitatem ipsius Regis, aut felicitatem domus regis, sed ad omnium subditorum felicitatem, tutelam, ac tranquillitatem, multo procul dubio excellentior est reliquis omnibus artibus.

Artis regia bonum perfectius quàm bonum ethicæ, siue æconomicæ.

Concluditur illius perfectionis splendorem superare reliquas omnes artes.

Quod maiorem tamen splendorem, maioremque dignitatem huic imperatoriæ arti præbet, est, quod nunquam immediate agat, nec opus attingat, sed potius omnibus artibus imperet, & absque aliqua corporali operatione faciat iussa capeffere. Quod eleganter docuit Plato in dialogo de regno: nam agens de discrimine, quod inuenitur inter ciuilem artem imperatoriam, & ciuilem ministram, inquit: *Constat itaque vim iudicium non esse regiam illam maiestatem, sed legum custodiam, regisque ministram, quisquis artes, quas narrauimus, cunctas considerauerit, cogitare debet, earum nullam esse ciuilem, quam querimus disciplinam. Quippe, cum regis maiestatis officium sit, non, ut ipsam quidem agat, sed, ut agere valentibus imperet, cognoscatque imperium, & vim eorum, quæ in ciuitate sunt maxima, tum quid decorum, quid opportunum sit, & quid è contra: Cæteras verò facultates iussa capeffere, & mandata transigere iubeat.* Et postea inquit, nullam reliquarum facultatum, neque sui ipsarum, neque inuicem dominantem esse: eam verò, quæ cunctis præsidet artibus, legumque, & omnium, quæ in ciuitate sunt, curam habet, omniaque contextit, merito ciuilem appel-

Vnde maiorem suum splendorem & dignitatem obtineat.

Regis & magi-
stratus dis-
crimen.

appellari, & præfidentem esse dixit. Et Aristot. in politicis, discrimen, quod posuit inter Regem, & magistratum, est, quod magistratus non possit gubernare, nisi iuxta statutas leges: Rex verò possit nouas statuere. Hæc igitur est ea nobilissima ars, quam Reges addiscere tenentur, antequam regnorum gubernacula accipiant: cuius rei necessitatem in sequenti docebimus capite.

CAPVT II.

Quod sit necessaria acquisitio cognitionis artis, siue scientiæ imperatoria ad optimi Regis institutionem, & de optima primogenitorum Persarum Regum educandi, atque instituendi ratione adducta à Platone, & quàm periculosa sit inscitia regendi.

Præceptorum
cognitio ne-
cessaria ante
cuiuslibet ar-
tis exercitiū.

Cum nulla sit rationalis ars, quæ ante eius exercitium non expostulet veram suorum præceptorum cognitionem, ut in Rhetorica, arte medica, & in iuris prudentia patet, quarum fines perfectè consequi nullus potest sine vera cognitione principiorum earundem artium: propterea necessarium quoque est, ut antequam Rex ad opera artis imperatoriae deueniat, addiscat vera principia, & regulas imperatoriae artis: cum sit etiam rationalis, siue discursoria ars. Imo tanto efficacius, ac perfectius hoc præstare debet futurus Rex, quanto maior est necessitas, ut eius imperatoria opera non errent, & quanto maius sequetur periculum ex eorum operum errore, ac quanto maior inuenitur difficultas in acquisitione finis dictæ artis. Nam, ut inquit Plato in dialogo de regno, hæc scientia ferè omnium est paratu difficillima, & maxima. ut enim asserit 2. de rep. nihil magnum est facile. Quod autem error, qui sequitur ex ignorantia huius artis sit maior, quàm ille qui sequitur ex ignorantia aliarum, ex eiusdem bonitate patet. Quemadmodum enim ex eius recta administratione amplior sequitur bonitas, quàm ex bona administratione aliarum artium, quia illius utilitas est,

Error ex i-
gnorantia
huius artis
quantus.

quamplurimos ducere homines ad beatam vitam: sic noxa, quæ ex mala illius administratione sequitur, est maximè grandis, quia plurimos errare facit.

Quod autem necessaria sit futuro Regi eruditio facta per peritos magistros artis imperatoriae, patet in primis, quia ista ars, quemadmodum, & reliquæ, est habitus intellectus: nam in eo distinguuntur habitus morales ab habitibus intellectuales, quod hi magis, & prius per doctrinam, quàm per exercitium gignantur: illi verò contra, ut diximus in superiori lib. I. illorum enim productio fit ab actionibus plurimis, & similibus. Vnde quemadmodum difficile, fereque impossibile est, ut quis arte mederi morbis possit sine medicinali scientia: sic quoque difficile, fereque impossibile est, ut quis arte gubernare ciuitatem, aut monarchiam possit, eiusdemque tutelam procurare, sine suprema scientia ciuili. Nam ij, qui opera cuiuscunque rationalis artis sine arte aggrediuntur, vel turpiter errare, vel eadem fortuito bene facere est necesse. Quod quidem vtrumque indecens, & contra diuinam legem, est medicis, & aliis particularibus artificibus: necdum imperatoribus. Vnde Plato in lib. I. Alc. turpissimam inscitiam esse affirmat, ut prius quis ad ciuilia se conferat, quàm sit gubernandi peritus: quia admodum grandia mala ex imperatoris ignorantia sequuntur. Nam si, ut inquit, magnum esse malum iudicamus, quod propter ignorantiam medici vnus, aut alter homo moriatur, aut si propter ignorantiam magistri vna, aut altera submergatur nauis: multo magis ingens erit malum, si propter ignorantiam artis imperatoriae omnes subditi licentiosa, aut nimis seruili viuant vita, sicque regna dissoluantur. In vniuersum debet Rex peritissimus esse omnium rerum attinentium ad bonam gubernationem, suique regni conseruationem, & augmentum, aut certè maximam oportet habere curam, quo celerius addiscat, ne quando imperare voluerit subditis, necesse sit, quo modo id faciendum sit, quærere. Sed ante omnia nūquam debet Rex putare se scire, quod ignorat, sed auide semper quærere debet id, quod ignorat. Nam, ut inquit Plato in ciuili, multæ ciuitates, nantium instar, submersæ perierunt, pereunt, atque peribunt, ob gubernatorum, nauarumque improbitatem, qui in rebus maximis extrema quadam ignorantia detinentur: quoniam, cum

Artis imperatoria eruditio quam necessaria sit futuro Regi.

Habitū moralium & intellectuales distinctione.

Quid scire in vniuersū tenetur Imperator.

rerum

88 Tr. V. de opt. Regis institut.

Ignorantia
supremi re-
gentis quam
perniciosa.

rerum civilium prorsus ignari sint: in iis ta-
men plurimum sapere videntur, &c. Quibus
verbis iste prudentissimus, peritissimus-
que autor, & maximè expertus medicus
causarum eorum morborum, qui regnis
euenire solent, iudicat, potissimam cau-
sam interitus alicuius monarchiæ esse
ignorantiam supremi regentis circa gu-
bernandi artem: præsertim, si ea cum su-
perbia, ac sciendi falsa apprehensione
coniungatur. Talis enim Imperator, pro-
pter superbiam, nullum à sapientibus, at-
que prudentibus, accipiet consilium, &
propter ignorantiam per omnia errabit.
Nam ei continget, quod sophisticis, igno-
rantibusque medicis accidere dixit Gale-
nus, infœlices scilicet ægotantium mor-
tes. Vnde propter ignorantiam talium
Imperatorum Plato, multa periisse, peri-
re, & peritura esse regna prædixit.

A Regibus
quinam se-
gregandi ho-
mines.

Propter quam causam merito iussit idē
Plato maxima diligentia, segregandos à
regibus esse eos homines, qui civilem, gu-
bernandique peritiam vendunt, seque
ipsam scire plurimis persuadent, cum ab
ipsa procul admodum sint. Horum enim
hominum diutina conuersatio sapientem
Regem errare faciet: necdum ignorantē.
Nam tales homines sophismatum quo-
dam veneno, quadam apparente peritia
inuoluto, atque cooperto committere
facient mortalia, inemendabiliaque er-
rata aduersus miserrimam monarchiam.
Vnde prudentissime Plato dixit, deterio-
rem esse ad gubernationem cum Regem,
aut alium quemcumque gubernatorem,
qui imperfectam quandam habet guber-
nandi peritiam, quàm eum, qui prorsus se
ignorare artem scit. Quod probat verum
esse in dialogo de voto, quia ij, qui se igno-
rare aliquam artem fatentur, rarò aggre-
diuntur sine alieno peritorumque consi-
lio illius artis opera, & ideo rarissimè, aut
nunquam in eis errant: qui verò eam ar-
tem, se scire existimant, eum ipsam igno-
rent, & ideo audacter, & sine prudentium,
maximeque expertorum consilio, & sæ-
pius ipsa aggrediuntur opera, errant in-
fœliciter.

Poëta cuius-
dam dictum
aduersus ma-
le paritum.

In huius veritatis confirmationem af-
fert Plato quoddam poëtæ dictum ad-
uersus quendam hominem, quem vitupe-
rare volebat, quia se omnia scire prædica-
bat: inquit igitur poëta; multa quidem no-
uerat, sed male nouerat omnia. Idem quoque
confirmat Plato 7. de leg. dicens: non enim
grauē admodum quiddam est, & durum, nec

summum malum rerum omnium imperitia, sed
multo perniciosius est male comparata multa-
rum rerum peritia, atque notitia, &c. Et ideo
in dialogo de temperantia dixit, nimium, &
ingens bonum esse hominibus, si nostrum
singuli, qui cognoscunt, quibus egue-
rint, & quæ ignorant, scientibus homini-
bus dimiserint. Et in quamplurimis aliis
locis affirmat idem Plato vnumquemque
hominum solum esse bonum ad id, ad
quod est verè sapiens: ad reliqua verò
omnia malum. Propter quod monet cum
Solone in dialogo de sapientia, tandiu esse
addiscendum, quandiu viuitur, neque spe-
randam esse mentem, siue prudentiam,
ac sapientiam, à senectute, hoc est à solo
numero annorum, sed potius ab studio, &
experimento cū sapientissimis atque pru-
dētissimis magistris, & minimè à sophistis.
Nā, quia dicta errata ob falsā sophistarū,
siue fallentiū hominum doctrinā euenire
solent, dixit in dialogo de virtute, sophistas,
siue fallentes, adulatoresque homines, ef-
se pestem reipublicæ. Quod quidem in
nulla alia scientia potest amplius verifica-
ri, quam in arte Regia, de qua agimus.
Huius enim peccata quam plurimos pec-
care faciunt. Vnde fœlicitatis genus vi-
detur fuisse, si humano generi accideret,
quod apibus, earumque examinibus con-
tingit. Harum enim Rex, asserit Plato in
civili, vnus cum sit cæteros antecellit, tam
corporis, quàm animi habitu. Nam, ut
inquit Seneca lib. 1. de clemētia, Natura com-
menta est Regem, quod ex aliis animalibus li-
cet colligere, & ex apibus, quarum Regi am-
plissimum cubile est, medioque, ac tutissimo
loco, onere vacat, & exactor est alienorum ope-
rum, & amisso Rege totum dilabitur examen,
nec vnquam plus vnum patiuntur, meliorem-
que ad pugnam querunt. Præterea insignis for-
ma Regi est, dissimilisque cæteris, tum magni-
tudine, tum nitore, &c.

Discere tan-
diū oportet,
quandiu vi-
uitur.

Reipublica
pestes.

Regis Apum
excellētia.

Cum igitur non placuerit supremo
omniū Gubernatori hominum examini-
bus, siue monarchiis dare naturaliter do-
ctum Regem, ut apibus: sed satis esse vo-
luerit futuro Regi nudam mentem exhi-
bere, ut reliquis omnibus hominibus: ne-
cessarium est ad fœlicem cuiuscunque
monarchiæ statum, quod optima doctri-
na, & experimentis is, qui futurus Rex
est, incipiat statim à pueritia imperato-
riam addiscere artem, non aliter, a que
aliis omnibus contingit artificibus. Quod
quidem necessarium esse, docuisse videtur
Plato in dialogo de regno, siue civili dicens:
neceffe

Ars impera-
toria futuro
Regi addis-
cenda est à
pueritia.

Regi suo Im-
peratori non
sufficit vnus
magister.

neceſſe ergo eſt, vt videtur, cœtu conſultantium
facto, inſtituta conſcribere, veſtigiaque veriſ-
ſima rei publicæ illius percurrere, &c. Quali
dicat Plato: cum ignarus naſcatur homi-
num Rex, vt reliqui omnes homines,
neceſſe eſt; vt à prudentiſſimis, doctiſſi-
miſque ſenibus in arte gubernandi, do-
ceatur, eique aperiantur inſtituta, ve-
ſtigia, ſiue leges bene inſtitutæ reipu-
blicæ. Vbi non ſatis eſſe cenſuit ad fa-
ciendum vnum Imperatorem, vnum ſo-
lum magiſtrum, ſed neceſſarium eſſe
dixit, facere cœtum bene conſultan-
tium, id eſt prudentium coniunctionem:
qui ſcilicet rectè ſciant bene gubernan-
di leges, & inſtituta. Quod quidem
facere ſtrenta diligentia neceſſitas vr-
gentiſſima rei coegit antiquiſſimos ho-
mines. Nam Ægyptiorum Reges diu
docebantur à ſacerdotibus, quibus da-
tum erat gubernatoriæ artem ſcire:
ſic etiam ſplendorum Regum Perſiæ
vnigeniti filij ſtatim ab incunabulis tra-
debantur iis ſenibus, qui inter omnes,
qui inueniebantur in regno, iuſtiſſimi,
ſapientiſſimi, & prudentiſſimi eſſent,
vt inſtituerentur, ac docerentur ab eis,
vt colligitur ex Platone 1. *Alci.* ſiue de
natura hominis, dicente: poſtquam ve-
rò natus eſt primogenitus, qui ſuccedit in
regno, primò quidem cum diem omnes,
qui ſub regno ſunt, celebrant, atque ita in-
poſterum quotannis natalem Regis diem ſa-
cris, ac feſtis omnis *Aſia* colit. Deinceps
nutritur puer, non à muliere nutrice parum
honeſta, verum ab eunuchis, qui reliquo-
rum circa Regem primi videantur, quibus,
& alia, quæ ſpectant ad curam pueri de-
mandantur, ac præcipuè, vt natum quam
pulcherrimum reddant, componentes mem-
bra eius, atque dirigentes. Atque hoc fa-
cientes magno in honore habentur. Cum au-
tem pueri ſeptimum ætatis annum impleue-
runt, ad equeſtris artis magiſtros proficiſ-
cuntur, deinde in venationem tendunt. An-
no verò quartodecimo puerum ſuſcipiunt
hi, quos regioſ pedagogos appellant. Sunt
hi proſectò ex omnibus Perſis ea ætate electi,
præcipuè, quatuor, ſapientiſſimus, iuſtiſſi-
mus, temperatiſſimus, atque fortiſſimus ali-
quis vir. Quorum primus magicam Zoroaſtri
Oromantis filij docet: eſt autem illa deorum
cultus, atque idem tradit inſtituta regia. Se-
cundus admonet, vt omni vita ſit verax. Ter-
tius ne vlla cupiditate ſuperetur, vt liber vi-
uere conſueſcat, ac reuera Rex, imperans iis
ante omnia, quæ in ipſo ſunt, nec ulli ſeruiens.

Ægyptiorum
Regum eru-
ditio fiebat
per ſacerdo-
tes
Primogeniti
Regum Per-
ſiæ filij qui-
bus tradebā-
tur inſtituē-
di.

Quartus denique impavidum illum, atque in-
trepidum reddat, ne quando quippiam metuens
ſeruus fiat. &c.

Hæc igitur in ſumma ſunt, quæ de edu-
candi ratione primogenitorum Regum
Perſarum, tanquam vtiliſſima affert ſa-
pientiſſimus Plato. Quæ quidem educan-
di ratio adeo vtilis eſt ad optimum Re-
gem efficiendum, vt nobis viſum ſit ip-
ſam, tanquam verum optimi Regis edu-
candi exemplar, minutim explicare.

CAPVT III.

*De vtili modo, quo Perſarum
Reges primogenitos alebant vſ-
que ad decimumquartum an-
num; & de vtilitate, ac neceſſi-
tate venationis, & equitationis
ad dignitatem regiam compa-
randam; & quòd mollis eorum
educatio ſoleat corrumpere mo-
narchiam, vt contigit filiis
Regis Cyri.*

QVod autem educandi ratio, qua vte-
bantur Reges Perſarum in inſtituē-
dis ſuis primogenitis, ſit vtiliſſima ad con-
ſtitutionem optimi Imperatoris, cōſtat ex
eo, quod in dicto Alcibiade probare in-
tendit Plato. Eius enim potiſſima inten-
tio in eo dialogo fuit, convincere Alcibi-
adem pulcherrimum, maximè diuitem, ge-
nerolum, & ſuperbum adoleſcentem, im-
poſſibile eſſe aliquem hominem bene al-
ios gubernare poſſe, ſine vera cognitio-
ne & exercitatione, non ſolum eius ar-
tis, quæ docet vnumquemque ſe bene
gubernare, ſed etiam eius quæ demon-
ſtrat alios homines perfectè viuere. Ipſe
enim Alcibiades ſuperbus, & omni gene-
ri vitiorū deditus, omninoque ignarus ar-
tis imperatoriæ volebat ſuſcipere ciuitatis
gubernationē, ex cuius hominis audacia
certam prædicebat Plato eiſdē ciuitatis
ruinam, vt accidit, vt poſtea dicemus. Pro-
bat verò Plato Regem nō ſolum indigere
propria bonitate, ſed vt mediante illa ſua
bonitate ſuos ſubditos bonos facere ſciat
per veram cognitionem diuini artificio,
quo homo cōpoſitus eſt à Deo ex anima,

Alcibiades
convincitur
incapax alie-
ni regimi-
nis.

Rex propria
bonitate in-
diget, vt bo-
nos ſuos ſub-
ditos faciat.

& corpore. Nam qui rectè cognouerit, ideo esse miram, ac perfectissimam corporis, & animæ compositionem, mirumque esse modum, quo internæ illius compositi potentia inter se gubernantur, quia scilicet totum illud factum est à Deo, in quo, tanquam in origine est summa bonitas, pulchritudo, iustitia, & gubernandi sapientia: cognoscet quoque nullum Regem creatum posse bene gubernare suos subditos, nisi alicuius diuinæ bonitatis, & gubernandi sapientiæ particeps fuerit. Ad docendum autem modum, quo creatus Rex debet fieri particeps dictæ bonitatis, & gubernandi peritiæ, proposuit Plato viam, qua Persarum Reges educabant primogenitos statim à prima pueritia. Nam cum ista omnia insita non sint ab ipsa natura humanis ingeniis, & rarissime diuinitus eadem ipsis infundantur, necessarium est, eadem per eruditionem acquirere, eo modo, quo faciebant Persarum Reges, & nostri Catholici Reges secundum legem Christi facere conantur.

Persarum Reges qua ratione in erudiendis primogenitis suis procedebant.

In primis igitur erat apud Persas lege, & antiqua consuetudine stabilitum, ut propter partum noui Regis, nouique parentis tota Asia ingentes gratias diis redderet, magnaue afficeretur lætitia: quod quidem quotannis in memoriam reuocare præcipiebant: Deinde natum ad Regiam maiestatem modis omnibus ducebant. Nam cum, ut superius dictum fuit, tantam vim habeant alimenta ad animi, & corporis bonam formationem, nutricem eligebant Reges illi ad recens natum alendum multum honorificam: bonorum scilicet morum, & indolis. Deinde commendabant puerum, non affectatis, inconstantibus, atque impudentibus mulierculis, sed melioribus, atque doctioribus, & prudentioribus eunuchis eorum, qui circa Regem aderant, ut pueri custodiæ, nitoris, & membrorum optimæ formationis curam haberent. Conabantur enim isti, ita suauiter, atque peritè, nati membra inuolucris dirigere, & formare, ut quàm pulcherrimum ipsum redderent. Diximus enim superius, quantorum bonorum sit indicium, & causa decens corporis pulchritudo, exteriorum scilicet membrorum congruens proportio, quantumque conferat Principibus ad alliciendos in suum amorem particulares omnes homines pulchritudo corporis, & animæ. Quanti verò existimabatur munus illorum eunuchorum,

Penes omnes eunuchos summa institutio: usque ad 7. annum & quanti habebatur eorum munus.

constat ex magnitudine honorum, quibus à Regibus pro eo afficiebantur. Detinebantur autem pueri sub istis eunuchis usque ad septimum annum. Vnde constat eosdem eunuchos fuisse quoque primos bene loquendi beneque scribendi magistros, & puerilium ludorum, & motuum reformatores, & vltimorum dentium ductores. Quibus peractis iidem eunuchi puerum pedotribis tradebant. Nam post septimum annum mutabatur puer ad magistros exercitationum: præsertim ad ea exercitia, quæ magis Regibus competere videntur: ad equitationem scilicet, & venationem. Licet enim quodcunque exercitij genus commodè administratum necessarium pueris sit, ne eorum corpora effeminata, nimisque mollia, sed conuenienti duritie prædita accrescant: venatio tamen, & equitatio videntur esse exercitationes, quæ proprius conueniunt iis pueris, qui Reges futuri sunt. Præter dicta enim commoda, magis disponunt corpus, & animam ad munera Regia, quàm reliquæ exercitationes. Nam, ut asserit D. Tho. 2. de Reg. Prin. valent ad corporis robur acquirendum, & conseruandam sanitatem, & cordis vigorandam virtutem. Vnde Vgo. 1. de sanitate tuen. inquit: si quod enim exercitij genus ad Regem, aut Principes, nobilesque pertinet, præcipue certè est equitatio. Quæ quidem in pace iocunda est, in bello autem, non utilis modò, verum etiam perquàm necessaria. Vnde Iulius Cæsar adhuc puer, ita se composuit, atque corpore adeo agili extitit, ut flexis post tergum manibus equum motum saltibus ipse cõcitaret, habenis regeret, in exiguum orbem flecteret, & in præcipiti cursu detineret. Veteres etiam maximè extulerunt miram industriam Alexandri magni in tractandis equis. Is enim equum bucephalum dictum à toruo aspectu, mirandæque ferocitatis, propter quàm à nullo tractari poterat, blandè per iubam apprehensum securus ascendit, habenisque ita subiecit, & domuit, ut Regi eum ascendere volenti genua submitteret, & illum sponte dorso acciperet. Quod cū Philippus pater admiraretur, desilientis ex equo caput osculatus fuit, dixitque: Aliud iam impar regnū quære: Macedonia enim te nō capit.

Post 7. annū Eunuchi tradebant puerum pedotribis.

Equitatio & venatio, Regia exercitationes.

Quàm utiles corpori & animæ.

Iulij Cæsaris compositio & agilitas in equitando.

Alexandri magni industria in tractandis equis: & illius equi Bucephali historia.

Venatio etiam ex eo exercitationum genere est, quæ corpus exercentes, animū oblectant. Quod quidem genus exercitationum vtilissimū esse ab omnibus cõsetur. Vnde sapientes, & humanæ naturæ probè

Venatio quæ exercitatio & quàm utilis.

probe periti iudicandi sunt ij, qui venationes, & alias animalium capturas primi omnium inuenerunt. In venatione igitur multa inueniuntur, quæ Imperatores, ac Reges incitare, & docere valent. Vnde cū aliquid otij à summis negotiis nactus erat Alexander Magnus, (vt noster magnus quartus Philippus Rex Hispaniarū facit) venationis studio sūmopere detinebatur: quam quidem venationē in tygres, apros, vrsos, leonesque libētius exercebat. Ei nāque colluctatio aliquando fuit aduersus maximum, ferocissimūque leonem, quem post magnam, difficilemque pugnam summis viribus tandem strauit. Quapropter ad fortissimos bellatores efficiendos vtilissima est venatio. Vnde Xenophontem dixisse fertur inutilem esse militem, qui prius non fuerit in venandis animalibus exercitatus. Hæc enim est causa cur venatio semper fuerit clarissimis Principibus gratissima exercitatio. Nam certissimam fortitudinis, & belli repræsentat speciem venatio. In ea enim inuenitur dux, milites, hostes, exploratores, insidiæ, conatus, vigilantia, astutia, cornua, fuga, signum prædæ, eius captio, & ex captione lætitia. Vnde venatio debet haberi, veluti quædam palæstra, à Regibus & Imperatoribus. Ex quibus constat, non solum optimam, sed necessariam fuisse Regum Persarum consuetudinem dandi suis filiis singulares magistros ad duo dicta exercitationum genera. Nam Aristoteles 3. polit. cap. 3. monuit Regum, Imperatorumque filios erudiri debere ad equestrem, bellicamque disciplinam. Et Plato 3. de leg. dixit aliquos Reges amisisse sua regna, infelicitateque periisse, quia eorum educatio ab istis exercitiis non inceperit, sed ab effæminata, molli, & licentiosa inter mulieres, & eunuchos vita. Vnde merito reprehendit Cyrum Regem: nam, quamuis dixerit eum fuisse bonum ducem, strenuumque bellatorem, tum etiam, & ciuilis artis amicum: asserit tamen eundem Cyrum ignorasse rectam eiusdem artis disciplinam, & nunquam animum applicuisse ad rei familiaris debitam administrationem. Cum enim à iuuetute per totam vitam militia occupatus fuisset, non curauit de bona educatione duorum filiorum, quos habuit, sed solis mulieribus, & eunuchis eos educandos tradidit. Quæ quidem mulieres, ita molli-ter, ac liberè eos educarunt, vt solum cu-

rarent, quod nihil eis deesset ad lasciuam vitam, & quod nihil eisdem aduersaretur, sed potius omnes cogerent laudare, quidquid pueri dicerent, aut facerent. Vnde inquit Plato, tales euasisse, quales fieri cōueniebat eos, qui in summa rerū licentia nutriti fuerant. Cū igitur mortuo Cyro rerū potiti fuerint, vt pote, qui deliciarū impudentiis, & licētiis pleni essent, in primis alter illorū equalitatem non ferens, alterum interfecit: deinde verò ipse ignorantia, ebrietateque furens, principatum perdidit.

Quod quidem exemplum satis sufficiens est, ad probandum, quam sit periculosum, committere mulieribus, aut ignorantibus hominibus secundam istā, de qua agimus, filiorum Regum educationem; nam cum in ea acquiratur potissimum fundamentum roboris corporis, & animæ, & in eætate pueri ad delectabilia naturaliter ferantur, potissimè Reges, ac Principes, committendi sunt, non nisi valentissimis, ac prudentissimis hominibus, qui autoritate, & prudentissimo quodam modo cohibere à malo, & ad honestas, ac conuenientes exercitationes pueros regios dirigere valeant. Mulierum enim, & ignorantium hominum cura in educandis filiis Regum, solum dirigitur ad inuentionem vtilis modi, quo pueros placidos, ac gratos habeant, vt ipsis mediantibus ingentem prædā à parentibus accipere quotidie queant: in cuius rei gratiam puero-rum dicta, & facta, tanquam salis plena, & iocosa eisdem referunt parentibus.

Quibus omnibus maximum læsæ maiestatis crimen committunt: nam eos, quos ad pacificam subditorum gubernationē, & tutelam educare debebāt, omnino perdunt, & ad contrarium munus faciendum cogunt. Quoniam, vt historiæ narrāt, rarissimi eorum Regum, qui licentiosa, molli, superba, iracunda, & arrogante vita fuerunt educati, miserrima, atque infelice sorte gubernarunt: contra vero ij, qui statim à pueritia in dictis exercitiis, & reliquis vitæ studiis, quæ postea dicemus, alti fuerunt maiori ex parte sua imperia in pace sustinuerunt: imò non solum sua regna à furore inimicorum custodierunt, sed magna incrementa eisdem addiderunt, vt testes sunt nostri Hispaniarum Reges, qualis fuit Catholicus Ferdinandus, & eius nepos omnium Imperatorum dignissimum exemplar, Carolus Quintus, qui omnes Reges sui temporis

Filij Regum non tradendi mulieribus aut hominibus ignorantibus.

Educationis male quantā incommoda.

Quanta bona commoda.

Alexander magnus robustus venator.

Venatio maximè conducit ad efficiendos maximos bellatores, & quàm multa ad id in ea repariuntur.

Bellica & equestria disciplina decet maximè filios Regum.

Cyrus reprehenditur à Platone, quod duorum filiorum bonam educationem neglexerit.

Alexander
magnus om-
nium Regum
regula.

Miridis his-
toria de filij
Sesostrenis
oratione qui
maiora pre-
stitit quam
Alexander.

sub pedibus habuit, seruosque aliquos il-
lorum fecit, ad miserrimamque captiuita-
tem reduxit. Sit quoque huius nostræ ve-
ritatis argumentum magnus Alexander,
qui, ut diximus, in dictis exercitiis, & simul
sub Aristotelica disciplina fuit educatus,
propter quod tanta, tamque mira fecit,
ut omnium regū regula factus sit. Fuit e-
tiam ante Alexandrum quidam Rex, qui
propter conuenientem, ac laboriosam e-
ducationem multo maiora, quam Ale-
xander fecit. Miridis enim Ægyptiorum
Rex filium Sesostrem nominatum ha-
buit, cuius educationem eum egregium
Regem fecisse affirmat Diodorus Siculus
lib. 2. Nam eius pater fecit ad se adduce-
re omnes pueros, qui nati fuerunt in ea-
dem die, in qua primogenitus regius or-
tus fuit: quos omnes simul cum filio ea-
dem doctrina, & eisdem corporalibus
exercitiis, atque laboribus conuenienti-
bus ad fortitudinis acquisitionem & ad
illorum tolerantiam educauit. Qua qui-
dem educatione filium fecit magnum
Regem, & reliquos omnes fidelissimos,
atque valentissimos Duces: interim enim
idem pater, tanquam pædagogus filij,
eundem assuefaciebat ad exercitium
omnium regaliū negotiorum. Prop-
ter quæ omnia post patris obitum nouus
ipse Rex auxilio, & industria connutrito-
rum Ducum magnis splendoribus suum
regnum illustrauit, & ingentissimis diui-
tiis bello captis ipsum ditauit. Nam, ut
inquit autor, non solum expugnauit eas pro-
uincias, quæ ab Alexandro magno post mo-
dum fuerunt subactæ, sed, & gentes quasdam,
ad quas nunquam Alexander accessit. Quæ
quidem dicta sufficiunt ad exhortandos,
& alliciendos eos Reges, & Regum
magistros, atque pædagogos, qui ex igno-
rantibus pueris optimos Reges facere
voluerint, in dictis exercitiis, atque do-
ctrinis detinendos esse vsque ad princi-
pium pubertatis, ut faciebant Persa-
rum Reges: postea verò mutari debent
ad alia maturioris ingenij regia opera,
ut illi quoque faciebant, de qui-

agemus.

CAPVT IV.

*Quod non solum optima, sed sim-
pliciter necessaria sit ad educa-
tionem, & constitutionem opti-
morum Regum consuetudo Re-
gum Persarum in electione
prudentum, & sapientium pæ-
dagogorum, ut colligitur ex
tanta bonitate, qua indigent
Imperatores.*

Cum prima, & secunda pars pueritiæ,
quæ extenditur vsque ad decimum
quartum annum, sit incapax seriorum
negotiorum, quæ indigent certa cognitio-
ne rerum singularium, & prudentia, Re-
ges Persarum solum detinebant suos vni-
genitos toto eo tempore in iis exercitiis,
quæ sunt, veluti initia, ac inchoamenta
earum rerum, quas postea seriò tracta-
re debent Reges, ut ex Aristotele supe-
rius dicebamus: transacto verò decimo
quarto anno pueros tradebant quatuor
hominibus, quos per antonomasiam ap-
pellabant Regios pædagogos. Quos qui-
dem non fortuito, non casu, atque in-
trepidè, nec propter solam deprecationem
eorum, qui ita circum Regem per-
petuo assistunt, ut nullum alium hominē
singulariter ipsum Regem loqui sināt: sed
potius maximo, ac publico facto in toto
regno examine ipsos eligebāt: ita, ut vnus-
quisque illorū in suo munere esset omniū
Persarum sapientissimus, prudentissimus,
iustissimus, fortissimus, & tēperatissimus,
ut non solum doctrina, sed etiā exemplo,
atque continua loquutione, & omni gene-
re virtutum, earumque scientiarum, quæ
ad Regiam gubernationem magis condu-
cunt, animam pueri informarent. In su-
periori enim lib. docuimus, non solum
partem, sed totum conferre ad bonam
puerorum educationem eorum, pruden-
tiam, bonitatem, & bona exempla, à qui-
bus docentur, & cum quibus plerumque
tractant. Quod quidem tanto magis est
necessarium, quantò pueri fuerint magis
generosi, ac diuites. Nam, cum, ut inquit
Arist. in Rhetoricis, generositas, atque no-
bilitas sit ea suorum maiorum claritas,
à qua

Educatio pri-
mogenitorū
apud Reges
Persarū post
14 annum.

Pædagogi
Regij qua-
tuor apud
Persas, qua-
les.

Generositas
& nobilitas
quid.

à qua superantur reliqui homines, aptissima est, præsertim in imprudentibus, ad ambitionem, & ad reliquorum contemptum: sic quoque, cum diuitiæ sint, vt idem asserit, veluti pretium aliorum: hinc est, quod diuites cuncta suis diuitiis emere posse existiment. Vnde quoque nascitur arrogantia, atque superbia. His etiam accedit id, quod dixit Aristoteles *lib. 5. polit. cap. 9.* de eorum hominum qui gubernant, filiis: quod scilicet ij deliciis magis intendant, quam filij tenuiorum: nam hos gymnasiis, & laboribus exerceri dixit. Quæ quidem omnia ostendunt, tanto magis difficilem esse educationem filiorum Regum, quam subditorum, quanto illi nobiliores, magisque diuites subditi sint, & ex consequenti multo magis necessariam esse in eorum magistris, & pedagogis prudentiam, & bonitatem. Continua enim conseruatio maturorum, prudentiumque hominum maximum est remedium aduersus furiosos omnes adolescentium affectus, vt dictum sæpius à nobis est. Puerorum enim loras sola senectus valet comprimere, quemadmodum iuuentus easdem laxare amat, in præcipitiumque cadere pueros facit. Vnde tanto magis ab imprudentibus hominibus, vitiorumque ministris separandi sunt filij Regum, quanto profundius est præcipitium, in quo propter ignorantiam, & mala exempla cadunt, quam sit id, in quod reliqui homines cadere possunt. Propter hanc igitur causam sapientissimi illi Persarum Reges inter omnes subditos eligebant meliores, prudentiores, sapientiores, &c. reliquis omnibus neglectis, ad educationem suorum filiorum. Sciebant etenim strenua bonitate indigere Reges ad eiusque acquisitionem multa auxilia necessaria esse, bona scilicet exempla, & bonam doctrinam. Vnde non est facile optimum facere Regem. Quapropter Plato *in civili* difficulter, inquit, inueniri posse hominem tanto, talique imperio dignum, qui scilicet possit, & velit virtute, & scientia imperans, sanctè, & iustè suum cuique tribuere, pacem conseruare, & ab hostibus protegere regnum: imo timor est, vt inquit, ne forte vir vnus licentiam pactus quemlibet pro sua libidine læderet, opprimeret, & necaret.

In quo loco maximè extollit, quanta sit difficultas in formandis optimis Regibus propter humanæ naturæ promptitudinem cum potentia coniunctam ad libi-

dinosam, ac licentiosam vitam. Nam non solum malè gubernaturum eum Regem iudicat, qui cum naturæ malignitate, & artis gubernandi ignorantia imperare incipit: sed maximè timet, vt is, qui cum omnibus necessariis requisitis bene gubernare cepit, ita diu perseueret. Nam licentia accepta, nouaque dignitate, atque tumiditate solent frequenter homines, etiam si sapientes sint, degenerare. Hæc enim erat causa, vt superius diximus, ob quam merito Aristoteles laudat sententiam Biantis, qui erat vnus ex septem Græcorum sapientibus: hic enim dicebat cuiuscunque imperij nouam receptionem verum esse examinatorem, atque exploratorem naturæ cuiuscunque hominis. Facilis enim natura, & prompta ad malum, nisi diu fuerit habituata, facile labitur libertate, & licentia acquisita. Huius veritatis notissimum est Neronis exemplum, qui edoctus à Seneca, ita sapienter, iustè, & prudenter incepit gubernare, vt idem Seneca laudans eius imperandi modum *lib. 1. de clementia* dicat: *Nemo vnus homo, vni homini, tam carus vnquam fuit, quam tu populo Romano, magnum, longumque eius bonum. Sed ingens tibi onus imposuisti. Nemo iam Diuum Augustum, nec Tiberij Caesaris prima tempora loquitur: nemo quod te imitari velit, exemplar extra te querit, &c.* Quo in loco exagitat, ac incitat Neronem, vt pergeret per viam virtutis, & gloriæ, per quam inceperat gubernare, licet arduam esse dicat, propter nimiam eius bonitatem, & propter maximam spem, quam conceperat populus de tam felice gubernationis principio. Talis enim erat, vt in obliuionem tradere fecerit Augusti, & Tiberij Caesaris gubernandi bonitatem. Quæ quidem omnia citra omnem adulationem dicebat Seneca. Nam *2. lib. de clementia* cum ipso Nerone loquens, inquit: *nō vt blandiar auribus tuis: nec enim mihi hic mos est. Maluerim veris offendere, quam placere adulando, &c.* Quod etiam verum fuisse constat ex Traiano Imperatore, qui identidem iterare solebat: *omnes bonos Principes procul abesse à primo quinquennio Neronis.*

At postea, vt inquit Muretus, vel deprauata, vel detecta natura, & foras erumpente sauitia, ita se gessit, vt nomen Neronis, non iam hominis, sed crudelitatis, ac feritatis nomen esse videatur. Vnde merito timet Plato aptam inuenire personam ad artem imperatoriam. Nam bonitas

Educatio
filiorum re-
gum quam
tenuiorum
difficilior.

Biantis di-
ctum de no-
ua imperij
receptione.

Nero quam
sapienter
instructus à
Seneca.

Persarum
reges quosque
ex subditis
ad instruendos
suos filios
eligebant.

Traiani di-
ctum de bono
Principe.

Neronis de-
prauata na-
tura.

Difficultas
in formandis
optimis regi-
bus quanta.

Imperatoris
boni as est
veluti perfe-
cta vita bo-
nitas.

Gubernator
sapiens &
bonus, ex
Platone.

Gubernato-
ris perfecti
conditiones.

Regis pote-
stas ad quid
pertinet.

Imperatoris est, quemadmodum bonitas perfectæ vitæ, quæ non consistit in bonis iniitiis, nisi quod semper per multiplicationem bonorum actuum, in melius accrescat. Quod quidem facere nemo potest, nisi profundas suæ bonitatis mittat radices, bonosque semper secum habeat coadiutores. Vnde Plato in eodem loco sapientem, & bonum gubernatorem eum esse asserit, qui semper, id est per totum tempus suæ gubernationis, gubernat æqualiter, respiciens semper ad salutem subditorum, ut magister navis ad salutem, & securitatem nautarum. Semper enim talem artem debent seruare Principes in directione ciuium, ut nunquam delinquant. Ad quod quidem opus rectè consequendum multa sunt necessaria, bonitas scilicet naturæ, virtus, & ars à teneris annis benè radicata, & bonorum ministrorum perpetua coadiuuatio. Plato verò in ciuili, siue de regno inquit: *ac summam, quidquid prudentes principes agant, nunquam delinquant, quandiu unum hoc potissimè seruant, ut mente scilicet, & arte, quod iustissimum est, ciuibus inducentes tueri eos valeant, & meliores ex deterioribus, quoad fieri possit, efficere, &c.* Vnde Arist. 3. polit. cap. 9. merito dixit, solum talem hominem, qualem depinxit Plato debere esse perpetuū Regem. Nam soli ei homini, qui tales habuerit conditiones parere sua sponte omnes ciues affirmat. Quod si voluerint ciues talem virum aliorum imperfectorum hominum gubernationi subiicere, perinde facere tales ciues inquit, ac si Iouem gubernare velint diuidentes eius potestates. Vbi ita absurdum esse affirmat tollere regnandi potentiam à prudentissimo, iustissimo, & sapientissimo viro, ac diuidere velle Iouis gubernandi potentiam, & ex consequenti docet, quanta cura, & sedulitate, docendi sint filij Regum. Idem confirmat in eodem lib. cap. 12. dicens: *quando igitur, aut totum genus, aut inter alios unum aliquem, ita virtute excellere contingat, ut unus ipsius virtus maior sit aliorum omnium virtute, tunc iustum est, hoc esse regium genus, & omnibus dominari, & hunc unum esse Regem.* Et lib. 5. polit. cap. 10. asserit: *nam regia potestas pro tutela prestantium virorum contra populum reperta est, & fit Rex ex prestantibus per excellentiam virtutis, vel rerum gestarum, quæ sunt à virtute, vel per excellentiam huiusmodi generis, &c.*

Ex quibus omnibus satis constat, quantus labor, quanta doctrina, & virtus ad

optimum Regem efficiendum ex inculto puero sit necessaria in magistris: ex cuius rei maxima difficultate ortam fuisse gubernationem multorum dixit Plato in ciuili: nam, quia difficillimum erat, unum inuenire hominem cum culmine tantarum virtutum, facilius visum fuit easdem virtutes in plurimis hominibus sparsas inuenire. Aristoteles verò ex eadem difficultate contrarium ei, quod dixit Plato, concludere videtur 3. polit. capit. 11. ubi inquit: *ab hoc forsitan Rex ab initio repertus est, quod scilicet difficile erat viros plures excellenti virtute reperire. Nam, si unum inuenire inter quamplurimos regie gubernationis pacem est valde difficile, multo magis difficile erit plures ad idem ministerium aptos inuenire, &c.*

Gubernatio enim Regis non debet esse sicut gubernatio magistratus, aut pratoris, ut inquit Aristoteles. Nam, ut superius dicebamus, eisque non licet, nisi iuxta leges, & patria statuta discernere. Gubernatio autem Regis talis debet esse, ut non solum gubernet secundum iam statutas leges, sed si necessarium sit, propter noua, & inconsumtum rerum statum, mutare iudicia, sciat nouas condere leges, nouaque statuta. Nam, ut asserit Plato, legum datio solum pertinet ad regiam maiestatem, ad Regem scilicet præditum scientia, virtute, & prudentia. Cum enim tanta sit actionum humanarum dissimilitudo, varietas, & inconstantia, ut nulla possit fingi lex, quæ syncerè comprehendat, ac iubeat id quod omnibus, & per tempus iustum, & æquum sit, necessarium est habere Regem, qui sciat ad ea particularia, quæ præter consuetudinem eueniunt, leges constituere. Quod quidem necessarium esse affirmat Plato, quia quælibet scripta lex, ut inquit, licet in communi, & absolute dicat verum, potest tamen esse nociua, propter aliquas singulares conditiones. Vnde legē sine prudentia iudicis, aut legislatoris, similem esse dixit homini pertinaci non deferenti id, quod semel constituit, licet aliquid noui adueniat, quod sit melius. Quapropter Imperatorem procedere debere in gubernatione asserit, sicut peritus medicus, aut peritus alicuius nauis gubernator procedit, qui scientia, prudentia, & experientia edocti diuersè procedunt, pro diuersitate nouarum, quæ superueniunt, circumstantiarum. Et quamuis hæc sententia verissima sit: reprehendi

Gubernatio
vultorum
unde gra.

Gubernatio
Regis non est
similis guber-
nationi ma-
gistratus.

Legum datio
ad regiam
pertinet ma-
iestatem.

Lex qualibet
potest esse no-
cua.

Imperator
in guber-
natione, veluti
medicus aut
nauiculus
procedere de-
bet.

CAPVT V.

Quòd non solum fides catholica doceat venire à Deo Regum dominium, & dationem bonarum legum, sed quòd gentiles philosophi idem cognouerint, verum esse; & quòd obseruantia legis CHRISTI sit primum, & potissimum fundamentum bene regnandi.

MVnus igitur primi illorum quatuor pædagogorum erat docere puerum omnia instituta regia, & magiam Zoroastri, quarum rerum notitia, non modo præstantissima, sed omnino necessaria futuro regi est. Scire enim instituta regia, est scire omnia ea, quæ necessaria sunt ad ciuilem, siue regiam gubernationem, & ad rectam, & facilem expeditionem quotidianorum negotiorum secundum regiam auctoritatem. Scire vero magiam Zoroastri, erat scire omnia, quæ attinent ad cultum Deorum. Nam, vt asserit Plinius lib. 30. cap. 1. Zoroastres Rex vixit sex millibus annorum ante Platonis mortem, & fuit magiæ inuentor; & quamuis multi fuerint, qui de magia scripserint: solum tamen perseuerauerunt libri Zoroastri, in quibus de Deorum cultu agebat. Nunc autem apud nos officium huius primi pædagogi est, docere futurum Regem eas scientias, quibus indiget ad imperialem gubernationem, & modum expediendi singularia omnia negotia, tum etiam, & veram CHRISTI, eiusque Romanæ Ecclesiæ legem, & instituta: quæ quidem omnia magis Reges, quam reliqui omnes obseruare tenentur.

In primis igitur, quod debeant Reges, seu Imperatores magis quam subditi obseruare, atque tueri legem CHRISTI, ipsique placere, constat in primis ex similitudine patris familias: nam quemadmodum hic tenetur suo exemplo, & doctrina, ac optimis institutis legibus ducere suos omnes domesticos ad perfectam pacificamque vitam: sic vniuersalis Imperator tenetur suo exemplo, & bonarum legum obseruantia facere, vt omnes subditi legem Dei adimpleant.

Tum

hendi tamen videtur ab Aristotele tertio polit. Ibi enim probat securiora esse iudicia facta secundum legem, quam ea, quæ sunt secundum iudicis mentem: nam lex nunquam flectitur, quia caret perturbationibus: mens verò, etiamsi sit ipsius Platonis, aut Aristotelis, qui perpetuo damnant iudicia cum perturbationibus facta, vt asserit Plutarchus lib. de virtutibus, facile flectitur propter amorem, aut odium, aut propter alias animi perturbationes.

Vnde Asserit Aristotel. eos, qui leges præesse iubent, videri velle Deum ipsum præesse: eos verò, qui hominem iubere volunt, adiungere etiam velle, & bestiam. Nam talis est, vt asserit, libido, ira, &c. vt obliquos faciat optimos etiam viros. Ista tamen non sunt contra Platonis verissimam sententiam: ipse enim quoque iubet vnus gubernationem coniunctam esse debere bonis constitutionibus, quas ipse leges appellat. Nam gubernationem legum expertem, duram, & omnium onerosissimam esse ait: propter quam causam iubet semper Regem vnitum esse senatui ad iudicandum, vt secundum statutas leges fiant iudicia.

His tamen non obstantibus verissimum est, quod dixit idem Plato de necessitate mutandi iudicia propter nouas, quæ superuenire solent, circumstantias actionum. Nam tales mutationes magis dependent à scientia, & prudentia Regis, quam ab his statutis legibus, quæ scriptæ fuerunt antequam esset aliquano itia illius nouæ actionis. Sed ista, quamuis utilissima sint ad institutionem optimi Regis: consequutione tamen dicta sunt. Nostrium enim intentum in hoc capite est probare necessarium esse ad institutionem optimi Regis optimos eligere magistratos, ac pædagogos, vt faciebant Reges Persarum. Sed, vt hoc verum esse magis pateat, explicare oportet, quid singulus illorum quatuor pædagogorum doceret vni-
genitum Regis
filium.

Iudicia secundum legem præferuntur ab Arist. factis secundum iudicis mentem.

Legum præsidium tutius quam hominis imperantia.

Constitutiones Platonis leges dicuntur.

Iudicia mutandi necessitas.

Primi illorum 4. pædagogorum munus primum apud Persas.

Magia Zoroastri, quæ sit apud Persas.

Pædagogi primi apud Christianos officium.

Christi legem obseruare tenentur Reges magis quam subditi.

96 Tr. V. de opt. Regis institut.

Tum præterea tanto magis tenentur Reges legem CHRISTI obseruare, ipsique placere, quàm omnes subditi, quanto maior est dignitas, & maius est munus, quod à Deo ipso receperunt: ij enim Reges, qui non tyranni, sed veri Reges, seu patres sunt, potissima instrumenta sunt, quibus Deus gubernat, fouet, & tuetur reliqua indiuidua præstantissimæ speciei omnium animalium, & tanquam tale instrumentum oportet ipsum Regem eadem omnia indiuidua, quorum caput, & pater est, ad custodiam mandatorum Dei ducere. Quare merito, atque propriissimè dici solet, Reges esse Deos in terris, cum illius vicem gerant. Nam, vt inquit D. Thom. 2. de regimine Prin. per Reges Deus gubernat mundum, sicut per causas secundas. Ob quam causam probat bonos Reges consequi in vita æterna maiorem gloriam, cæteris paribus, quàm bonos subditos.

Reges, dii in terris.

Regum bonorum in cælis gloria.

Reges à Deo auxilia maiora recipiunt quàm subditi.

Quod autem ob excellentiam, atque præstantiam muneris efficaciora recipiant auxilia ab ipso Deo, ad exequenda eiusdem Dei munera, quàm subditi, non solum fides catholica, sed etiam antiqui philosophi naturalibus quibusdam rationibus ducti confirmant. In primis enim Deus ipse per Salomonem, inquit in Proverbiis: *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, per me Principes imperant.* Ex quibus constat ex fide catholica Deum largiri omnibus Imperatoribus adimplentibus ipsius mandata, Romanæque Ecclesiæ cultum iuste colentibus, & bene gubernare conantibus, omnia instrumenta necessaria ad conseruationem regnorum, iustitiam scilicet, æquitatem, prudentiam, veram fortitudinem, & perseuerantiam bonæ, scilicet gubernationis.

Cor regis in manu Dei est.

Causa prima vi se habeat ad secundas.

Nam quoniam cor Regis in manu Dei est, quocunque voluerit illud inclinat. Prouenit enim à Deo omne dominium, tanquam à primo, & per se dominante, ideoque specialiorem habet curam auxiliandi Reges, tanquam instrumenta suæ gubernationis. Nam quamuis, vt est prima causa, concurrat Deus cum omnibus secundis ad productionem suorum effectuum: certum tamen est, potissimè concurrere cum omnium inferiorum causarum potissima, atque honoratissima: cum ea scilicet, ad quam attinet, manuducere reliqua indiuidua suæ speciei ad perfectionem vitæ. Est etenim consuetudo auxiliandi primæ causæ, vt ita tribuat auxiliū

secundis, quod ad necessaria nihil deficiat, neque ad superflua abundet, vt contingit naturæ, quæ dicitur vltimum Dei instrumentum. Cum igitur maximè omnium necessaria sit in mundo sociabilis vitæ hominum ad virtutem manuductio, certissimum est, quod diuina prouidentia, quæ elementorum, plantarum, & brutorum speciebus, & finibus necessaria prospicit, multo diligentius illud præstat circa ea, quæ necessaria fuerint Regi colendi suam diuinitatem in ducendis hominibus ad beatum viuendi modum, & in faciendis legibus salutis hominum valde necessariis. Nam fieri non potest, vt aliquis Princeps, naturalibus suis viribus, & industria, aliquod diu gubernet Regnum, absque diuinæ prouidentia speciali fauore: cum singulis momentis agitari contingat innumeris procellis, atque periculis. Quare credibile est, quod Deus, aut occultis inspirationibus, aut manifestis miraculis adumbrat animum Regis gubernantis iuxta ipsius Dei voluntatem.

Princeps suis viribus, absque diuina prouidentia speciali auxilio, non diu regnat.

Plato multis in locis affirmat bonarum legum distributionem à Deo oriri: nam lib. 1. de legibus, cum decerneret ipse Plato condere leges nouæ cuidam ciuitati, finxit illud se facere debere auxiliantibus aliis duobus philosophis, quosque omnes prius debere ire ad sacrum Iouis antrum prædixit, vt ibi per eiusdem Iouis inspirationem reciperent leges docentes tranquillam animorum puritatem. Supposuit enim, quam verissimum esse, leges, & optimam gubernandi peritiā, non solum aduenisse, sed nunc quoque aduenire hominibus à Deo ipso, & à philosopho, tanquam ab eiusdem Dei instrumento. Deinde idem confirmat dicens: *quemadmodum bestia multa ab vna bestia rectè duci non possunt, nisi sub humano pastore gubernentur: ita neque homines multi ab vno Rege gubernari possunt, nisi ipse vnus Rex regatur à Deo.* Vnde regendi facultatem non aliunde, quàm à Deo haberi in Theagene, & Menone probat, vt intelligatur civilem virtutem esse donum diuinum, ne quis forte confidat se absque diuina gratia rectè, scilicetque gubernaturum multos homines. Hoc etiam verum esse alij philosophi censuerunt, vt Cicero lib. 5. Tusc. dicens: *Socrates autem primus philosophiam de cælo vocauit, & in urbibus collocauit, & in domos etiam introduxit, & coegit de vita, vt moribus, rebusque bonis, & malis querere, &c.* in quo loco primum fontem philosophiæ moralis cælum esse

Legum bonarum distributio à Deo, iuxta Platonem.

Gubernandi optima peritiā à Deo, & à philosopho, ex Platone.

Civilis virtus, donum Dei est.

Philosophia de cælo est.

esse affirmat. In libris quoque de legibus dixit leges scriptas dimanasse à lege existente in mente diuina.

Religio Christiana omni ex parte commendanda Regibus.

Ex his igitur, quæ dicta sunt, manifestissime constat multum, imò totum oportere, vt is, qui optimus Rex esse desiderat, vigilantissimus, multumque sollicitus sit de Christiana Religione, & de vero Dei cultu. Quod quidem potissime facere debet Rex propter Deum ipsum, vt dictum est: deinde verò propter subditos. Multa enim populus sperat à Rege obseruanti legem CHRISTI: nam talem Regem rarò falli confidit. Tum præterea valde elucet regia autoritas iuncta cum sancta, ac Romana Religione: quemadmodum vilescit, paruique penditur, si cum aliqua malignarum sectarum, aut cum vitiosa, & affectibus plena vita coniungatur. Vnde sapientissimus Ifo-

Ifocratis dictum ad Regem suum quoad religionem.

crates, quamuis merus philosophus, sapientissime monebat suum Regem, dicens: *Religionem eam serua, quam à maioribus accepisti. Sed id pulcherrimum sacrificium, & cultum esse maximum existima, si ipsi Deo, tanquam optimum, & iustissimum te præbeas. Maior enim spes est Deos immortales talium Regum vota audituros, quam eorum, qui multas victimas prostrauerint, &c.* Quibus verbis, licet vero lumine, veraque fide orbatus, sed solo naturali, ac morali quodam lumine ductus, vtilissimum dar Regibus consilium: quod quidem nos ad Christianos Reges paucis mutatis, transferre possumus, si dicamus, bonos Reges debere seruare verum CHRISTI Redemptoris nostri cultum, eique se præbere in sacrificium, tanquam optimos, & iustissimos. Nihil enim iocundius à Regibus accipere Deum asserit ille philosophus, quam veram obseruantiam bonitatis, & iustitiæ, ac sui muneris complementum. Nam sine his nihil apud Deum valere, affirmat, quamplurima alia offerre sacrificia. Monet igitur iste philosophus primum, potissimum, ac magis gratum Deo Regum, omniumque gubernantium sacrificium esse, populos, quorum pastores constituti sunt à Deo, cum iustitia, ac in pace conseruare, & ad suæ voluntatis complementum modis omnibus deducere, legem scilicet CHRISTI, obseruando, & si propter hominem malignitatem aliquis error circa fidem suboriri incipiat, ipsum penitus extirpando. Vnde

Quodnam sacrificium exigit Deus à Regibus.

valeant nostri Hispaniarum Reges, qui sanctissimis statutis, legibus, & sanctæ inquisitionis auxilio, nullam in tota monarchia pullulare sinunt malignam sectam, nec turpissima aliqua, nefandaque peccata sine vitio sine sinunt, & alios quosunque errores contra Romanam Ecclesiam commissos continuò amputant. Vnde non sicut alij Reges ex variis, ac dissimilibus sectis, Rex noster sua regna habet constituta: sed potius omnes eius subditi sunt fratres: filij scilicet eiusdem matris Ecclesiæ Romanæ. Ex quo fit, vt omnes mutuò se ament fraterno quodam amore, & suum Regem æqualiter omnes diligant, tanquam patrem, ac legitimum dominum ipsumque custodiant, & ad omnes eius indigentias promptissimi adsint, tanquam obedientissimi filij, & ad eius imitationem diuinum cultum firmiter, excellentique fide cuncti amplectantur. Ipse enim Rex verissimum est exemplar deuotionis, & fidelitatis eorum omnium, quæ iubet, & tenet sancta Romana Ecclesia: nam inter alia, tanti facit infinitæ bonitatis donum, quod pater æternus hominibus relinquere dignatus fuit: Christum scilicet dominum nostrum velatum sacramentalibus speciebus, vt eius festiuitatem, quam Ecclesia semel in anno celebrare iussit, ipse Rex bis in mense intra suas ædes magna cum deuotione, & excellentium musicorum melodis, atque rhythmis celebrare coram se faciat, considerans infinita, ac ingentissima bona, quæ ex tali præsentia hominibus adueniunt. Fidelium enim Christianorum corporales, & spirituales inimici fugiunt à tanti Domini præsentia, & orantium preces promptius adimplet, & multis millibus vicium quotidie pro hominibus æterno patri offertur: quarum offrendarum vnaquæque idem valet, quod illa quæ facta fuit in ligno: sed, quod omnem considerationem delitescere facit, est quod sub illa manserit forma, vt esset hominibus verè cibus habens infinitam vim faciendi sibi similes omnes eos homines, qui immaculata conscientia, debitaque deuotione ipsum accipiunt, vt nostra Catholica Romana Ecclesia ab ipso CHRISTO docta, & ab Spiritu sancto gubernata docet. Grandissima etiam cum deuotione venerantur Reges Hispaniæ ca-

Hispanorum secta vna, fraternus amor, par in Regem suum obseruantia.

Regis Hispani pietas, fidelitas, & celebritas, in die Corporis Christi.

Hispanorum memoria et a B. Virgilio

N omnia,

omnia, quæ attinent ad immaculatam virginem, & matrem Mariam. Maxime enim omnes eius festiuitates colunt, & omnibus diebus ante festiuitates ipsi ieiunant, & omnes domesticos ieiunare præcipiunt, & alia multa in eiusdem Virginis laudem faciunt. Quæ dum, vt decet, obseruauerint nostri Reges, impossibile videtur, vt ipsorum monarchia imminuatur: quantumuis pessimi, inuidi, atque inimici id conentur. Ex iis igitur rectè colligitur, potissimum fundamentum totius constitutionis optimi Regis esse veram cognitionem, & exercitium cultus CHRISTI nostri Redemptoris. Sed his dimissis accedere oportet ad vtilitatem, quæ aduenit Regibus ex secundo munere primi Persarum pædagogi.

CAPVT VI.

Quod maximè oporteat Regem, statim à pueritia, negotia regia tractare, & vtrum Rex omnium sapientissimus esse debeat.

*Primi pædagogi futuro-
rum Regum
munus secū-
dum, apud
Persas.*

SECUNDUM munus primi pædagogi Serat aperire futuro Regi omnia regia instituta: docere scilicet eum omnia præcepta artis imperatoriae, cuius mentionem superius fecimus, tum etiam, & eiusdem exercitium. Maxime enim oportet eum, qui Rex futurus est, non solum præcepta, ac regulas gubernandi à docto magistro addiscere, sed etiam statim à pueritia ipsum exercere in omnibus singularibus operibus ad regiam gubernationem attinentibus. Quod verum esse satis probatum ex Platone superius reliquimus de omnibus artibus, & idem patet ex Aristotele, 8. polit. capit. sexto, dicente: *non est obscurum interesse multum ad hoc, vt efficiamur aliquales, si quis ipse operum sit particeps. Nempe impossibile est, vel certè admodum difficile, vt qui opera ipsa non tractat, peritè valeat iudicare, &c.* Vbi asserit, impossibile esse cuiuscunque artis opera aliquem artificem rectè efficere posse, aut iudicare, an rectè facta sint, nisi à pue-

ritia in eisdem efficiendis fuerit exercitatus, etiam si omnia artis præcepta rectè teneat. Quod quidem potissimè necessarium est in arte imperatoria, propter timorem fallaciæ, & quia in eisdem operibus exercendis eiusdem artis confirmantur præcepta, quæ quacunque ratione prius addidicerat puer. Vnde, non nisi maximè exercitatus homo in resoluendis singularibus negotiis, & in seriis rebus attinentibus ad conseruationem totius monarchiæ, poterit esse regius pædagogus. Nam solus is, qui talis fuerit, poterit præcepta aperire, & gubernandi viam in operibus ipsis efficiendis demonstrare. Quod consilium dedit Isocrates Nicocli Regi, dicens: *quidquid earum rerum, quæ Regum cognitione dignæ sunt, certo nosse voles, ad id experientiam, & doctrinam adhibeto. Nam, vt doctrina viam tibi ostendet: sic rerum gerendarum exercitatione id consequeris, vt res rectè administres, &c.*

*Isocratis con-
silium ad
Nicolem Re-
gem quoad
artem gu-
bernandi.*

Quibus verbis doctissimus iste philosophus in arte gubernandi docet Regem simul debere aggredi doctrinam, & exercitium artis imperatoriae. Nam doctrina aperit viam ad exercitium, & frequens exercitium circa singularia negotia facit, vt eadem negotia rectius, atque perfectius in dies efficiantur.

Necessarium igitur nunc est docere, quibus Imperator indigeat scientiis, quæ illi rectam viam, vniuersalesque methodos ducentes ad rectum gubernationis exercitium ostendant. Nam de hac re variae doctorum hominum inueniuntur opiniones: aliqui enim dicunt Regem scire debere ea omnia, quæ humana natura scire sustinet. Cum enim Rex debeat esse perfectissimus omnium suorum subditorum, & Deo magis similis, & à rusticis hominibus magis dissimilis, debeat quoque esse in cunctis, necessarium est, vt maximè omnium sit scientificus. Nam maior assimilatio ad Deum, & maior separatio à barbaris, rudibusque hominibus, fit per maiorem intellectus perfectionem, quæ parari non potest, nisi ab omnibus habitibus, qui intellectum perficere valent. Potissimi autem habitus, qui habent vim perficiendi opera intellectus, sunt sapientia, scientia, ars prudentia, & similes. Vnde sequitur Regem debere esse sapien-

*Scientia Im-
peratoris ne-
cessaria.*

Ars imperatoria omniū domina.

sapientissimum, prudentissimum, & in omni genere scientiarum, & artium peritissimum. Nam, vt superius dicebamus, ars imperatoria est domina, magistra, & emendatrix omnium artium, & scientiarum, quæ sunt in regno: omnibus enim imperare tenetur, & earum errores corrigere, quod facere minime poterit Rex, nisi in omnibus sit peritus.

Virtutum moralium cognitio & conseruatio sitne Regi necessaria.

Tum præterea optimus Rex, vt dicemus, non solum debet acquirere omnes virtutes morales, sed easdem semper conseruare, perfectioresque continuo efficere: nullum verò maius inuenitur remedium ad conseruationem, & augmentum virtutum moralium, quam vera cognitio, & vsus omnium scientiarum: conuenit ergo optimo Regi magis, quam omnibus aliis hominibus omnes scientias acquirere. Vera enim cognitio scientiarum est veluti anchora, qua firmantur intellectus, & voluntas in magnis procellis appetitus sensitiui. Nam in talibus procellis homines docti, recteque intelligentes rerum omnium veritates, multo difficilius ad ea, quæ vana sunt, mouentur: contra verò indocti, atque superbi animi plerumque sunt inconstantes, parumque fixi, non aliter, ac naui sine anchoris aduersus tumidi maris tempestates. Quapropter rectè concludit Arist. optimum Regem solum esse doctissimum, & omnium honestissimum hominem, qui sit tanquam Deus inter homines existens, ideoque ab omnibus ametur, atque colatur.

Secunda opinio de scientiis Regi futuræ necessariis.

Alij verò sunt probatissimi autores, qui rationibus, & experimentis probant Regem non solum non debere multum temporis absumere in exquisitissimè addiscendis variis scientiis, sed nec in continua oratione, sed potius in iustissima, ac prudentissima, & vigilantissima subditorum gubernatione, quam dicebamus esse magis gratum Deo regium sacrificium. Nam cum mens Regis vim habeat certis quibusdam terminis circumscriptam, non aliter, ac reliquorum hominum mentes, impossibile est, vt omnibus simul possit esse intenta scientiis: imò, si id facere conetur, nihil valebit ad singulam, neque ad exercitium gubernationis. Propter hanc enim causam merito prohibent Plato, & Aristoteles, quo minus vnus, & idem homo

plura in vna & eadem gubernatione exerceat munera. Nam perfectius vnus homo vnum gubernationis munus, quam plura efficere poterit. Quapropter Plato eum hominem, qui plures artes se scire, pleraque, ac diuersa officia simul posse facere promittit, præstigiatorum esse dixit. Cum igitur artis imperatoriae maiestas, & amplitudo tanta sit, vt integrum requirat magnum hominem, tantum adueniet reipublicæ detrimentum, si Rex difficultum scientiarum amore captus totum suum dominium, ac paternitatis officium transferat ad mercenarios, nouerculosque, administratos scilicet, qui potius pecuniam, quam subditorum tutelam plerumque respiciunt, ac si propter desidiam, negligentiam, aut ignorantiam illud fecissent. Vnde Deus ex pastoralis vita Dauidem elegit Regem Iudeorum, non sapientissimum, sed iustissimum, & Banbam Regem Hispanorum eodem modo ex aratro transtulit ad regiam dignitatem. Nec id mirum: multi enim antiquorum adeo existimabant homines eos, qui rem rusticam colebant, vt ad ciuitatum tutelam omnium præstantissimos illos esse pro certo haberent. Quod confirmat M. Cato in principio libri de re rustica, dicens: *Virum bonum cum maiores nostri laudabant, ita laudabant, bonum agricolam, bonumque colonum. Et amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur. Nam, vt inquit, ex agricolis, & viri fortissimi, & milites strenuissimi gignuntur, maximeque pius, quæstus, stabilissimusque sequitur, minimeque inuidiosus, minime male cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt.* Idem quoque sentit M. Varro libro tertio, cum inquit: *Non sine causa maiores nostri ex vrbe in agris redigebant cives suos, quod, & in pace à rusticis Romanis alebantur, & in bello ab his tuebantur. Nec sine causa terram eandem appellabant matrem, & Ceream, & qui eam colerent, piam, & utilem agere vitam credebant, atque eos solos reliquias esse ex stirpe Saturni Regis.*

Præstigiator homo sciens plures artes diuersaque promittens se posse facere officia.

Imperatorii nonnullorum felicitas, nonnullorum infelicitas.

Agricultura quo in pretio apud antiquos.

Et Columella libro primo dixit solam rem rusticam proximam, & quasi consanguineam sapientiæ esse: vnde asserit: *Verum cum plurimis monumentis scriptorum admonear apud antiquos nostros fuisse glorie curam rusticationis, ex qua Quintius Cincinnatus ob-*

sest consulis, & exercitus liberator, ab Aratro vocatus ad Dictaturam venerit. Et sic etiam annumerat alios fortissimos, ac memorabiles Romanos Duces in colendis, & defendendis patriis finibus. Sic quoque Romani Imperatores, Traianus, & Theodosius, qui vix legere sciebant, ut asserit Cardanus, optimi, ac felices fuerunt Principes, quia soli politiae, & bello fuerunt intenti. Nero autem, & Heliogabalus, qui existimata sapientia tumidi se omnia scire existimantes imprudenti, & infelici ratione gubernarunt, deterrimi fuerunt Imperatores. In nostra quoque Hispania Catholicus Rex Ferdinandus, qui a barbaris Mauris, & Iudaeis eandem Hispaniam expurgavit, & imperium ad nouum orbem, & ad Italicam regionem extendit, & gubernandi, imperatoriamque artem, ita calluit, ut omnium Regum bene gubernantium eius gubernationis modus sit & exemplar, & Carolus quintus eius nepos gloria omnium Imperatorum, qui omnes inimicos sanctae Romanae Ecclesiae contriuit, in nulla alia scientia, praeterquam in gubernatoria, & in militari, excellentiam fuerunt adepti. Alphonsus autem, qui Sapientis nomen sibi assumpsit, non ita felix fuit in gubernatione.

Ferdinandus imperatoris artus peritissimus.

Carolus V. imperatorum gloria, & qua in scientia versatus.

Alphonsus Sapiens, non ita felix in gubernatione.

Conclusio de scientiis optimo Regi necessariis.

Ut autem id, quod tentandum sit ad institutionem optimi Regis doceamus, assumere, tanquam verissimum oportet, quod si possibile esset Regem facere omnium sapientissimum, atque doctissimum in omni genere artium, & scientiarum, prudentissimum, iustissimum ac vigilantissimum gubernatorem, valentissimum bellatorem, &c. tentandum quidem esset, quia, ut prima sententia probat, Rex debet haberi ab hominibus, ut Deus existens inter ipsos, ita ut eius responsiones, reprehensiones & omnes ordines sint in autoritate, & breui dicendi modo, veluti oracula. Ceterum, quia hoc consequi fere est impossibile, turpe, & ab omni ratione alienum erit, velle totam Regis pueritiam, quae ut dictum est, ad venationem, & equestrem disciplinam potissimè ducenda est, detinere in exquisitissimè addiscendis logicæ, physicæ, theologicæ, iurisprudentiæ & aliis similibus scientiis, quarum vnaquæque totum requirit hominem, longævamque vitam: multo tamen turpius, maximeque indecens fuerit, velle

educare Regem in omni scientiarum genere alienum, ut sutores, & tonsores suos alunt filios. Nam quamvis potissima intentio eius, qui alit vnigenitum Regis, debeat esse facere eum strenuum bellatorem, & Christianum gubernatorem: non tamen id poterit consequi sine cognitione aliquarum scientiarum, nec autoritatem imperatoriam decet: quapropter docere oportet, sine quarum scientiarum cognitione non possit fieri optimus Rex.

CAPVT VII.

Quod ad institutionem optimi Regis necessaria sit philosophia moralis, & quod eius pars, quae dicitur Ethica, sit veluti radix, & fundamentum, ex quo oritur bona gubernatio subditorum.

UT hominibus ad securè, & sine errore gradiendum est necessaria videndi potentia: sic omnibus Regibus ad imperatoriam gubernationem rectè, & cum debita arte efficiendam, est necessaria philosophia moralis. Nam quemadmodum potentia videndi perficit oculum ad visionem efficiendam: sic philosophia moralis perficit intellectum, & voluntatem ad se, & ad alios gubernandos secundum virtutem, atque omni perturbatione sublata. Propterea Plato libro primo de legibus, dicebat oportere eligere principem, qui non perturbetur, sed qui omni perturbatione sublata peritus sit in consilianda societate. Cum igitur perturbationes sint animi ægritudines, ut superiori lib. diximus, & animus sanus, hoc est absque perturbationibus, esse non possit, sine philosophia morali, ut tertio Tuscul. probat Tullius, quia scilicet sola ipsa est sanans, & præseruans medicina: certum ergo erit nullum Regem posse sine perturbationibus gubernare, absque philosophiæ moralis auxilio. Nam impossibile est, quod Rex perturbatus rectè cognoscat, quid sit iustum, quid verum, quid falsum, quid temperatum, quid in-

Philosophia moralis planè Regi necessaria.

Animus sanus esse natus, qui sine morali philosophia.

tempe

temperatum, & similia : vnde impossibile est, vt Rex perturbatus recta condatur instituta : cum horum recta productio à Deo, aut à philosopho eiusdem Dei auxilio, & habitu philosophiæ moralis illuminato fieri possit, vt dicebamus ex Platone.

Veritas odii
paris.

Vnde idem Plato lib. 5. & 6. de republ. licet maximo cum timore ob multos Principes, qui tunc pleni perturbationibus casu, ac fortuito gubernabant, sciebat enim veritatem, non solum apud vulgares, sed potissimè apud Principes ingens odium parere solere : abiecto tamen seruili timore probat euidenter, valde miseram, ac infœlicem esse omnem gubernationem factam sine philosophia morali. Lib. enim 5. inquit : nisi, vel philosophi ciuitatibus dominantur, vel hi, qui nunc Reges, potentesque dicuntur, legitime, sufficienterque philosophentur, in idemque ciuili potentia, philosophiaque concurrant, neque, quod nunc fit, à diuersis ingenis duo hæc tractentur, non erit ciuitati, vel, vt mea fert opinio, hominum generi requies ulla malorum, &c. Et epistola septima ait : tandem verò compertum est mihi, respublikas omnes, quæ nunc sunt, improbe gubernari. Nam quantum ad leges attinet, insanabiles ferre sunt, nullo instituto egregio, sed fortuna quadam viuentes. Quapropter dicere adductus sum laudans rectam philosophiam, quid iustum sit, & quid non, tam in republica, quam in priuata persona, per eam discerni. Itaque non prius desinere humanum genus in malis versari, quam, aut homines verè rectèque philosophantes rerum publicarum gubernationem fuerint adepti, aut hi, qui gubernant, diuina quadam sorte verè philosophentur, &c.

Gubernatio
quæuis sine
morali phi-
losophia, &
miseræ & in-
fœlix est.

Platonis scri-
ptæ diuinitus
inspirata.

Quibus in locis Plato, cuius omnia scripta tanti existimanda sunt, vt dicat Marcellius in argumento 7. de legibus esse veluti diuinitus inspirata, statuit, tanquam verissimum, quod nisi in vno eodemque Rege simul cum philosophia morali concurrat ciuili potentia, siue imperandi ars, nullo modo possit esse in republica aliquod malorum remedium, hominum requies, atque securitas : quoniam sola philosophia moralis hoc valet efficere. Cuius rei potissimam causam esse asserit in libris de republ. quia soli philosophi sunt, qui amant, & inuenire sciunt omnium actuum veritatem. Probat autem gubernacula reipublicæ committenda esse solum hominibus scientibus, & desiderantibus nudam rerum veritatem inuenire, quia soli hi sunt, qui verè sciunt leges custodire, & reipublicæ officia rectè accom-

Veritas om-
nium actuum
penes philo-
sophos.

modare, ac distribuere. Nam ij solum, vt inquit, sunt, qui omnia munera gubernationis percurrunt, tanquam homines visum habentes : reliqui verò omnes, qui rerum agendarum veritates inquirere, aut nolunt, aut nesciunt, negotia tractant, vt homines cæci, qui passim cadunt, nisi ducantur. Vnde simpliciter oportet optimum Regem perfectam habere virtutem moralem : hic enim solus sciet sine fallacibus ductoribus rectè imperare, hoc est, nec remisse, nec crudeliter, nec iniuste, quod diu sine virtute facere est impossibile. Nam cum, vt asserit Aristot. 8. polit. imperare sit opus præcipientis, & præsentis, quæ duo munera sunt opera rectæ rationis, & recta ratio non sit alia, nisi ea, quæ ita est prudens, iusta, fortis, & temperata, vt nullam propriam, aut ministrorū perturbationem odij, aut amoris, & similitum dominari permittat : necessarium est, vt optimus Imperator bonam, ac fortem obtineat rationem : quam quidem habere non potest absque moralibus virtutibus, vt superiori lib. docuimus. Vnde necessarium est, vt puer, qui optimus Rex futurus esse desiderat, ante omnia addiscat optimam habere rationem per eas methodos, quas docuimus superiori lib. nam, vt ibi dicebamus, Aristot. 1. ethic. cap. 3. probat, omnes eos homines ineptos esse ad ciuilem scientiam, qui affectibus gubernantur, dicens : quapropter iuuenis non est idoneus auditor ciuili discipline. Est etenim rudis actuum vita. Ex his autem, & de his ipsæ rationes efficiuntur. Præterea cum iuuenis sequatur perturbationes, in cassum, & sine fructu audiet : quippe cum finis non cognitio sit, sed actio. Interest autem nihil, iuuenis sit ætate, an moribus iuueni similis. Non enim defectus est ob tempus, sed quia viuunt, & persequitur singula cum perturbatione, &c.

Ratio recta
quæ sit, quæ
necessaria Re-
gibus, & quo
modo hi eam
obtinere pos-
sint.

Quibus verbis duabus rationibus probat puerum non posse esse exercitorem, siue rectum administratorem imperatoris artis : in primis, quia rationes imperatoris artis, per quas deuenitur ad veritatem conclusionis, desumi debent ex actibus vitæ, quorum actuum iuuenis non potest habere experientiam : vnde non valebit rerum veritates inuenire. Quæ quidem ratione, vt superiori lib. diximus, probat Aristot. iuuenes non posse esse prudentes, quia ad prudentiam requiritur cognitio finium, & mediæ eorum omnium quæ conducunt ad bene viuendū. Tum præterea, cum iuuenis careat mora-

Puer duabus
de causis nō
potest rectè
imperare.

*Philosophia
moralis finis
in quo consi-
stat.*

*Rex puer re-
gni in calix
omen est quo-
modo id in-
telligendum.*

*Regem pueri
quem appel-
las Aristot.*

*Pueritia ple-
na spe.*

*Puer centum
annorum cur
à Spiritu
sancto male-
dictus.*

libus habitibus, gubernatur, ut brutum à perturbationibus, non à ratione, ut homo, qui longa consuetudine contritum, atque domitum habet appetitum sensitivum. Vnde etiam si iuuenis cum aliqua cognitione artis aggrediatur gubernationem, id sine fructu faciet. Nam cum finis philosophiæ moralis non consistat in sola cognitione rerum, ut in superiori lib. diximus, sed potius in rei cognitæ recta operatione, non sufficit sola rerum cognitio ad rectè, atque sine affectu imperandum, nisi simul cum cognitione rectè fiat actio imperantis. Quæ fieri ab homine perturbationum habitibus affecto, ita est impossibile, ut à corporali oculo extraneo aliquo colore affecto rectum fieri exterorum colorum iudicium. Ex quibus duabus rationibus concludit Aristoteles iuuenem, siue ætate, siue moribus, non posse aptum esse gubernatorem; & Spiritus sanctus prædixit infelix omen regnis, quorum *Rex puer est*. Defectus autem rectæ gubernationis non consistit præcisè in determinato numero annorum, sed potius in Regis recto viuendi modo, hoc est in imperio, ac dominio suarum passionum, ita, ut nihil determinet, propter amorem, iram, odium, timorem, lasciuiam, astantium deprecationem, aut propter aliam similem appetitus sensitivi passionem, sed potius cuncta agat propter rectam rationem, ut dicebamus. Appellat autem Aristot. puerum Regem, quemcumque qui gubernat mediantibus perturbationibus, & negligendo bonæ rationis consilium, siue puer ætate, siue senex sit: imo multo deteriore iudicamus senem Regem perturbatum, quàm puerum. Facilius enim corrigitur, atque dirigitur puer, quàm senex. Nam, ut superiori lib. dicebamus cum Aristot. *in prob.* pueritia est plena spe; à senectute verò malè habituta nihil speratur boni. Propterea enim maledixit Spiritus sanctus puerum centum annorum, eum scilicet, qui habet habitum viuendi, ut brutum. Multoties verò contingit, quod à puero Rege recta fiat gubernatio: cum scilicet talem habet Rex naturæ bonitatem, & aduersus omnia iniusta rationis robur, talemque obrinet ad recipiendum bona consilia aptitudinem, & amorem, ut nihil intrepidè, sed omnia cum consilio prudentum agat, ut nostro magno quarto Philippo Hispaniarum Regi contigit. Hic enim valentissimus adolescens fere absumptis omnibus regibus

libus opibus anno decimo sexto suæ ætatis sceptrum accepit, & nunc decimus sui imperij agitur annus, in quibus annis, diuersis in regionibus, naualia, & terrestria maximo cum terrore omnium inimicorum habens bella, suum patrimonium ferre habet restitutum. Quæ quidem omnia optimæ gubernationis sunt indicia, etiam si Rex iuuenis sit. Illi autem, quos dicebamus gubernare per affectus, puerosque esse, non sunt Reges, etiam si sceptrum ferant, si Socratis sententiam sequamur. Socrates enim per Xenophontem dicebat, Reges & Principes non esse eos, qui sceptrum ferunt, sed eos, qui regere sciunt. Nā, ita proprium Regis esse dixit, iubere id, quod oportet facere ad rectam gubernationem, ut gubernatoris nauis est proprium, scire, & facere omne id, quod cōuenit ad nautarum tutelam. Quemadmodum enim, si gubernator nauis iubeat, ac faciat id, quod non expedit, non erit gubernator, sed causa ruinæ ipsius nauis: sic, si imperator propter affectus, aut propter ignorantiam artis imperatoris præceperit iniusta, non pater patriæ, sed eiusdem patriæ perditor erit. Et præter alia mala, quæ ex tali gubernatione sequuntur, nascitur in subditis generalis quædam inobedientia, vniuersalisque contemptus. Est etenim subditorum proprietates, non solum non timere, nec obedire vitioso, aut ignorantibus gubernatori, sed eius etiam mandata despiciere: contra verò omnes verentur eum qui scit, & virtutum tenorem seruat. Nam quemadmodum ægrotantes magis obediunt prudenti, & excellenti medico, quàm ei, quem iudicant esse ignarum: sic subditi, ut dicebat Socrates, magis obtemperant Regi, qui cum maiori prudentia, & iustitia imperat, quàm contrario. Vnde Ægyptij non nisi absolutis philosophis imperatoriam gubernationem commendabant, ut narrant historia.

Ex omnibus igitur, quæ dicta sunt, manifestè patet, necessarium esse optimo Regi addiscere, & exercere tres philosophiæ moralis partes, politicam, æconomicam, & ethicam. In hac verò ethica parte debet prius se diu exercere Rex eo modo, quo in superiori libro faciendum esse docuimus. Hæc enim pars est veluti basis, ac fundamentum reliquarum: nam, nisi quis omnes morales virtutes ita fuerit adeptus, ut opera earundem virtutum in omnibus actibus exerceat, impossibile est, mo-

*Reges & Prin-
cipes qui do-
c. bantur So-
crati.*

*Gubernato-
re vitiosum
& ignorantē
nec verentur
nec reueren-
tur subditi:
scienti cōtra
obediunt.*

*Regi optimo
tres sunt o-
thica partes
addiscenda.*

est, moraliter loquendo, vt alios homines ad finem virtutis ducere possit: quoniam impossibile est, inquit D. Thom. *opusc. de reg. Princ.* quod rectè gubernet alios is, qui se ipsum gubernare ignorat. Sequetur enim ex tali gubernatione, quod prædixit Euangelium, cum inquit, si *cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadent.* Nam is, qui suos appetitus non habet moralibus virtutibus superatos, delectabitur procul dubio, non solum propriis, sed & alienis vitiis, & contristabitur studiosis operibus. Nam, vt inquit Aristot. vnusquisque solum delectatur his rebus, quas amat, & solum amat eas, quas tractat, ac cognouit. Vnde Rex, qui solum tractat, & cognoscit vitia, solum amat vitia, solisque delectabitur vitiosis operibus, vitiosisque hominibus, ipsosque honoribus afficiet: honestus verò Rex, bonisque habitibus adornatus, odio habebit vitiosos homines, & diligit studiosos subditos, & amore, atque honoribus omnes alliciet ad eum viuendi modum, quem ipse amat. Nam licet commune sit, quod asserit Seneca, quod scilicet, nemo sibi soli errat, aut sapit, sed vnusquisque suam clementiam, vel virtutem spargit in proximos: hoc tamen potissimè competit Imperatoribus, & omnibus iis, qui in eminentissimis locis sunt constituti. Sunt etenim gubernatores, & potissimè Imperatores, vt inquit Aristot. 4. *polit. cap. 15.* veluti magna quædam luminaria imposita obeliscis. Quare necessarium est, quidquid apud imperatores habetur in pretio, subsequi subditorum opinionem. Vnde cum à Regibus maximè honorantur virtutes, facilis est earum perseuerantia in subditis, & è contra. Est etenim quilibet Rex in sua monarchia sicut eiusdem monarchiæ Sol, & ideo tales reddet subditos, qualem eisdem dederit influxum. Nam, vt inquit Galenus, omnes imitari conantur Principum mores: quia, vt communiter dicitur, ad exemplar Regis omnis gubernatur orbis, & vt inquit Isocrates, vita Regis est populo exemplar. Rex enim, vt dixit Plato in ciuili, tenet in manu lora sui Regni eo modo, quo auriga habet equorū lora, ideoque quò ipse voluerit, ducere poterit omne regnū. Nam quæadmodum, vt dictū est, totius domesticæ vitæ ita est rector paterfamilias, vt si sibi dominetur, maxime quoque dominatur omnibus suis domesticis: sin minus, nullo modo ab eisdem obtemperetur in honestis, sed omnes ipsum in viuendi modo sequā-

tur: sic Rex suis gentibus dominabitur, & eandem ad rectum viuendi modum reducet, quando ipse sibi dominus fuerit. Propter quæ omnia necessarium est, vt optimus Rex sit præditus omnibus moralibus virtutibus, quas omnes pars ethica philosophiæ moralis docet, vt dictum est; deinde verò antequam accedat ad politicam, rectè teneat æconomicam, vt in sequenti cap. dicemus.

CAPVT VIII.

Proponitur vna earum causarum, ob quas optimus futurus Rex debeat, antequam accedat ad ciuilem gubernationem, addiscere, & exercere æconomicam philosophiæ partem; & agitur de vigilantia, quam debet habere paterfamilias; & de bonorum, & malorum aulicorum proprietate & electione.

MVLtæ inueniuntur causæ, ob quas optimo conueniat Regi, propriæ familiæ gubernationem scire, antequam ad politicam gubernationem accedat. In primis enim necessaria est Regi æconomica ars, vt institutio virtutum, quam ad vniuersam monarchiam parat, incipiat à minori illa republica, à familia scilicet regia. Nam frustra contendet optimus Rex, totam plebem reddere studiosam, neglecta suorum filiorum, vxoris, & reliquorum domesticorum conuenienti gubernatione. Naturali enim ordine post propriam cuiusque gubernationem, sequitur gubernatio domestica eiusdem. Superius autem diximus ex Platone, filios Regis Cyri perdidisse monarchiam, propter negligentiam patris circa æconomicam gubernationem. Nam licet Cyrus optimus fuit in bellica, & in ciuili arte: nullam tamen habuit curam de educatione filiorum: cum fuerint educati tanta licentia, atque mollitie, vt in omne genus vitiorum lapsi monarchiam perdiderint. Quapropter oportet optimum Regem debitam habere curam vxoris, filiorum, & reliquorum domesticorum, ne in vitia labantur, sed potius

Rex vitiosus quibus delectatur.

Quam amet honestus

Seneca sententia, nemo sibi soli errat aut sapit, qui bus potissimè conueniat.

Rex in sua monarchia est veluti Sol, & qualis ille est, tales subditi eius.

Paterfamilias potest equiparari.

Æconomica ars Regi ad discendam.

Gubernatio domestica sequitur propriam cuiusque gubernationem.

*Quanta cura
Regi optimo
de domesti-
cis habenda.*

*Appij senis &
cæci historia
quoad regi-
men suorum
domesticorum.*

*Paterfami-
lias diligens
diligentes ha-
bet subditos.*

*Dicta nonnul-
lorum quoad
rei domesticæ
curam.*

potius omnes virtutem sequantur. Debet enim Rex omnes suos domesticos, seruata proportionem cuiuscunque ætatis, & dignitatis, compressos habere maiestuosam quadam benignitate, atque prudentia. Nam totius œconomix radix est obseruantia venerationis patrisfamilias habita ab omnibus domesticis: quoniam sine hac, nec vxor, nec filij, & multo minus famuli parebunt domino. Quod quidem verum esse rectè explicuit Tullius exemplo Appij, dicens: *quatuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat, & senex, & cæcus. Intentum enim animum, tanquam arcum habebat. Nec languescens succumbebat senectuti. Tenebat, non modò auctoritatem, sed etiam imperium in suos, metuebant serui, verebantur liberi, carum omnes habebant: vigeat denique in illa domo mos patrius, & disciplina, &c.* In quo loco breuiter proposuit Cicero potissimas conditiones, quas debet seruare optimus paterfamilias circa domesticam gubernationem: eas scilicet, quas seruabat Appius. Nam his obseruatis ab ipso Appio, licet senex, & cæcus esset, ita potuit robustos filios, & filias, seruos, & famulos subiectos habere, vt ab omnibus valde timeretur, & diligeretur. Quod quidem ideo præstare potuit, quia diligentissimus, & attentissimus erat ad obseruantiam virtutum, & ad ea omnia, quæ necessaria erant ad victum, & veltitum. Nam auarum, & negligentem patremfamilias impossibile est amari, & timeri à domesticis: quia, vt inquit Aristot. lib. i. œconomico, nisi paterfamilias bonum diligentix exemplum in propriis negotiis de se præbeat, nullus suorum ministrorum diligens erit. Quoniam impossibile est, vt inquit, non diligentis domini diligentes esse vicarios. Propter quam causam laudat consuetudinem Persicam: censebant etenim Persæ proprium esse domini omnia iubere, & omnia inspicere. Laudat quoque Aristot. sententiam Dionysij tyranni dicentis nullum hominem habere parem curam alienorum, & suorum. Vnde approbat dictum quoddam Persicum, & aliud Lybicum. Persa enim rogatus, quid equum maximè pinguem faceret? respondit, *oculus domini*: Lybicus vero rogatus, quod sterquilinum agro foret optimum? *Domini*, inquit, *vestigia*. Quæ quidem omnia sapientum, expertorumque hominum dicta denotant, tunc omnia negotia domestica, vel politica rectè fieri à ministris,

cum ministri contemplantur diligentes, omniaque insipientes dominos esse. Rarissimus enim ministrorum diligens, & fidelis perseverat cum vecordia heri.

Quapropter paterfamilias, aut quilibet Princeps, debet frequenter examinare opera ministris commissa, etiam opera eorum, qui magis fideles esse videantur: quod si aliqua præter finem intentum à domino fecerint, sine reprehensione non maneant: quemadmodum si rectè, atque perfectè facta fuerint, laudari, & honoribus affici à domino debent ministri: talis enim debet esse paterfamilias circa domesticos, vt Rex circa subditos, vt libro i. docuit Columella, quod meliores ita foueat, & non ita bonis multoties parcat, vt potius timeant eius seueritatē, ac vigilantiam, quàm crudelitatem detestentur. Quam vigilantiam domino necessariam significare voluit Aristot. cum dixit patrefamilias debere accubitus ire posterius, & expergisci prius, quàm seruos, ne vquam incustoditam, atque sine speculatore maheat domus. Et hæc animi intentio similis tentioni arcus, quam dixit Cicero habuisse Appium. Oportet autem eum, qui obedientiam subditorum conseruare voluerit, simul cum vigilantia imperium, auctoritatem in verbis; & abundantiam semper, & eodem modo conseruare, vt faciebat Appius, qui cæcus, & senex cū his conditionibus fuit optimum exemplum optimæ domesticæ gubernationis.

Debent autem hoc in suis domibus tanto amplius obseruare Reges, quàm subditi, quanto magis imminuitur auctoritas regia, propter imminutionem regie existimationis, siue venerationis apud domesticos, & populum, quàm auctoritas subditorum. Potissima tamen causa conseruandæ auctoritatis apud suos domesticos est vigilantia vitæ simul cum virtute, terribilem scilicet debet se præbere in arduis, & inexorabilem in iniuriis. Nam ex tali viuendi modo, non solum apud domesticos, sed etiam apud vulgum, nascitur iusti hominis apprehensio, & oritur quoque ea gloria, quæ dicitur à Cicerone, vulgata, & illustris propriorum meritorum fama: nā incorrupta, & perfectissima vox eorum, qui bene iudicant de excellenti alicuius hominis viuendi, aut gubernandi modo, est præmium humanæ sapientiæ.

Vna autem ex conditionibus, minimeque non contemnenda, est debitus ministrorum numerus: debet enim in hoc pater

*Paterfami-
lias siue Prin-
ceps circumspectio erga
domesticos.*

*Gubernatio-
nis domesticæ
exemplum
optimam.*

*Auctoritas
regia apud
domesticos
qua ratione
conseruanda.*

*Ministrorum
numerus nec
deficiens, nec
excedens esse
debet.*

paterfamilias obseruare id quod natura in suis operibus: ita, vt ad necessariam administrationem rerū domesticarum nullus deficiat, neque aliquis abundet. Nam defectus ministrorum, defectum ac imperfectionem causat in actionibus: sic etiā vulgata ministrorum confusio maximi est detrimenti. Nam semper multitudo inordinata famulorum deterius se habuit ad domesticas actiones, quam composita, vt docuit Arist. 2. *polit. c. 1.* Ibi enim dixit in seruilibus ministeriis deterius inferuire multos famulos, quam paucos, & præter hoc multitudo facit, vt nullus sufficiens accipiat præmium, nec congruam sustentationem. Ex quo quidem fit, vt omnes in sempiterna sint querela, & dominorum omnes fiant inimici, & rapinæ, atque sine fructu domum exhauriant. Quare optimus paterfamilias, siue Rex, siue alius sit, tot debet habere famulos, quot ad opera fuerint necessarij, quibus nihil penoris, aut congruentis mercedis deficiat.

Conuenientissimum quoque est, vt paterfamilias cuique ministrorum debitum tribuat honorem: nā, vt inquit Arist. 2. *polit. c. 1.* appetibilis est honor, vt non solum bonus minister, sed etiā ignauus honori incubat. Quapropter acerrimè vnusquisque fert, debito honore priuari. Vnde fit, vt nō modò domus, sed, & ciuitas, aut regnū, in quo sunt multi homines exclusi à debitis honoribus, plenū inimicorum sit, vt 3. *polit. c. 11.* dixit Arist. quapropter 5. *polit. c. 7.* docet, vnam causarum corruptionis reipublicæ esse, quando aliqui inhonorantur, cū sint magni, & nihilo inferiores virtute iis, qui capiūt, vt Lysander, à Regibus. Quod quidē maximè obseruare debet optimus Rex, non solum in domestica, sed etiam in ciuili gubernatione, ne loco famulorum, aut subditorum crudeles habeat inimicos, quod non Regibus, sed tyrannis cōuenit, vt dicemus. Isocrates enim ad Nicoclem maximè desiderat, vt Rex ametur ab omnibus suis, & quod ipse sit amator omnium. Nam, vt inquit, fieri nō potest, vt quisquam recte præsit equis, vel canibus, vel hominibus, vel vlli denique rei, nisi delectetur iis, quorum ei mandata est curatio.

Maxime tamen oportet, vt Rex rectam semper faciat famulorum, domesticorumque omnium electionē. Est etenim inseparabile inuidiæ, & ambitionis virus ab omnibus aulicis: quapropter meliorū semper faciēda est electio, ne autoritas regia propter imprudētes, ac malignos famulos, &

ministros labefactetur. Vnde Isocrates cōsiliū dabat Nicocli Regi, vt semper familiariter vteretur prudētissimis domesticorum, ne aliquid iniusti ob illorum consilia, atque persuasiones committeret.

Conseruatur autē autoritas Regia à famulis, qui sapientes, prudentes, obediētes, & sequaces sunt, vt boues, qui ex sua natura, & nō solum propter lucrū amant suum dominū. Nam ij, qui ad propriū cōmodum potissimè attendūt, in multis negligunt Principis autoritatē: imò sapius eū errare cogunt. Isocrates autē dixit bonos, atque fideles Regū famulos esse, non eos, qui omnia Principū facta, aut dicta laudāt, sed eos, qui illorū errata, & delicta reprehenderint. Turpissimū enim est, & Principibus maximè noxium, atque perditionis prōptissima occasio, laudari à circumstantibus eorū omnes impetus à perturbationibus ortos. Quare tales debet Rex eligere famulos, qui licet eius errata ferāt: nō tamē ipsa approbēt, & non audacia, sed potius prudenti quadā modestia, eadē errata ipsi aduertant. Nā agre tolerat imperialis maiestas manifestā, & audacē famulorum contradictionem. Quapropter prudenter querere oportet modum Principis errata emendandi. Prudēter verò emendantur, si reducantur ad occasionis retardationē, ac morā, & per relationē casuū, ac perditionem aliorū Principum, quæ eis euenerūt ob exequutionē similium affectuū: tali tamen modestia debent ista Principi proponi, vt potius iudicio eiusdē Principis, quam cōsilio, & prudentia monētis mutet opinionem. Est etenim valde odiosa imperilibus animis, cuiuscūque subditorū ambitiosa iactantia. Imo delectantur Principes, & sæpius falsas mutāt opiniones admonitionibus eorū famulorū, qui cū sapientia, & prudētia aliquid salis habent in verbis: ita, vt sine adulationis nota aliquid hilaritatis inducāt, & Principis animū cū delectatione mutet. Nā perpetua tristitia, & amaritudinis repræsentatio, perpetua seueritatis affectio, perpetuaq; de rebus seriis tractatio, in eis hominibus, quibus vtitur Rex ad circularē famulatum, plerūque ipsum tædio afficit, & ineptum reddit ad mutationem opinionis: contra facit prudentum famulorū hilaritas, salis plena loquutio, debita cura, & fidelissima in proprio munere diligentia, leuis ponderositas, leuisque de se existimatio, & de Principe, & de omnibus aliis bona vbicūque loquutio. Nā omnia sunt peruia in aula, & nihil occultum.

Regia auctoritas à quibus famulis recte conseruetur.

Famuli boni & fideles qui dicantur Isocrati.

Principi errata quomodo corrigenda.

Iactantia subditorum quam odiosa Principibus.

Famuli circa Regē quomodo se gerere debeant.

Principi nihil occultum.

Famuli multo deterius ferunt quam pauci.

Ministro cui liber debetur tribuendus honor à paterfamilias.

Reipublica corruptio ex inhonoratio.

Rex ametur ab omnibus suis, & sit amator omnium.

Famulorum domesticorumque electionē facere, quantum Regis interest.

Principi, nihilque ipsi gratum, nisi id, quod cum eius voluntate fit.

*Famuli cuius-
cunque de
se confidentia,
fastidiosa at-
que noxia.*

*Adulatores
procul à re-
gibus arcendi.*

*Scurvis in
quibus vix
possit Rex.*

*Qui in rebus
suis
aut in
rebus
aliis
aut in
rebus
aliis
aut in
rebus
aliis*

*Famuli qui-
na in regibus
fugendi*

Fastidiosa etiam est, & noxia cuiuscunque famuli de se confidentia. Nam, ut dicebat Socrates per Xenophontem, *Fiducia parit negligentiam & inobedientiam: contra vero timor reddit ministros circumspectos, & obediētes, ac ordinatos.* Quapropter debet Rex longe à se repellere simulatos quosdam adulatores: nam adeo execrabiles sunt palatæ adulationes, ut regnum multoties perdere valeant. Quapropter merito Aristot. 4. polit. cap. 4. præcipit, quod Reges non delectentur adulatoribus: quoniam proprium est tyrannorum, ut inquit, uti adulatoribus hominibus, scilicet iis, qui inimicorum dicta, aut facta hinc, atque illinc anxie quærunt, ut tyrannorum gratiā adipiscantur. Hos autem omnino respicere debent optimi Reges, poterit tamē manifestis quibusdam adulatoribus, qui veluti melius scurrarum genus sine noxa delectare conantur, uti. Nam quando isti moderati, prudentiores, & iocosi sunt, sustinent pondus negotiorum per aliquod temporis spatium, quod esse necessarium in superiori lib. probauimus, & præter hoc solent quoque tales homines extendere auctoritatem regiam ad populum. Istud tamen hominum genus nullo modo admitti debet ad grauiora negotia: nam suo immaturo consilio solent isti homines Principes perdere: tum, quia propter propriam leuitatem, facile aperiunt arcana: tum, quia solent muneribus commoti proditores fieri. Ut enim Comicus dixit, *nec iusta sunt petenda ab iniustus, nec seria à lenibus.* Vnde fugiat Rex, ut inquit Cardanus, famulos parui capitis, iuuenes, scēminas valde celeres in sermone, valde mobiles in consiliis, auaros, inuidos, querulos, nimisque tristes, amarulentos, & proteruos, & utatur prudentibus, modestis, parum loquacibus, multum facientibus, pacificis, & similibus. Ex quibus omnibus constat maximè conuenire optimo futuro Regi scire, & exercere eam philosophiæ morales partem, quæ dicitur oeconomicam. Quod quidem facere etiam

tenetur propter aliam causam,
ut sequenti dicemus
capite.

CAPVT IX.

*Quod optimus futurus Rex scire
debeat, propter alias causas, ar-
tem oeconomicam, quia scilicet
aperit ianuam ad regiam gu-
bernationem, & quia maxi-
mam cum ipsa habet affinita-
tem; & consequenter agitur de
bonorum ministrorum necessi-
tate.*

PRÆTER dictā in superiori capite causā, ob quā conueniat optimo Regi scire familiæ gubernandi rationē, antequā aggreddatur exercitium imperialis gubernationis, sunt etiam, & aliæ quamplurimæ causæ. In primis enim rationalis methodus, siue via, demonstrat in quacunque arte incipiendum esse ab iis, quæ sunt magis facilia. Ex quo verissimo principio constat utilissimum, imò necessarium quoque esse in ea arte, quæ docet hominum communem societatem regere, & conseruare debere, incipere talis artis exercitium à leuioribus, ac facilioribus communium gubernationibus. Cum igitur gubernatio vnius domus sit facilior, quam gubernatio multarum, ratio expostulat, ut is, qui multarum ciuitatum gubernator futurus est, incipiat à gubernatione suæ domus. Facilius enim deuenimus ad cognitionem rerum difficilium, atque implicatarum, præcedenti cognitione faciliū, quàm è contra. Vnde rotius gubernandi artis ianua est, ut vnusquisque sciat se ipsum gubernare, deinde, ut suam domum rectè gubernet, ac tandem ad plurimum gubernationē deueniat. Qui verò aliter fecerit, nō arte, sed fortuito, ac temere ad gubernationē multitudinis accedet.

Debet quoque optimus Rex prius se exercere in gubernatione domus quàm deueniat ad ciuilem, regiamque gubernationem, quia domestica gubernatio magis assimilatur gubernationi factæ à Rege, quàm ei gubernationi, quæ non ab vno, sed à multis fit. Nam, ut inquit Aristoteles 3. polit. cap. vndecimo, gubernatio patrisfamilias est regia quædam potestas domus, & regia potestas ciuitatis, aut gentis, est quasi domestica quædam gubernatio.

Vnde

*Principium
à faciliori-
bus sumen-
dum in om-
ni arte.
Gubernatio-
nis exercitiū
incipere de-
bet à leuiori-
bus.*

*Rex prius in
gubernatione
domus quàm
ciuitatis exer-
cere se debet*

Vnde Rex is dicitur, qui ad exemplar alicuius domus gubernationis plurimum gentium habet potestatem. Quapropter is, qui rectè intellexerit ea omnia, quæ ad domus gubernationem, & custodiam fuerint necessaria, multo facilius gubernare sciet, quàm is, qui illa ignorauerit. Vnde Isocrates exorabat Reges, vt non aliter monarchiam, quàm propriam domum gubernarent. Quapropter, vt refert Xenophon multis rationibus conabatur Socrates conuincere Nichomachidem, quia negabat gubernationem domesticam similem esse regiæ gubernationi. In primis enim dicebat Socrates commune officium esse vtriusque gubernationis, regiæ scilicet, & domesticæ, omnes subditos sibi obediētes efficere. Deinde commune etiam esse ait, præcipere, siue commendare cuilibet solum ea, quæ facere nouit, dare scilicet quibuscūque operibus proprios artifices. Cōmune quoque est bonos afficere præmiis, & malos affligere pœnis, & conari omnes subditos sibi beneuolos, socios, atque coadiutores facere, & suarum rerum custodes diligentes, & industrios acquirere. Sic quoque eodem modo cōpetit Regi, atque patrifamilias maximam habere industriam, ac sedulitatem in conseruanda, ac gubernanda domo, aut monarchia, & scire, quod quemadmodum nihil est tanti lucris siue vtilitatis, quàm proprios inimicos vincere, sic nihil est adeo miserrimum, quàm ab eisdem vinci. Propter quod, quemadmodum conuenit patrifamilias semper habere tutam domum, non solum ab externis, sed ab internis latronibus: sic Regē oportet maximè esse perspicacem in inhibenda vi internorum, & externorum inimicorū. Præterea, vt expedit patrifamilias omni sedulitate, atque prudentia facere, vt omnes domestici simul cum lege diuina leges à se propositas obseruent, vt in pace, & in concordia, non solum conseruetur, sed in dies augeatur domus: sic optimus Rex tenetur facere, vt omnes subditi non transgrediantur leges, & patria instituta. Nam, vt inquit Socrates ea monarchia erit in pace beata, & in bello inuicta, in qua subditi legibus parebunt. Ex obedientia enim legum nascitur inter subditos concordia, & ex hac felicitas, & robur subditorum oritur. Siue concordia autem, vt idem dicebat, neque ciuitas bene gubernabitur, neque domus bene habitabitur. Vnde tanti faciebat Marcus Agrippa cōcordiam, vt per solam eam paruas accrescere res, & per discordiam magnas dissolui di-

ceret. Et propterea dicebat se cōcordiā inuenisse optimum fratrem, & amicum, vt refert Seneca c. 94. Deinde quemadmodū tenetur paterfamilias bene vti rebus familiaribus ad conseruationem suæ familiæ, & ea aduersa, quæ absque propria culpa eueniunt moderatè perferre: sic Imperator debet semper cautè, ac bene vti iis rebus, quibus conseruatur monarchia, ad sui Imperij conseruationem. Quod si nullo cōmitto errore, nullaque sui negligentia, aliquid aduersum euenierit, magno animo, & sedulā reparatione id perferre debet. Est etenim hoc in vtraque gubernatione magis gloriosum, quàm secundis rebus bene vti. Nam, vt inquit Arist. i. *æconomico* c. 1. non est parum secundis rebus bene vti: attamen aduersas moderatè perferre, multo maius est existimandum. Celsi enim animi est indicium, bene se gerere in aduersis rebus, magnisque calamitatibus, & iniuriis. Vnde ij, qui in talibus aduersitatibus prudenter se habere sciunt, atque easdem sine exteriori dolore patiuntur, memoriam sempiternam, ac laudem sibi parant, vt contigit Vlyssi, & Allecti, vt refert Aristot.

Inter alia verò debet paterfamilias bene se habere circa propriarum pecuniarum vsum, & Imperator circa communium: nam quemadmodum ille conseruatos debet habere numos ad necessarios, ac familiares sumptus: sic Rex ad regios, ad monarchicos. Equè enim, seruataque certa proportionē, Rex, similiter & paterfamilias contumelia afficitur, si ob negligentia, & ob imprudētes sūptus, deficient numi ad necessarios. Nā, vt inquit, Arist. frustra labore querit is, qui nescit tueri, sed sicut aquā per cribrū numos fluere permittit.

Plato in 1. *Alci.* narrat modum, quo Lacedæmonij multam auri copiam coaceruabant, dicens: *Auri verò, & argenti apud Lacedæmonas copia tanta, est quantam ne vniuersa quidē reliqua Græcia possidet. Multa enim iam secula infertur quidē illuc ex vniuersa Græcia, sæpe etiam ex Barbaria, effertur autē nusquam. Sed reuera quemadmodum in Æsopi fabula vulpis leoni dixit de ferarum vestigiis: sic in numorum vestigia ingredientium Lacedæmonem trita quidem in puluere videntur, egredientium nusquam videntur. Vnde coniectare licet Lacedæmonios auri, atque argenti Græcorum omnium esse ditissimos, &c.* Quibus verbis vnicum, ac vtilissimum proposuit remedium Plato ad conseruationem numorum: quod quidem obseruare tenetur paterfamilias ad familiæ

Rebus tunc secundis tum aduersis quomodo videntur.

Circa pecuniarum vsum qua ratione se habere debeant paterfamilias & Rex.

Lacedæmoniorum modus in multa auri copia conseruanda.

Numorum conseruatio & vsum.

Monarchia sicut propria domus à Rege gubernanda.

Socratis rationes aduersus Nichomachidem negantem domesticam gubernationem similem esse regiæ.

Patrifamilias & Regis æquiparationes nonnullæ.

Monarchia beata, quia.

Concordia inter subditos unde oritur, & quam siue necessaria.

Regni perditio ex ararij publicis consumptione.

Ministorum bona electio, & examen frequens circa eorum opera ad civilem gubernationem requiruntur.

Isocratis ad Nicollē quo ad Regis amicos consilium

Ministri Regis non debent esse veluti mercenarij.

societatem tuendam, & Rex ad monarchiæ conseruationem: ita tamen, vt ornari præsentibus numis decenter sciat vterque. Nam huius rei gratia habere numos oportet, vt dixit Aristoteles. Dixit autem D. Tho. 2. de regim. prin. cap. 7. eodem modo perire regnum, cum perit ærarium publicum, ac perit totum animal, cum in vetriculo omnino deficiat cibus. Perit verò publicum ærarium, vel ob inordinatos & imprudentes factos à Rege sumptus, vel nimiam subditorum paupertatem, ex quibus reficitur regium ærarium. Debet igitur optimus Rex conseruatum habere ærarium, & eius radices, vt prudens paterfamilias suum patrimonium.

Præterea, quemadmodum, vt diximus, ad conseruationem familiæ societatis necessarium est, non solum bona famulorū electio, sed quod dominus strenuam semper habeat vigilantiam, ac perspicuitatem super ipsos: sic ad conseruationem ciuilibis, siue regalis societatis necessaria est, non solum bona ministorum imperialiū electio, sed, quod eorum opera sæpius, ac diligentissimè examinare iubeat Rex. Scire tamen prius oportet ex Aristot. 4. polit. c. 15. Regē multis indigere ministris ad civilem gubernationem rectè efficiendam: Nam, vt monet 3. polit. cap. 12. debet imperator ad suum munus rectè adimplendum, multos sibi comparare oculos multas aures, multas manus, & multos pedes: præficere scilicet sibi debet tales ministros qui sint, veluti veri oculi Imperatoris, veræ aures, pedes, & manus: ita vt eis adeo fideliter possit Rex committere curam totius gubernationis, ac si ipse per se ipsum totum ageret. Vnde merito iubet Arist. debere Regem eligere ministros sibi pares in gubernando. Quapropter utile est consilium, quod dedit Isocrates Nicocli dicens: in amicitiam recipe, non quoslibet, sed tua natura dignos, neque cum quibus incunctissimè tēpus teras, quorum opera urbem optimè gubernes, &c. Nam vt inquit D. Thom. 2. de reg. Princ. ad bonam faciendam gubernationem maximè oportet, vt ministri, ita suo principi sint conformes, sicuti totius corporis membra capiti conformia debent esse: ita, vt si Rex iubeat, & velit per iustitiam, & æquitatem, omnique sublato affectu gubernare, ipsi non sint, vt inquit Plato, veluti mercenarij, ac veluti canes, qui educati à domino ad tutelam ouium, ipsi easdem dilacerent, ac laboribus premant, & fraccescant. Quos quidem ministros dicebat Socrates per Xe-

nophontem similes esse bubulcis, qui ad custodiam bouum electi à domino pauciores, & deteriores reddunt boues. Nam, cum scribani, inferiores iudices, ciuitatūque particulares gubernatores, & alij regij ministri sint vltimi exequutores omnium rerum attinentium ad gubernationem: sunt etenim sicuti ij artifices, qui propriis manibus conficiunt aliquod opus à superiori aliquo artifice imperatum talis euadet subditorum gubernatio, qualem eam fecerint ministri, non qualis fuerit imperata à Rege. Vnde si ministri, cupidi aut ignorantes sint, & Rex non sit diligens in sumenda de illorum factis ratione, pestilens orietur gubernatio, etiam si Rex contrarium desideret. Nam quemadmodum idem est gubernare mulieres, siue homines ignorantes, ac gubernare aliquem Regē, qui gubernatus, siue ministratus sit à mulieribus, aut ab hominibus ignorantibus: sic etiam dicere possumus, idē esse gubernare ministros auaros, aut ignorantes, ac gubernari ab aliquo Rege, cuius ministri sint auari, superbi, & ignorantes. Quapropter valde cauere oportet optimum Regem, ne suam tradat monarchiam similibus ministris. Sed potius iis qui sint fideles, iusti, omnium periti, & vere amatores ipsius Regis. Nam ij, qui Regē potius quā propriam commoditatem amant, eiusdē Regis, eiusque monarchiæ conseruationem potius quā propriam vtilitatem semper conātur. Causa enim ministorū, & solent augmentum accipere regna, & robustiora aduersus causas corrumpentes fieri, & solēt quoque ad minus ad senectutemque perducī, ac eorum potētia aboleri. Nam, quemadmodum propter bonam gubernationem florescunt: si propter malam eneruantur, ac sine causarum externarum incurfu dissoluntur. Quod quidem damnum, ita latēs, ac exiguum solet esse à principio propter exiguitatem suarū causarum, vt propter exiguitatem non aduertatur: breuiter tamē ad irremediabilia deuenit vitia. Magis autem cōuenit optimo Regi, ita incorruptibile reddere suum regnum, vt perpetuū fiat, quā facile corruptibilem eiusdē monarchiæ extensionem quærere. Quare merito Arist. 5. polit. c. 11. laudat Theopompum Regem, quia minuit regiam auctoritatem, vt tempore durabiliorem eam efficeret. Nam cum iste Rex reprehensus esset à sua vxore dicente: An nō erubescis, quod filiis minorem potestatem regiam derelinquas, quā à parentibus accepisti? non profecto, inquit ille: nam relinquo eis durabiliorem.

Generatio inferiorum ministorum qualis.

Ministro rum cupiditas nimia & ignorantia quam pernicioſa.

Regni augmentum & robur à fidelibus iustis & peritis ministris.

Theopompus Rex laudatur ob regiam auctoritatis diminutionem & ut durabiliorem eam efficeret.

Cxte

Rex Christianus aduersus suam auctoritatem non debet ferre contumeliam.

Cæterum, quamuis Christiani Regis potissimus finis non sit, ideo monarchiam extendere, vt multis dominetur, sed multos ad obseruantiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ reducere: si tamen à finitimis iniuste spoliari videatur, non debet Catholicus Rex contra suam auctoritatem, contumeliam pati. In tali enim casu tueri debet suum honorem, licet ad id subditorum copiarum absumantur: propterea: enim dixit Spiritus sanctus: *honorem tuum alteri non dabis.* Sed hæc obiter dicta sint. Præcipuum enim intentum erat probare optimo conuenire Regi æconomicam philosophiæ partem scire; consequutione tamen quadam de bonorum ministrorum necessitate diximus. Restat verò nunc probare nullum Regem arte gubernare posse sine cognitione artis politicæ.

CAP V T X.

Quòd optimus Rex debeat obtinere ad sui, & ad politicam gubernationem quatuor virtutes Cardinales, siue imperiales.

Ars politica siue civilis duplex.

Superius diximus, politicam siue civilem artem duplicem esse, vnam ministram, siue manuariam, & alteram architectonicam, siue imperialem, & hanc habere talem dignitatem, vt sine manuali operatione, reliquam iubeat, & ordinet, & leges, & instituta bene viuendi condant: constituit enim præcepta, quibus communis hominum societas in pace conseruetur, & omnes eos, qui societatem constituunt, ad honestum viuendi modum ducat. Cuius supremæ scientiæ artificem diximus esse Regem. Ex imperatore enim, tanquam ex capite, fluere debet in vniuersum corpus monarchiæ, bona gubernatio eiusdem monarchiæ. Nam quemadmodum in humano capite sunt omnes imperantes potentiæ, & ex eo facultas sentiendi, & mouendi ad totum diffunditur corpus, quibus mediâtibz facultates imperiales in capite manentes ea, quæ præcipiunt, exequantur: sic in Rege, tanquam in capite totius monarchiæ, debent esse omnes virtutes morales, potissimè eæ, quæ dicuntur imperiales, in tam supremo gradu, vt ob Regis influxum omnia subditorum opera sint iusta,

Gubernatio bona ex imperatore tanquam ex capite.

Virtutes omnes morales necessariae sunt Regi.

temperata, & cum prudentia, & fortitudine facta. Vnde Rex ille diu poterit conseruare suorum subditorum vnionem, cuius opera fient cum temperantia, fortitudine, iustitia, & prudentia. Nam solus talis Rex poterit iuxta dictas virtutes temperatos habere subditos. Virtus enim Regis sibi, & subditis prodest, vt dicebat Isocrates, & à nobis dictum est.

Virtus Regis sibi & subditis prodest.

In primis igitur est necessaria optimo Regi prudentia, ad subditorum rectam faciendam gubernationem: nam, vt superius diximus, prudentia non solum est magistra priuatæ, sed, & ciuilis, siue communis vitæ. Ea enim est, quæ ducit ad optimum finem omnes humanos actus: priuatos scilicet, & ciuiles: cum ipsa sola sit virtus, quæ per conuenientia media, per propriasque vias ipsos dirigit actus, & debitum ipsis imponit modum, cum scilicet, qui in tali itinere seruari debet.

Prudentia quam necessaria Regi.

Quod autem prudentia magis propria sit imperatoris virtus quam subditorum, videtur docere Arist. 3. polit. cap. 3. dicens: *prudentia verò propria virtus est presidentis.* Nam ceteræ quidem virtutes videntur communes, tam eorum, qui præsunt, quam eorum, qui subsunt. At prudentia non est virtus eius, qui subsit, sed opinio vera, &c. Et agens de magistratibus, inquit, magistratum esse debere bonum atque prudentem. Et Plato in exhortatorio affirmat: decere eum hominem, qui res maximas gerit, maximam quoque habere prudentiam. Sic etiam Isocrates inquit: *illud autem perspicuum est, oportere eos, in quibus facultas regnandi esse debeat, & qui his de rebus deliberaturi sint, non secordè sese dare, sed providere, vt sint aliis longe prudentiores.* Constat enim, quomodum ipsi animos suos excoluerint, ita etiam eorum regna se esse habitura, &c. Et agens de vtilitate, quæ euenit subditis ex temperantia Regis, inquit: *Si forte ita acciderit, vt reliqua leuiora gaudeas, dissimula, rerum maximarum studium ostenta. Noli putare aliis viuendum esse moderatè: regibus verò perturbatè, sed tua temperantia fac aliis exemplum.* Nec ignores totius ciuitatis mores ad exemplum magistratuum conformari, &c. Durum tamen regibus est huius virtutis opera exercere, vtpote, quod ipsi omnia mundi delectabilia passim offerantur: ita, vt raro propter necessitatem comedant, bibant, aut coeant, sed potius propter solam voluptatem, & in hoc ad extremum luxuriæ multo magis, quam belluæ deueniunt, ita, vt non semen, sed sanguinem soleant

Magis pertinet ad imperatorem quam ad subditos.

Prudentia opera exercere quam durum sit regibus.

110 Tr. V. de opt. Regis institut.

*Darius sitis
extrema per
aquam facti-
dam.*

excernere. Vnde ipsis cōtingit id, quod de vitiosis hominibus dixit Seneca, ut scilicet potius querat ea, quæ excitant appetitum, quàm ea, quæ famem, & reliquas corporis necessitates adimplent. Vnde Darius fugiens inimicos per desertâ, maximaque siti oppressus, cū inuenisset aquâ maximè turbidâ, & multitudine cadauerum fœtidam, bibit, & cōfessus fuit, nunquam se bibisse iocundius. Quod quidem accidit, quia nunquam cum verâ siti biberat. Idem ferè euenisse Ptolomæo Regi asserit Tullius *tertio Tusc.* Nam cum peragrasset Ægyptum, comitibus non consequutis, coactus fuit, propter ingentem famem, panem cibarium à quodam accipere, ex quo cum comedisset, dixit, nihil se comedisse illo pane iocundius. Quapropter difficile est Regem temperatum obseruare, tum propter fragilitatem humanæ naturæ, tum propter promptitudinem, qua omnia delectabilia ipsis astant. His tamen non obstantibus optimo conuenit Regi ad politicam gubernationem temperatè efficiendam temperatè viuere.

Iustitia throni Regij stabile firmamentum.

Quod autem iustitia sit potissima virtus, qua firmus atque stabilis matet thronus regius, dixit Salomon in prouerbiis. Iustitia enim potissimè conseruatur sociorum societas, ut constat ex eius effectibus, ut superiori lib. diximus. *Iustitiam publicam* voco, inquit Marcellus in arg. 1. *Alci. legitimam distinctionem, qua singuli, licet sub eodem Principe, & ad eundem finem, hoc est publicum bonum, diuerso tamen tramite proficiuntur, variamque officiorum distributionem, pro natura, & dignitate vniuscuiusque, à legibus, & natura assignata seruât. proprioque munere sine usurpatione alieni funguntur, &c.* Vnde hanc solâ virtutem appellat Arist. 3. *polit. cap. 8.* sociabilem, ipsamque sequi cæteras virtutes affirmat. Hæc enim conseruat societatem in pace exhibendo vnicuique quod suum est, & emendando excessus, & defectus eorum omnium commerciorum, quæ attinent ad bonum publicum, & particulare. Vnde Plato 3. *de leg.* inquit: Oportet itaque, ciuitatem, quæ pro humanis viribus salua, fœlixque futura sit, rectè honores, & ignominias distribuere. Et postea: hæc si quis legislator, ciuitasve transgreditur, vel pecuniam præ cæteris honorando, vel posterius aliquid honore prius collocando, neque sanctè, neque ciuilitè faciet, &c. In quo loco saluam, & fœlicem prædixit fore monarchiam, vel ciuitatem, cuius Rex iustam fecerit distributionem honorum, & ignomi-

Felicem reddat monarchiam, & quomodo.

niarum: eam verò monarchiam, cuius gubernator honores distribuatur, non propter merita subditorum, sed propter pecuniam, aut aliam similem causam, infœlicem esse prædixit, quia transgreditur sanctitatem, & naturalem, ac genuinum ciuitatis, seu monarchiæ gubernandi modum.

Quapropter merito dixit Cicero iustitiam esse reginam omnium virtutum, id est virtutem, quæ magis conuenit Regi, quia, ut asserit, iustitiæ fundamentum est fides, & fides secundum Senecam *epist. 88.* est sanctissimum humani pectoris bonum, quod nulla necessitate ad fallendum cogitur, nec vllò corrumpitur præmio. Quæ quidem omnia si in Rege inueniatur, & si secundum eadem ciuitatem, & regnum gubernet, impossibile est, quin Societatis vinculum firmissimum euadat. Ex quibus manifestè constat, simpliciter necessariam esse optimo Regi iustitiam. Vnde merito sapientissimus ille Socrates eam appellauit regalem virtutem.

Regina est omnium virtutum.

Fides secundum Senecam est sanctissimum hominis bonum.

Regalis appellatur à Socrate.

Fortitudo quoque debet in optimo Rege plusquam in omnibus subditis efflorescere: nam cum, ut diximus superius, fortitudo sit præstantissimus quidam habitus medium habens inter timorem, & audaciam, quique semper versetur circa maxima honorabilia, & in omnibus illis honestum eligat finem: necessarium est, ut Rex ita excellentem habeat fortitudinem, quod omnibus suis subditis debitum imponat ordinem circa honorabilia. Teneatur enim Rex omnes suos subditos reddere inconcussos ad minas inimicorum, & in malis, atque in mortis periculo intrepidus, ita ut potius præclare mori, quàm turpiter viuere appetant, eisdemque efficere debet in rebus aduersis ac difficillimis alacritatem, & bonum exitum spectantes, audaces, & animo præstantes, generosos, & industrius. Nam hæc sunt regiæ fortitudinis effectus.

Fortitudo magna in rege quàm in subditis efflorescere debet: quoniam illius effectus.

Quod optimus Rex debeat esse magnanimus, atque magnificus.

PRæter dictas regias, ac cardinales virtutes, quas optimis regibus necessarias esse probatum est, sunt & aliæ virtutes, quæ si in Rege inueniantur, totam regiam maiestatem adimplent: sin minus, fere totus maiestatis regiæ nitor, ac splendor

Magnanimitas & magnificentia necessitas in regibus.

Libervnicus, Cap. X. III

dor subtrahitur. Nam quamuis non sint ita necessariae ad subditorum bonam gubernationem efficiendam, ut quatuor virtutes, de quibus egimus in superiori capite: sunt tamen necessariae ad magnificandam, & ampliandam imperialem maiestatem.

Reges magis quam subditos decet magnanimitas.

In primis enim multo magis conuenit Regibus esse magnanimos, quam subditis: nam cum, ut dictum est lib. superiori, haec virtus versetur circa magnum honorem, qui soli Deo primo, & per se debetur, & solum propter quandam similitudinem iis solis hominibus, qui magnum obtinent animum: hinc est, quod magis competat Regi, quam subditis esse magnanimum. Est etenim Rex veluti Deus inter homines, ut diximus. Deinde cum Rex maximè omnium perfectas debeat obtinere omnes virtutes morales, necessarium est, ut simul obtineat magnanimitatem, cum sit reliquarum omnium fundamentum, & ornamentum. Ideo enim, ut cum Aristot. dicebamus, magnanimus in vnaquaque virtute est magnus. Praeterea magis proprium debet esse Regi paruos honores, & paruas iniurias despicere, quam subditis: quemadmodum plus conuenit Regi, quam priuatis, magnos appetere honores, grandesque non pati offensas, & ferre aequo animo magnas prosperitates, & aduersitates, quae quidē sunt magnanimitatis effectus. Magnanimus enim habet quādam animi altitudinē, & pōdus, quibus dignoscit humanarum rerum inconstantiam, earumque mutationum facilitatem. Harum enim cognitio, & praemeditatio potissimè conuenit Regibus. Vnde D. Tho. 1. de reg. cap. 7. inquit: *nihil autem Principem, qui ad bona peragenda instituitur, magis decet, quam animi magnitudo.* Quare incompatiens esse dixit Regis officio humanae gloriae praemium, nam, qui bene suum officium administrare conatur, debet gloriam, & reliqua bona temporalia despiciere, & solum ad sempiternam aspicere.

Gloria humana praemium non calet in Regem.

Magnificens est maximè decet Reges: illius, & qui affectus.

Maximè quoque optimo conuenit Regi, non solum ad ciuilem pacem, sed ad propriam auctoritatem conseruandam, esse magnificum: nam magnificentia, & liberalitas, ut in superiori lib. diximus, sunt virtutes, quae versantur circa distributionem pecuniarum: ita tamen, ut magnificentia contineat liberalitatem, & non è contra. Magnificencia enim solum versatur circa splendidissimos, magnosque

sumptus, quos efficere solum conuenit Principibus. Nam deliraret, ut inquit Aristot. ciuis particularis, qui magnos, regios, nimisque honorabiles sumptus aggrediretur. Tales enim sumptus non debent cum parcimonia, aut cum dolore consumptionis pecuniarum fieri, sed potius cum voluptate, & sufficienti abundantia, & propter honestum finem tentari: quia aliter non esset virtus magnificentia. Quapropter cauere debent Principes in faciendis magnis sumptibus ab auaritia, & prodigalitate. Auarus enim Rex amitteret auctoritatem, dignitatem regalem, & similitudinem, quam cum Deo habet in dandis necessariis sine dolore. Nam in distribuendis honoribus, & pecuniis magnificè magis similis Deo est Rex, quam priuatus. Vnde perpetuò, ut Deus, debet cum aequitate dispensare honores, & diuitias: praesertim iis, qui monarchiam magis tuentur, atque conseruare conantur, & iis, qui Regi ipsi semper assistunt. Maximè enim confert ad regiae dignitatis conseruationem domesticorum satietas, & splendor. Vnde Isocrates debere Regem dixit ostentare magnificentiam in magnifico ornatu, & supellectile, & primos, & veros honores facere in coniunctissimis, & beneuolentissimis. Nam sumptus, quos Rex in his rebus fecerit, stabiles esse asserit sibi, & suis posteris. Debet tamen Rex in his, & in aliis omnibus sumptibus fugere quoque iniustitiam, & prodigalitatem. Nam sunt aliqui Principes, qui perditos, & nullius utilitatis homines conantur diuites facere, in eisque patrimonium absumant, quia turpem aliquam, & flagitiosam voluptatem ipsis Principibus afferunt: hominibus autem, à quibus vera suscipiunt beneficia, nihil dāt. Quod quidem adeo est iniustum, ut maximè obscurare valeat regiam auctoritatem, ac maiestatem. Vnde Isocrates dixit Reges debere ostentare magnificentiam, non in iniustis faciendis sumptibus, sed in conuenientibus: in iis scilicet, qui honestum habent finem. Nam quemadmodum cum superfluis, & iniustis sumptibus verè praedixit citò, & cum dedecore perituram magnificentiam: sic cum sumptibus verè magnificis augmentum accipere praedicere potuit. Sed tempus est, ut probemus, conuenientissimam esse Regibus mansuetudinē, siue clementiam.

Principes magnifici conueniunt debent ab auaritia & prodigalitate & quia in re Deo magis similes sunt.

Iniustitia & prodigalitas fugienda principibus.

Magnificencia, iuxta Isocratem, in quo consistat.

CAPVT

112 Tr. V. de optimi Regis instit.

CAPVT XI.

Probatum multis rationibus, natura more, Salomonis, & grauiſſimorum autorum testimoniis, necessarium esse optimo Regi, ad conseruationem, & augmentum suae monarchiae cum mansuetudine gubernare.

Est & alia moralis virtus Regibus maximè necessaria ad communem amicitiam, & subditorum omnium beneuolentiam retinendam, & ad durabilitatem monarchiae comparandam. Nam cum Rex non sit dominus ferarum, aut seruorum hominum, sed rector, & ductor liberiorum, eorumque societatis conseruator, eo modo, atque tenore debet subditos gubernare, quo exoptulat propria natura subiectionis, qua subditi sub fauore, & protectione Regis sunt constituti. Cum igitur liberi non subiiciantur suo Regi seruiliter, siue despotice, sed potius ciuili, siue regia quadam subiiciendi ratione: ita ut non ut serui totam libertatem perdant, sed partim maneant subditi, partim uero liberi: necessarium est, ut regantur à vero Rege non ut reguntur serui à Domino, mèra scilicet asperitate, meroque seruili imperio, nec mera mollitie, atque licentia, quasi nulum haberet Rex super ipsos dominium, sed potius prudenti quadam clementia, siue mansuetudine, quae est media gubernatio inter seruile, & eam, quae est omnino licentiosa. In hoc uero cap. agemus de clementia, siue mansueta Regū gubernandi ratione, & eiusdem utilitatibus, & in sequenti de extremarum gubernationū damnis.

In primis igitur clementem gubernationem appellat Aristot. 4. polit. cap. 11. gubernationem temperatam ex duabus extremis, ipsamque meliorem, & durabiliorem esse dixit: quia talis gubernandi ratio causat amicitiam, siue beneuolentiam subditorum erga Regem: de qua amicitia subditorum erga gubernatorem agens Aristot. 2. polit. cap. 2. dixit esse maximum ciuitatis bonum. Et Platon lib. 1. de leg. Principem querit amicitiae subditorum conseruandae peritum. Nam Principis offici-

cium esse asserit praesentem subditorum amicitiam conseruare, & semper conari maiorem quotidie ipsam reddere. Cuius rei dat causam Isocrates, dicens Regis custodiam tutissimam esse in virtute amicorum, in beneuolentia ciuium, & in propria eiusdem Regis prudentia. Ab his enim rebus comparat Rex legitimam suorum subditorum ad quoscunque euentus, obedientiam, & uehementem affectum sui Regis & monarchiae conseruandae. Nam ij subditi, qui suum amant Regem, propter meritos honores, meritaque beneficia ab eodem recepta, diligentius, & fortius pro eodem in tempore necessitatis pugnant, quàm ij, qui iniuriis, & asperitatibus immeritam iniuriam ab ipso receperint. Solent etenim iniuriae, ut inquit Virg. alta mente reconditae diutius manere. Quapropter optimo Regi necessariò conuenit semper uti ea gubernandi ratione, quae liberis hominibus debetur secundum propriam libertatis naturam: media scilicet inter asperam, & mollem, quae est mansueta, siue clemens gubernandi ratio. Quod quidem probare oportet ex effectibus istius virtutis, quibusdam probabilibus rationibus, & grauiſſimorum hominum autoritatibus, ut sciant Reges solum mediantibus his virtutibus perpetuas fieri posse monarchias: quemadmodum contrariis uitiis facillime corrumpi, atque dissolui, etiam si alias meriti status leges obseruent. Quod quidem rectè considerans sapientissimus ille Seneca duos Regibus omnibus maximè utiles libros de clementia suo Neroni dicauit, ut ipsum scilicet ad hanc utilissimam gubernandi rationem semper inclinatum haberet. Quod fecisse Senecam aliqui dicunt, quia ipse prauiderat in anima Neronis latentem quandam crudelitatis radicem. Haec tamen opinio est contra uerba eiusdem Senecae, qui, ut superius dicebamus, certum fecit Neronem 2. lib. de clementia, se scripsisse non animo adulandi, ac blandiendi auribus, quia eius mos potius erat aliquam iniuriam causare ueris, quàm placere adulando. Tum praeterea dixit Neroni se motum fuisse scribere de clementia, ob unam uocem, quam audiuit ab ore eiusdem Neronis, certò significantem animi quandam generositatem. Nam cum Nero epistolam legisset cuiusdam fidelissimi ministri, in qua referebat aliquorum delicta punitione digna, exclamauit dicens: *uellem nescire literas.* Quae quidem uox, si à uero ani-

Regis custodia tutissima in quo posita.

Iniuria alta mente reposita diutius manent.

Gubernatio mansueti perennior.

Seneca libri de clementia Neroni dicauit, ut cur.

Neronis clementia.

Subditi non seruiliter, sed ciuiliiter à Rege gubernandi.

Clementia siue mansuetudo quàm uisilis ad gubernationem.

Gubernatio clemens quae dicitur Aristoteli: quae illius effectus.

Liber vnicus, Cap. X. T. 113

*Bian-
tis af-
fectus, cum
aliquem erat
damnaturus.*

ro animi Principis affectu oriatur, signum est naturalis generositatis, & clementie, simul etiam & iustitie. Nam similis affectus in Biante olim fuit cognitus, qui aliquem hominem damnaturus mittebat vberim lachrymas, & percontati aliquo, quare damnas, & fles? respondebat, *necessarium est dare affectum naturae, & legi propriam sententiam.* Quae quidem erant indicia clementis gubernationis. Vnde illam Neronis vocem tanti fecit Seneca, ut dignam esse iudicauerit ad omnes gentes mitti, ut eandem omnes Reges iurarent, & facerent. Significare enim dicebat quandam Neronis animi mansuetudinem, quam paulatim diffusuram per omne imperij corpus ab ipso Nerone, tanquam à capite sperabat Seneca. Ex quibus manifestè patet non scripsisse libros illos de clementia propter aliquod signum crudelitatis oriens ab animo Neronis, sed potius propter contrarium.

*Clementia
optimo Regi
simpliciter
necessaria.*

Est igitur tota illorum de clementia librorum doctrina cuiusque optimo Regi simpliciter necessaria. Nam cum clementia, ut ipse affirmat, sit virtus, quae nullo modo corrumpit iustitiae munus, sed potius temperat iudicatis animum in ipsa potestate vlciscendi, sitque eiusdem superioris animi lenitas aduersus inferiorem in poenis constituendis, quaeque nullo modo facit in eisdem exigendis flectere animum ad eaque sunt praeter optimam rationem, sed potius in omnibus honestum finem consequi iubet: merito talis virtutis opus debet commendari omnibus optimis Regibus. Scit enim ista virtus distinguere ea vicia, quae sunt emendabilia ab iis, quae omnino sunt deplorata, idcircoque non tollit meritam cuiuscunque poenam, praesertim eorum, qui peccant citra spem alicuius remedij: sed ipsam honestiori quadam via exequi facit.

*Quomodo
dicatur ha-
bere liberum
arbitrium.*

Nam, ut inquit Seneca, eodem modo est crudelitas omnibus nocere, ac nulli. Propterea enim dixit clementiam habere liberum arbitrium, hoc est habere libertatem in iudicando simul cum lenitate. Nam cum sit virtus, nihil facit, quod non debeat fieri, nec aliquid praetermittit, quod debeat fieri, sed solùm temperat animi fortitudinem in exequutione poenarum. Hic enim non loquimur de vulgari illa clementia, quae non ex habitu honesto perficiente animum, sed ab eiusdem animi imperfectione, ex mollitie scilicet, siue pusillanimitate oritur. Haec enim animi abiectio facere solet, ex representatione quorūcūque alienorū malorū, quadam misericordiae specie, etiam si talia mala

*Animi abie-
ctio miseri-
cordiam vi-
tiosam solet
representare.*

sint poenae nocētissimorū hominum. Nam ex horū malorum representatione solent vetulae atque mulierculae lachrymas vberim effundere. Ista tamen lachrymarū effusio non prudentia, sed ex animi debilitate fit, & ideo bene potest coniungi, imo saepius coniungitur cum crudelitate. Sunt etenim tales animi, ut inquit Seneca, sicuti oculi illi, qui ab aliena lipitudine facile inflammantur, & sicuti illi homines, qui semper cum ridentibus rident, & ad omnium oscitationem os aperiunt. Nam quemadmodum hi homines corporalem aliquam debilitatem, aut aliquam internam causam morificam habere videntur: sic ij animi, qui facile contristantur, ac facile irascuntur debilitatem aliquam habere significant. Et de hoc vitio loquitur Seneca, quando cū Stoicis dixit, misericordiam esse vitiosam. Quare non loquimur de ista clementia, quando diximus Reges debere clementes esse, sed de alia, quae non ob debilitatem, sed ab honesto habitu oriri diximus. Haec enim est, quae magis amabiles, magisque pulchros reddit Reges. Nam huic virtuti opponitur crudelitas, quae non solum Reges, sed etiam particulares homines reddit intractabiles, & feros. Est etenim crudelitas, quaedam animi atrocitas, in factis, in verbis, & in exegendis poenis.

*Misericordij
quando vi-
tiosa.*

*Crudelitas
qua passio.*

Probat verò Seneca quamplurimis rationibus Reges debere semper sequi clementiam, siue mansuetudinem, & fugere crudelitatem, & imprudenter iracundiam. In primis, quia Reges sunt capita suarū monarchiarū: nam propter hanc rationem debent tractare subditos, tanquam partes integrantes eiusdem corporis, cuius Reges sunt capita: debent scilicet tractare subditos, ut unusquisque sua tractat membra. Deinde idem probat ex magnitudine potentiae, quam habent Reges erga inferiores: nam quemadmodum est maximè vituperabile in quacūque humana societate multum posse ad malum: sic maximè laudabile est multum posse ad bonum. Vnde Reges optimi constituti sunt à Deo, tanquam protectores, & patres suorum subditorum, potius quam crudeles magistris torturae, siue desolatores. Praeterea cum teneantur Reges esse magis magnanimi, quam subditi, ut dictum est, magis omnium tenentur despicere tolerabiles offensusunculas. Gaudet etenim Rex dulcissimo nomine patris totius monarchiae: unde sepe tenetur exercere erga subditos benigni parentis officia, qui non applicat

*Reges debere
semper sequi
prudentiam
& fugere
crudelitatem
quibus ratio-
nibus probat
Seneca.*

*Patris nomē
conuenit ma-
ximè Regi.*

114 Tr. V. de optimi Regis instit.

Asperitas subditorum vitanda Regibus.

extrema remedia, nisi in omnino suorum filiorum desperatis malis: prius scilicet adhibitis leuioribus remediis. Et quemadmodum clemens, ac prudens pater non debet suorum filiorum animos perpetuis minis, & asperis verbis conterritos habere: sic iustum non est, ut verè Rex temerè affligat fideiū, aut mediocriter peccantium subditorum animos indignis dictis, aut factis. Nam præterquam quod hoc indecens est regali animo, regali quoque officio: irritat, atque malignos reddit animos subditorum. Quod quidem tractandi genus damnosum quoque esse in brutis inuentum est, & ex consequente multum deterius erit in liberis hominibus, qui inter genera animalium magis sunt morosi, maiorique indigent, in sui gubernatione, remissione, & arte. Vnde regnare animo affligendi, potius est gubernatio leonum, vrsarum, aut serpentum, quam hominum, & tanto maius Regis dedecus est affligere subditos, quanto subditi ipso sunt inferiores, ac humiliores. Deinde crudelis, iracundusque Rex amittit diuinam illam similitudinem, quam cum Deo habet. Nam Dei bonitas potissimè, & prius communicatur hominibus in emendandis, ducendisque errantibus, quam in eisdem castigandis. Imo ipse Rex Regum, & Dominus dominantium dixit: *Discite à me, qui amittis sum, & humilis corde.*

Rex crudelis & iracundus amittit diuinam similitudinem.

Rex optimus debet imitari prudentissimum agricolam.

Debet itaque optimus, ac verè Rex, ut inquit Seneca, similis esse prudentissimo, & sapientissimo agricolæ: nam quemadmodum hic non solum colit proceras rectasque arbores, sed etiam applicat quoque adminicula, quibus regantur, iis plantis, quas aliqua deprauauit causa, alias verò circuncidit, ne rami rectam earum proceritatem impediunt, quasdam infirmas vitio loci nutrit, & quibusdam aliena umbra laborantibus cælum aperit: Sic quoque clemens, ac perfectus Rex debet considerare quomodo vnumquodque ingeniorum tractare oportet, ut omnia in utilitatem, & conseruationem monarchie aspirent: debet scilicet prauum intellectum in rectum vertere, impeditum soluere, bonum ducere, & sic de cæteris: ita, ut vnumquodque ad id inclinet suauitate quadam, & arte, ad quod fuerit vtile.

Et Reges ab ipsa natura constitutos.

Deinde, ut idem Seneca monet, debent optimi Reges imitari in dulcedine gubernandi Reges ab ipsa natura constitutos: Nam eo perfectius fit quodcumque artifi-

cialis opus, quo magis simile fuerit operibus ab ipsa natura factis, & ex consequenti eo perfectius gubernabit Rex humanus, quo magis similis fuerit eius gubernatio gubernationi factæ à Regibus naturalibus: sed etiam si apes omnes sint iracundissimæ, & pro corporis captu pugnacissimæ: ita, ut aculeos simul cum anima in parte ista semper relinquunt: Rex tamen ipsarum, vel nullum habet aculeum, ut inquit Seneca, vel, ut inquit Arist. *5. de hist. an. cap. 21.* saltem nullum habet aculei vsum; vel, ut inquit Plin. *lib. 11. natu. histor. cap. 17.* non constat inter autores, an Rex apum aliquod habeat aculeum, sed sola maiestate sit armatus, an dederit ei natura aculeum, eius tamen vsum negauerit: quod tamen verum esse constat, quod Rex apum aculeo non utatur. Quomocunque tamen sit, certissimum est, ut inquit Seneca, Regem apum nullam habere sæuitiem, nullamque vltionem cum animæ perditione, ut habent apes ei subditæ: quapropter ingens erit, ut inquit Seneca, magnis, optimisque Regibus exemplar, ut rectè intelligant Deum vel le faciendam esse à Regibus gubernationem absque sæuitie, & iniusta vltione.

Apes iracundissima & pugnacissima: & an earum Rex careat aculeo.

Maximè etiam expedit Regibus clementer, mansuetoque modo gubernare, & suorum subditorum peccata leniter castigare, ob bonum nomen, quod ex tali gubernandi ratione in præsens, & in posterora secula resultat. In hoc enim distinguitur vulgaris Imperatorum fama à fama priuatorum, quod nec plerumque simul cum vita finiatur: illa verò seculis tradatur, siue bona, siue mala sit. Debent etenim omnes homines, præcipuè Reges, non solum de præsentis, sed de futura fama esse solliciti, ut *epist. 2.* docet Plato dicens: *quo circa non est negligendum à nobis, sed cura habenda temporis subsequentis. Fit enim natura quadam, ut ignauissimi homines nihil curent quæ sit de ipsis futura opinio: probatissimi autem viri cuncta faciant, quo in futuris seculis bene de se loquentes homines audiant, &c.* Afferit verò Seneca crudelis Imperatoris famam similem esse famæ eorum medicorum, qui asperè medentur ægrotis, & in quocunque euentu spem salutis adimunt, perireque sinunt ægotantes. Quare Imperator non illico, ac aliquis subditorum peccauerit, debet desperare de remedio, & mortifera prædicere signa: sed potius luctari diutius debet cum subdi

Peccata leniter à Regibus castiganda.

Fama futura consulendum.

subditorum vitiis, vt prudens, & doctus medicus luctatur aduersus morbos, quantumvis magni sint. Quod si fieri possit, ita suauiter tenetur Rex curare subditorum vitia, vt nulla infamiæ cicatrix maneat in peccante, vt monet Seneca.

Quod quidem solum intelligi debet de iis peccatis, quæ ad crimen læsæ diuinæ, aut humanæ maiestatis non deuenerint: nam manere in iis, qui contra fidem CHRISTI, eiusque Ecclesiæ, aut contra regalem maiestatem, peccatum aliquod committunt, perpetua ignominie cicatrix, multoties solet esse aliis hominibus efficax remedium, ne eadem aggrediantur peccata. Vnde in nostra Hispania merito ortum duxit consuetudo perpetuo manendi in Ecclesiis depicta perfidorum hominum dicta peccata. Sed non propterea laudare oportet eam exquisitissimam, milliesque in eadem familia repetitam, nobilitatis, aut munditiei generis probandi rationem, quæ nostri videntur: in hoc enim committitur ea cōditio, quam rerum natura nō patitur: progressus scilicet in infinitum. Quod animaduertens clementissimus noster Rex Philippus quartus iustitissimam, ac prudentissimam constituit legem, quæ iubet, vt nobilitas, aut puritas generis, quæ ter rigorosè comprobata fuerit, nihil amplius ad examen ducatur, sed comprobata in æternum maneat. Cuius quidem iustissimæ legis obseruantia ad eum pertinet autorem, qui ipsam constituit, ne scilicet facillima detur malignis omnibus occasio labefactandi antiquorum subditorum honores, & eorundem numorum absumendi copiam. Hoc enim facere amorem, & mansuetudinem erga subditos ostendit. Quod quidem est, quod commendat Seneca in legitimo Rege. Plato 3. de Rep. agēs, quoque de gubernatorum bonis proprietatibus inquit: *quod autem nuper dicebamus, nimirum decet: quod scilicet oportet ipsos rectam si qua est, consequi disciplinam, si modo, quod maximum est, ad mansuetudinem, tum in se ipsos, tum in eos exercendam consequuturi sint*, &c. Vbi nihil magis convenire ad gubernationem dixit, quàm gubernantium mansuetudinem. Nā ira Regum, vt idem asserit irremediabile, & valde periculosum est malum. Quapropter semper sunt ducendi à circumstantibus ad clementiam, siue mansuetudinem.

Indigent tamen Reges ad mansuetudinis siue clementiæ vsum certa quadam

grauitate causante reuerentiā. Talis enim semper debet esse præsentia Regis, vt posita ante subditorum oculos veram gignat reuerentiam, liberalemque pudorem. Vnde Arist. lib. 5. polit. cap. 11. videri velle inquit, Regem, non asperum esse, sed cum grauitate honestum, & talem, quod eum non timeant subditi, sed magis reuerentur. Et Isocrates ad Nicoclem dixit: *urbanus esse stude, & grauis, quorum hoc principatum decet, illud congressibus est optimum: sed hoc est rerum omnium difficillimum. Nam eos, qui grauitatem affectant plerumque frigere, & eos, qui se urbanos esse student, comperias videri abiectos, & humiles. Est autem utraque hac ratione vitandum, est finitimum utriusque vitium fugiendum*, &c. Graui igitur illa urbanitate, & paterna mansuetudine suos subditos faciet Rex amicos, & magis obediētes ad omnia necessaria ad conseruationem monarchiæ. Quod quidem maxima est Regū felicitas: nam, vt ex Arist. sapius diximus, regnum per amicitiam subditorum conseruatur, & per inimicitiam dissoluitur. Vulgus enim, vt inquit D. Th. opusc. de reg. Prin. magis attrahitur iis rebus, quæ sensibus manifesta sunt, quàm concludentibus rationibus. Vnde asserit maximum augmentum recepisse imperium Romanum toto eo tempore, quo animi placabilitate, & beneuolentia ciuium gubernarūt Principes. Quapropter concludit nullum maius armatorum hominum præsidium posse habere Reges, quàm amorem subditorum erga eosdem Reges: hunc verò parare Reges debere asserit per clementiam, & prudentiam, hocque esse gratissimum Deo probat. Hanc enim fuisse causam dixit, ob quam Deus voluit, quod imperium Romanorum fuerit in totum fere orbem extensum. Habuerunt namque Principes Romanorum, in suorum principis, singularem in subditos pietatem, & civilem quandam beneuolentiā. Solebat enim dicere Scipio Africanus, subditos Romanorum potius obligati ab eisdem Romanis beneficio, quàm metu, & habere sibi adiunctas exterarum nationes, ac gentes subiectas, potius fide, & societate, quàm tristi seruitio. Et Isocrates dixit Nicocli: *autoritatem imperij tuere, non asperitate, neque seuitia penarum, sed excellenti sapientia, vt omnes arbitrentur te sue salutis, potius quàm ipsiusmet consulere*, &c. Nam, vt inquit Valerius maximus lib. 5. *dulcedo humanitatis penetrat barbarorum ingenia*. Et Salomon asserit verbum dulce multiplicare amicos, &

bent adiungere quandā grauitatem quæ reuerentiam causet.

Urbanitas & grauitas maxime decet Reges.

Regni conseruatio in quo petita.

Subditorum amor mansuetudinem paratur.

Romani Imperij extensio & felicitas unde orta.

Scipionis Africanus dictū de subditis Romanorū.

Humanitatis dulcedo quàm potēs.

Perfidorum peccata in Ecclesiis apud Hispanos depicta.

Nobilitas aut puritas generis ter rigorosè comprobata in æternum maneat in Hispania.

Regum ira, malum incurabile.

Reges ad mansuetudinis vsum de-

Anima ratio
nalis genera-
tis ac digni-
tas asperita-
tem abhor-
ret.

Beneuolen-
tia est princi-
piū amicitia.

Pædagogus
regis quæ
potissimum
virtute ex-
cellere debet.

Nobilitas
nascitur ex
genere.

Hispanorum
Regum nobi-
litas commo-
dissima,
laudatissima

mitigare inimicos, & responsionem mollem frangere iram, & sermonem durum suscitare furorem. Quæ quidem ideo prouenire asserit D. Th. quia generositas ac dignitas cuiuscunque animæ rationalis aliter tractari non patitur. Nam secundum Senecam lib. 1. de clementia, ita generosa, ac honore digna est quælibet anima rationalis ex sua natura, vt magis ducatur, atque sequatur, quàm trahatur. Habet enim quælibet humana mens tantam altitudinem, & sublimitatem, vt quamcunque asperitatem, etiam si sit superioris domini, ægre ferre possit. Vnde, si alicui subiiciatur maiestati, potius id facit lenitate, ac delectatione, quàm asperitate: nam per illam lenitatem sperat se posse ascendere ad parem reuerentiam, & suo non resilire gradu. Vnde verum est, quod dixit Arist. 8. eth. beneuolentiam scilicet esse principium amicitiae: quapropter per clementem, ac suauem tractandi modum facile, & absque aliqua animorum contradictione ad suam amicitiam, non solum proprios subditos, sed exteras quoque nationes trahere, & sibi subditos omnes reddere: asperitate verò, non nisi vi, & cum perpetua renitentia poterit Imperator.

Quapropter eligere semper oportet pædagogum regium, qui inter reliquas conditiones, naturalem, atque acquisitam veram mansuetudinem, siue clementiam, obtineat vt ad hanc virtutem Principem assuefacere possit. Nullum enim certius iter ad felicitatem, & augmentum suæ monarchiæ poterit illi ostendere. Quod quidem non multo labore facere poterit pædagogus ille, qui educauerit eos Reges, qui hereditario iure succedunt in regnum. Nam quamuis dicat Arist. lib. 5. cap. 10. in regnis illis, in quibus succedit Rex per genus, vñ earum causarum ob quas corrumpi solent monarchiæ, esse, quod aliquoties oriuntur à Regibus filij naturaliter prauis, vel omnino ineptis ad imperialem gubernationem, vt accidit Hispaniæ ab Anriquo: vere tamen dixit idem Arist. 3. polit. cap. 8. simul cum Platone multis in locis, consentaneum esse ex melioribus patribus oriri meliores filios, quia nobilitas est virtus, quæ nascitur ex genere: vnde plerumque sequi debet ipsum genus. Quod quidem obseruatum quoque habemus in nobilissima, atque Catholicissima Hispanorum Regum successione. Nam, relictis vetustissimis Regibus, ij, quorum imagines subditorum animis adhuc impressæ manent,

vincunt in omnibus præsentibus, & præteritis Reges aliarum prouinciarum. Nullus enim scriptor, quantumuis sit inuidus, hoc negare audeat de Catholico Ferdinando, de Imperatore Carolo quinto, de Philppo secundo, altero Salomone, de sancto, atque clementissimo Philppo tertio, & de magno meo, atque dilectissimo magno Philppo quarto, cuius animi excellentem magnitudinem innumera, quæ possidet, regna iam non capiunt. Sed quamuis satis probatum est Clementiam Regibus omnibus esse necessariam, idem confirmare quoque oportet ex damnis, quæ sequuntur ex contrariis gubernandi rationibus.

CAPVT XII.

Quod mollis, aut dura regum gubernandi ratio sit Reipublicæ exitialis morbus; & quod antiquarum legum inuolutione corrumpantur Reipublicæ, potissime si sit circa monetam.

VT amplius pateat veritas eorum omnium, quæ in capite superiori diximus, vtilissimam scilicet esse mansuetam gubernationem; explicare amplius oportet damna, quæ sequuntur ex extremis gubernandi modis: aspero scilicet, & molli. Quam quidem veritatem probat sapientissimus ille Plato 3. de leg. Ibi enim confirmat Persicam rempublicam asperitate gubernantium, nimiaque constrictione subditorum: Atticam verò nimia regentium mollitie, nimiaque ciuium licentia corruptam fuisse. De Persica igitur corruptione agens, inquit: *Causam corruptionis, esse dicimus, quia nimium populi libertate sublatam, dominandique potestate, magis quam oporteret, & aucta, societatem in ciuitate, & amicitiam sustulerunt, &c.* Asserit igitur, propter nimiam asperitatem, nimiumque regentium dominium, Principes, omni sublata misericordia, ita hostiliter odio habitos fuisse à plebe, vt nullo modo iidem Principes inuenire potuerint consensum populorum ad refugium suarum necessitatum. Nullus enim ciuium ex animo volebat pericula subire, & pro Principibus dimicare. Nam ita Principes, ac gubernatores affligebant populos, no-

Reipublica,
Persica, &
Attica qua-
liter guber-
nata.

uas imponendo impositiones, & mutando antiquas leges, patriæque instituta, vt eos homines, quilibet propter proprias leges erant, ad herilem, siue seruilem statum, & ad nimiam paupertatem redactos haberent, propter tyrannicam immutationem propriarum legum. Quapropter potius illi subditi quærebant modum excludendi nouiter impositam tyrannidem, quam Principibus subseruire. Adeo verò Plato abhorret vectigalium impositionem, vt dicat 4. de rep. nullo modo decere bonos, præclarosque viros leges facere de vectigalium imponendi modis, quod dicitur Hispanica lingua *dar arbitrios*. Vnde D. Thom. 3. de reg. Princ. cap. 17. inquit:

Impositiones vectigalium quam displicerent Platoni.

Sunt causa seditionis in populo.

Reditus cur Regibus constituitur.

Lupi rapaces qui dicuntur.

Vectigalia noua, nouaque quantū nocent subditis.

Mutatio in omnibus, præterquam in malis, periculosissima est.

exactiones enim, sicut vectigalia multiplicata in populo, nisi pro vrgenti causa, vt pro conseruatione ciuitatis, vel regionis, ipsum populum conturbant, & sunt in eo causa seditionis. Et opusculo 2. 1. de regimine Iudeorum asserit, ideo Reges habere constitutos redditus, vt ex illis viuentes ab spoliatione subditorum omnino abstineant, nisi forte augeatur sumptus propter necessitatem conseruationis regni, aut propter aliam communem vtilitatem. Nam in tali casu dixit posse Principes, ad quorum curam attinet omnium subditorum tutelam, tantum amplius ab eisdem subditis extrahere, quantum ad ipsorum defensionem fuerit necessarium. Si autem propria libidine moti, aut propter prodigos, inutilesque ad regni conseruationem sumptus id fecerint tales Principes, non Reges nominari in sacra Scriptura dixit, sed potius lupos rapaces ad sugendum miserorum subditorum sanguinem constitutos esse asseruit. Talibus autem Principibus magna in hoc mundo, & in alio æterna flagitia prædixit idem S. Thom.

Sunt quoque noua vectigalia, nouarumque legum impositio valde perniciofa: quia subditorum animi valde contristantur auctis afflictionibus, & asperissimis nouiter impositis viuendi modis. Nam quemadmodum corpora malè se habere, ac ægrotare solent, cum repente in eis fiunt consuetorum alimentorum, exercitiorum, & similibus rerum mutationes: sic animi subditorum maxime anguntur, cum in viuendi modo ad deterius fiunt mutationes. Quod quidem, vt solet eleganter docuit Plato 7. de leg. dicens: *mutationem in omnibus rebus, præterquam in malis, esse periculosissimam in temporibus omnibus inuenimus, in diæta corporum, in moribus*

animorum, in omnibus simpliciter, præterquam in malis. Corpora quidem in primis cibis ali- quibus, & potibus, laboribusque vtuntur, turbantur quodammodo, deinde ex harum rerum usu concrefcunt, pinguique redduntur, atque huiusmodi victu, vtpote iam consueto, familiari, & amico delectantur admodum, & optime valent. At si ex probabili aliqua causa ad aliam cogantur transire dietam, in morbos initio conturbata incidunt, antequam nouo victu assuescant. Idem quoque in cogitationibus hominum, animorumque naturis fieri cogitandum est. Omnes enim eas leges colunt, in quibus educati sunt, & eas innouare formidant, si ille diuina quadam fortuna longis temporibus stabilita fuerint: adeo, vt nullus, aut recorde- tur, aut audiuerit eas, vnquam se aliter, atque hoc tempore habuisse. Quapropter excogitare debet legislator, qua via id in ciuitate, quonam modo fiet, &c.

Idem adhuc vrgentius probat Aristot. deterriam scilicet esse antiquarum legum mutationem. Nam 2. polit. cap. 6. proposuit dubitationem: vtum scilicet damnosum sit, vel vtile ciuitatibus, patrias mutare leges, præsertim si aliqua melior inueniatur: & licet probet, non solum vtilem, sed necessariam esse legum eam mutationem, quæ sit veluti perfectio ipsarum: confirmat tamen postea, maxime damnosum esse antiquas mutare leges. Probat igitur licere antiquas mutare leges ex antiquarum quarundam legum ruditate, barbaria, imprudentia, & ignorantia: nam ista omnia perfectione indigere affirmat. Deinde idem probat, quia non est maior ratio, quare reliquis omnibus artibus, vt medicinæ, perfectiores quotidie fieri conueniant: ciuili verò disciplinæ idem non expediat. Hæc enim, vt reliquæ, quærit id, quod est bonum, non id, quod est vetustum, & patrium. Idem præterea confirmat, quia, vt impossibile est, quod omnia singularia aliarum artium scribantur: sic impossibile est, vt antiquæ leges comprehendant ea omnia singularia, quæ accidunt hominum continuis commerciis: quare propter singulares condiciones, ac dispositiones commerciorum, necessarium erit addere, vel detrahare iis, quæ in antiquis legibus fuerunt determinata. His tamen non obstantibus firmiter tenet Aristot. temper sequi maiorem noxam, quam vtilitatem ex mutatione antiquarum legum, etiam si barbaræ, ac imprudentes videantur. Nam vtilitas poterit esse aliqua leuis perfectio:

Legum mutatio sine licita.

noxa verò erit, vel dissolutio totalis earundem legum, vel totius Reipublicæ perditio. Maiora enim errata sequi affirmat, antequam ciues assuefiant ad vsum novarum legum, etiamsi earum mutatio facta fuerit propter correctionem aliquorum leuium errorum, quàm sit utilitas, quæ sequi possit ex talium errorum emendatione. Nam potissimam vim accipere leges dixit, ad correctionem delictorum, & ad veram concordiam ciuium, ex mora, siue ex diuturnitate durationis. Nam ex longitudine temporis producit in ciuibz quidam habitus, ac facilitas tolerandi ea, quæ præcipiunt leges, in quibus nati fuerint. Quapropter Rex, qui antiquis legibus, & paternis institutis aliquid addere, vel detrudere studet, infirmam, facileque corruptibilem reddit earundem legum vim: nam subditorum animos facit ineptos ad illarum obedientiam, & maximè ipsos, nouitate vectigalium ad expulsiōem irritat. Vnde verum est, id, quod dixit Aristoteles 4. *polit. cap. 1.* adeo scilicet difficile esse corrigere malè institutam Rempublicam, ac eandem à principio bene instituere. Nam cum lex sit, veluti quædam forma substantialis totius Reipublicæ: cum lex sit, quæ eidem Reipublicæ dat esse, & veluti vitam, vt quælibet anima corpori animalis: necessarium est, vt regnum, vel ciuitas, quæ longo tempore assuefacta fuerit alicui legi, corruptionem aliquam patiat ex talis legis mutatione, si in deterius fiat.

Lex dat esse
Reipublicæ.

Moneta cur
sic dicta, &
quàm sit se-
sibilis circa
ipsam insti-
tutionem mu-
tatio.

Aragonum
quidam Rex
grauiter re-
prehensus pro-
pter imminu-
tionem nu-
mismata.

Maximè verò sentitur mutatio institutorum, quæ versatur circa monetam. Nā, cum, vt inquit D. Tho. *opusc. de regi. Princ.* moneta dicatur, quia tanquam mensura communis monet mentem ad correctionem fraudum, quæ committi solent in ciuitatibus: necessarium est, vt maximum adueniat ciuibz detrimentum, maximaque fraus, ex monetæ mutatione, & potissimè ex imminutione ponderis illius. Quod quidem vitium, tanquam abominabile taxatur in prouerbiis, vt inquit D. Thom. Vnde grauitè reprehensum fuisse, asserit, quendam Regem Aragonum ab Innocentio Papa, quia in maximum populi detrimentum numisma imminuerat. Ex quibus omnibus satis probatum est eam gubernandi rationem, quæ declinet à clementi versus asperitatem, ac duritiem, & subditorum iniustam oppressionem esse deterriam, & promptissimam corruptionis Reipublicæ causam.

Idem quoque probare oportet de contrario gubernationis extremo, de molli scilicet, nimisque leni Regum gubernandi ratione, cuius etiam prauitatem probat sapientissimus noster Republicus Plato exemplo Reipublicæ Atheniensium. Nam cū ista Respublica diu in nimia libertate, & mollitie culpa magistratuum vixerit, eò deuenit omnium ciuium viuendi libertas, vt nec subditi magistratibus, nec filij parentibus, nec adolescentes senioribus obedirent, nec eorum præcepta, nec debitam seruitutem sequerentur. Nam omnes subditi adeo leges despiciabant, vt quodcumque iniuriarum & deorum fidē negligenter. Et cum cuiuscunque virtutis contraria vitia ita proxima inter se sint, vt facillimus sit transitus ex vno in aliud, extremumque vnius sit alterius principium: propterea verè prædixit Plato Atticos ciues ex illa viuendi libertate venturos esse ad duram tyrannicamque viuendi rationem, & ad sæcula asperrima. Nam extremus excessus gubernationis nullo modo sanari potest medio, siue clementi gubernandi modo, sed potius altero extremo. Quemadmodum enim calidus corporalis morbus non potest tepido curari, sed potius frigido: sic mollis, ac nimis licentiosus gubernandi modus alicuius hominis, ciuitatis, aut Reipublicæ, nō potest sanari mansuetudine, sed potius contraria asperitate. Vnde meritò inquit Plato eas Respublicas, quæ ad alterum horum extremorum deueniunt, nunquam, vel admodum difficilè reperire posse suorum malorum finem, lethaliūque ægritudinum remedium. Talia enim mala, ita se consequuntur, ac si per circulum moueantur, vt asserit. Ex quibus omnibus rectè probatū est istas duas Regum gubernandi rationes, esse tyrannicas, esseque Reipublicæ mortales ægritudines, & ex consequenti impossibile esse aliquam Rempublicam cum talibus gubernationibus diu posse durare. Vnde verè dictum est, solam clementem, siue mansuetam gubernandi rationem esse propriam optimorum Regum, & esse mediam, & durabilem. Quapropter totum studium pedagogi regij debet esse inclinare futurum Regem ad temperatum istum gubernandi modum. Sed satis de his diximus. Probatum enim est necessarias esse Regi tres philosophiæ moralis partes. Nunc examinare conuenit, an Rhetorica conueniat Regi.

Gubernatio
molli nimis-
que lenis
quàm perni-
ciosa.

Conclusio hu-
ius capitis, gu-
bernationes
asperas scilicet
& molles esse per-
niciosissimas.

CAPVT XIII.

An Regibus conueniat Rhetoricam addiscere, & quo modo ipsa uti debeant; & de necessitate, quam habent addiscendi artem breuiter consultandi, & de noxa tarditatis consultationum; & explicatur epistola dedicatoria Aristot. libri de Rhetorica ad Alexandrum.

Cum potissima instrumenta, quibus utitur ars imperatoria ad sui muneris perfectionem, sint arma cum debita, ac bene ordinata eloquentia, examinare prius oportet, an Regi conueniat addiscere Rhetoricam, siue artem bene loquendi, ac persuadendi. Sunt etenim rationes, quæ utramque quæsi suadent partem. Nam, quod optimus Rex eam artem fugere debeat, probatur in primis, quia ista ars multum habet adulationis, & fallaciæ. Nam multoties, ita tegere conatur turpitudines, ac intolerabilia peccata aliquorum flagitiosorum hominum, ut meritam eorum pœnam demat, vel è contra. Quapropter Comici reprehendebant Socratem, quod docuisset artem ostendentem modum, quo illam causam, quæ ex sua natura est peior, faciat meliorem, & è contra. Nam cum liberare, ac laudare aliquem contendit ista ars, tribuit illi eas virtutes, quas nullo modo habet, & cum vituperare aliquem conatur, paruis illius vitiis tantam addit magnitudinem, ut talem hominem omnino faciat deformem, & ubi nulla inueniuntur vitia, aliqua fingit. Est etenim magna familiaritas Rhetoricæ, cum arte sophistica: nam probat ea, quæ vult, non veris, sed apparentibus quibusdam rationibus, & exemplis, quibus ardentium animos, modò ad iram, modò ad misericordiam falso inclinat. Semper denique Rhetorica conatur, aut nimiam vituperationem, aut nimiam laudem affectuosis quibusdam rationibus, ex quibus duobus officiis, illud est male loquentis, & hoc adulantis. Quæ quidem omnia sunt valde indecentia Regibus, atque supremis Imperatoribus, & eorundem autoritati multum detrahentia.

Præterea non egent Reges ad conseruationem suarum monarchiarum multitudinem verborum, affectatisque orationibus; sed potius iustitia, prudentia, & armatorum robore. Atque propterea merito ab aliquibus reprehenditur Seneca, quòd potius docuerit Neronem affectatum dicendi modum, quàm partes philosophiæ moralis: & ut inquit Cardanus vix inuenimus aliquos eloquentes Principes fuisse bonos: multos verò infelices: eos autem omnes, qui cum congruo, mediocriterque ordinato loquendi usu totam moralem philosophiam fuerunt sequuti, bonos, & felices fuisse compertum est. Nam verum, & utile Imperatorum robur, non in lingua, sed in animo adornato dictis omnibus virtutibus inuenitur. Quare non eloquentia, sed philosophia indigent Reges.

His tamen non obstantibus aliæ sunt rationes, quibus probatur utilissimam esse, atque decentissimam Rhetoricam omnibus Regibus. Nam cum Rex Deo assimilatur in multis, debet potissimè ipsi assimilari in virtute flectendi, atque trahendi ad suam voluntatem, non solum suorum subditorum, sed omnium hominum corda: sed nullum aliud potest Rex magis aptum habere instrumentum ad illud præstandum, quàm rationes bene ordinatas, atque cum grauitate, & autoritate compositas, quia, ut Galenus, ex Homero probat, sola eloquentia scit flectere hominum corda, ut Deus facit. Vnde Aristot. lib. 5. polit. cap. 5. dixit solos eos homines rectè ducere populos, qui superueniente Rhetorica arti militari dicendi facultatem habebant. Quapropter multi fuerunt Reges, qui propter inordinatam, & barbaram loquendi rationem ad infelicem statum, & ad despectum, & inobedientiam suorum subditorum deuenerunt. Nam, ut dicebat Cicero 2. Rhetor. nihil Rhetorica est in Republica prælatius. Illius enim usus in omni pacata, & libera ciuitate dominatur, & tanta est illius oblectatio in ciuitate, ut nihil iocundius auribus, aut mentibus hominum percipi possit.

Ad quæ quidem respiciens Aristoteles vnum suo magno Alexandro scripsit de Rhetorica librum, in cuius libri epistola dedicatoria, quam plurimis conuincit rationibus valde necessariam esse Regibus eloquentiam. Fuit tamen compulsus Aristot. ad hunc librum scribendum ob

Principes eloquentes vix boni, multi infelices, ex Cardano.

Rhetoricæ utilissimam esse atque conuenientissimam omnibus Principibus, ostenditur.

Rhetorica liber cur ab Aristotele scriptus.

Rhetoricam esse suauissimam Regibus quo modo probetur.

Socrates à Comicis reprehensus.

mul

multas epistolas, in quibus exposulabat Alex. ab Aristot. suo magistro aliqua documenta conducentia ad civilem gubernationem. Quod profecto ardentis desiderij bene gubernandi erat manifestum indicium. In principio igitur epistolæ, dixit Aristot. se distulisse responsionem, non ob negligentiam, sed, ut diligentissime posset examinare ea omnia, quæ de illo argumento veterum doctissimi scripserant, ut dicta documenta perspicacius sculpta mittere posset. Tanti verò fecit Alex. dictum de Rhetorica librum, ut nullo modo permiserit eius in publicum editionem, ut idem Aristot. fatetur.

*Eloquentia
maximè ne-
cessaria Re-
gibus.*

*Regis deseri-
ptio.*

In primis igitur inquit Aristoteles, tanto magis debere Reges conari reliquos superare homines in composita, ac præclara loquendi ratione, quam in vestium splendore, ac magnificentia, quanto pulchrius, magisque dignum Regibus est habere animum magis constitutum, & bene loquendi facultate magis adornatum, quam reliqui ciues. Nam absurdum, inquit, est, ut ij, qui rerum gestarum gloria omnium sunt excellentissimi, vincantur ab aliis in ornatu, ac cum methodo loquendo: præsertim, cum ij omnes, qui sub vniuersi Imperatoris ductu versantur, referant omnia ad orationem, & ad rationem eiusdem Imperatoris. Vnde necessarium est, ut Rex sciat eos omnes, quos Imperio tenet, mouere ad sui obedientiam, & ad faciendum id, quod fuerit utile, bene ordinatis rationibus, eo modo, quo solet lex liberas aliquas ciuitates ad honestissimum finem perducere. Nam lex nihil aliud est, quam quædam composita oratio, quæ communi ciuitatis consensu definita, iubet quo pacto vnumquodque agendum sit. Tum præterea, inquit Aristot. eos Reges laudamus, qui conueniente ratione, & debita oratione omnia ducunt, & agunt: hos enim fortes, & honestos appellamus; reliquos, verò, tanquam atroces, & immanes vituperijs, ac contumelijs afficimus. Deinde, ut asserit, sola ratione, & conueniente oratione valent Reges malorum subditorum vitia detegere, & punire, & iustorum virtutes laudare, & debitis afficere premijs, & futuras calamitates præcauere, præsentibus frui bonis, absentes utilitates comparare, & imminentes difficultates fugere. Vnde concludit Aristot. eo studio ac diligentia debere Reges quærere, ac addiscere compositum, ac persuadentem loquendi modum

simul cum debita ratione, quo eligere tenentur eam vitam, quæ nullis subiaceret mororibus. Prudens enim ratio, & conuenienter ordinata oratio circa Imperialem gubernationem, totum leuat timorem earum omnium formidabilium rerum, quæ circa eandem gubernandi rationem accidere solent. Quapropter Aristot. monet Alexandrum, ut suo honesto viuendi modo, & sua composita, ac suauis oratione tale suis subditis præbeat exemplum, ut omnes homines conentur participes fieri sui laudabilis viuendi modi, & suarum disertarum rationum, & quod propter rationis tenorem, & orationis bonitatem, nullus ministrorum audeat iniustum aliquid consultare. Et quia sæpius solent euenire Regibus angustissimæ, ac breuissimæ rerum tractandarum circa gubernationem, consultandi occasiones, propterea exorat Aristot. ipsum Alexandrum, ne in rebus superuacaneis, vulgaribusque tempus terat, studiumque absumat, sed potius, ut pro virili parte elaboraret perdiscere, & in promptu tenere artem consultandi, ac bene expediendi circa omnes humanas actiones. Nam quemadmodum omnes actiones, quæ fiunt circa totam gubernandi rationem, quæ efficiuntur rectè consultæ, & conuenientibus rationibus, sapientiæ, & prudentiæ Regis sunt certissima indicia: sic omnes actiones, quæ fiunt inconsultæ, ac fortuito, & in monarchiæ detrimentum, semper Regis amentię attribuuntur. Quidquid enim boni, vel mali monarchiæ accidit, semper ascribitur sapientiæ, vel insipientiæ Regis, etiam si culpa ministrorum fiat. Nam semper conqueritur vulgus de mala ministrorum electione, quemadmodum lætatur de bona, & de ea gratias Regi agit.

*Rationis &
orationis vis
in imperantibus.*

Quia igitur multa, ac grandia euenire solent monarchiæ mala ex mora consultationum, & ex occasionum transgressione, propterea utilissimum est optimis Regibus Aristot. consilium, ut scilicet in promptu habeant consultandi, & resoluendi rationem. Nam non aliter malè fert oppressa aliquibus magni ponderis negotijs publica consultandi, ac resoluendi moras earum, quæ conducunt, ac nauis in mari variorum ventorum conuassatione periclitans tolerat ignorantis, ac tardi magistri moram conuenientis auxilij. Quapropter non debet Rex adolescens expectare morosam negotiorum experiētiam,

*Consultatio-
nū mora &
occasionū la-
psus multa
grandia pa-
riunt mala.*

ut pru

vt prudens consultor, & grauis orator fiat, sed citò eam addiscere tenetur exercitatione, & doctrina doctissimorum magistrorum. Nam si adolescens Rex voluerit acquirere debitam consultandi prudentiam, & debitam celeritatem executionis sola experientia, & exercitatione negotiorum, magno profectò multorum hominum malo illam consequetur. Quapropter etsi Rex sit aetate iuuenis: debet tamen canitiem habere in mente, & in verbis, siue in sententiarum pondere, à grauitate. Eandem vtilitatem, quam habet optimus Rex dicendi ea, quæ dicere voluerit compta quadam, ac efficaci oratione, probat Aristoteles: quia, vt experimur, omnes bene constitutæ Respublicæ, & omnes Reges prius conueniunt in verbis, siue in oratione, quàm in rebus: certo enim sciunt, quamcunque conuentionem, ac tractationem vtilis rei, quæ sit ab optima ratione, & firma oratione, esse inexpugnabilem arcem, & securum veritatis, & pacti propugnaculum. Nam, quia solis his duobus instrumentis ratione, scilicet, & oratione fecit natura hominem à brutis distinctum, probat Aristot. debere hominem, potissimè Regem illa duo instrumenta statim ab infantia diligentissimè excolere. Primum enim bene viuendi ducem dedit natura hominibus rationem ipsam, quamuis multa, ac continua indigeat perfectione. Quam quidem argumentationem ab Aristot. accepit Quintilianus lib. 6. cap. 26. dicens: *Hercle Deus ille princeps parens rerum, fabricatorque mundi nullo magis hominem separauit à cæteris animantibus, quàm dicendi facultate. Rationem igitur nobis præcipuam dedit, eiusque socios esse cum Diis immortalibus voluit. Sed ipsa ratio, neque tam nos iuuaret, neque tam esset in nobis manifesta, nisi, quæ concepissemus mente, promere etiam loquendo possemus. Quod magis deesse cæteris animantibus, quàm intellectum, & cogitationem videmus, &c.* Ex quibus omnibus satis constat necessitatem bene loquendi omnibus conuenire hominibus: Regibus verò tanto magis, quanto sua negotia magis ardua, magisque conuenientia conseruationi humanæ societatis sunt.

Nos eandem conclusionem, quam rationibus ex Arist. desumptis veram esse probauimus, confirmare aliis rationibus possumus, quæ desumuntur ex necessitate, quam diximus habere Reges, flectendi suorum subditorum corda. Quod quidem nullo modo facere, sciet, nisi utatur

congruo, & ordinato loquendi modo. Debet enim Rex, cum aliquid vtile monarchiæ subditis persuadere vult, scire modum, quo verborum grauitate probare possit, talem rem esse iustam, legitimam, vtilem, honestam, iocundam, factum facilem, vel saltem possibilem, & necessariam. Et è contra, si aliquam rem dissuadere voluerit, probare tenetur, non esse iustam, neque legitimam, neque vtilem, neque honestam, neque factum facilem, sed laboriosam, & nullo modo necessariam. Sic quoque debet optimus Rex modum habere, quo animos subditorum ducat ad spem, aut ad metum, aut ad cupiditatem, aut ad gloriam. Sæpe etià debet scire auocare subditos à temeritate, ab ira, spe, iniuria, inuidia, & à crudelitate. Indiget quoque eloquentia ad grauiam, & ponderis plena legatiam mittendam, & ad danda consilia maximarum rerum, & grauitate, & autoritate, quæ Reges decet. Teneatur quoque scire subditorum languentes animos excitare, nimis effrenatos moderari, exhortari ad virtutem, reuocare à vitiis, vituperare improborum malignitatem, laudare bonorum virtutes, excitare ad bellum perterritos milites, ipsisque suadere, quod in magnis belli periculis laus victoriæ sit multo potior vita ipsa. Debet quoque scire orationis grauitate ad eundem finem vnire disgregatam multitudinem, & orationis claritate illuminare caliginosas subditorum mentes, & Senatum varia, ac contraria consilia componere. Horum omnium nihil poterit arte ac efficacia præstare Rex, nisi simul sciat quamlibet orationem constare debere ex suis partibus integrantibus, vt perfectum humanum corpus. Vnde quemadmodum hoc monstruosum ac deforme euadit ex abundantia, vel defectu, vel ex mala partium conformatione: sic etiam monstruosa, deformis, atque ridicula erit regia oratio, si non habeat sufficientes partes, vel si plures contineat, quàm sint necessariae, vel si sint impropportionatae, vel si componantur ex impropriis, barbaris, aut obscuris terminis. Debet enim constare ex procemio, narratione, & peroratione, siue breui omnium repetitione, vt docent Rhetorici. Quæ quidem partes ornamentum, & pulchritudinem constituunt totius orationis, cum debitam connexionem inter se seruauerint. Nam, vt inquit Cicero. 2. de oratore tale debet esse connexum procemij orationis

Conuenientia in verbis prior quàm in rebus.

Ratione & oratione hominè à brutis natura distinxit.

Quod magis deesse cæteris animantibus, quàm intellectum, & cogitationem videmus, &c.

Quod magis deesse cæteris animantibus, quàm intellectum, & cogitationem videmus, &c.

Authoritates, quibus probat eloquentiam maximè conuenire Regibus.

Orationis partes debet sciri à Regibus.

Q tionis

tionis cum sequentibus partibus, ut non sit sicut citharædi proœmium affectum aliquod, sed coherens cum omni corpore videatur esse.

Affectus loquendi modus non quærendus Regibus.

Regum orationes debent esse breues & graves.

Lex brevis esse debet, & cur.

Quamuis igitur concedamus nos maiestatem regalem, veluti diminutam esse, cum ipsi deest pulcher, & bene ordinatus loquendi, ac persuadendi modus: negamus tamen Regibus convenire eam affectatam exquisitorem verborum, eum figurarum splendorem, & illud orationum adulandi, ac fingendi studium, quod vulgares oratores, tanquam potissimum finem, affectare semper conantur. Nam Reges potius uti debent brevibus quibusdam orationibus, quarum singulum verbum multa significet, & celsam maiestatem declaret, quam nimia orationum elegantia. In hoc enim debet quoque Rex Deo assimilari, qui paucis verbis multa significat. Nam orationes regiarum sunt, quasi leges quædam: quæ quidem verborum veritatem non multitudinem habere debent. Nam, ut inquit Seneca *epist. 96.* legem brevem esse oportet, quoniam si ab imperitis teneatur, & velut emissæ diuinitus sit, iubeat, non dispuet. Nihil, inquit, videtur mihi frigidius, nihilque ineptius, quam lex cum prologo. Hunc igitur ordinem Imperatorum orationes servare debent, ut scilicet cum verborum paucitate, ac gravitate maximam habeant ad concludendum vim. Quibus omnibus satisfactum est primis propositis rationibus. Quapropter videre oportet, quam partem naturalis philosophiæ tangere debeant optimi Reges.

CAPITULUM XIV.

Quod optimus Rex non debeat esse omnino ignarus eorum, quæ constituent mundum, nec ordinis, quem inter se servant; & de utilitatibus, quas comparat Rex ex historiarum lectione.

Cognitio universi sine Regibus necessaria.

Primi Regis dignitatem, ac Imperialem maiestatem valde condecorat, & eam, quæ cum Deo similitudinem habet, maximè auget, aliqualem habere notitiam eius modi operandi, & ordinis existendi, quem corpora naturalia servant in mundo: potissimè tamen optimus Rex

debet obtinere cognitionem generalissimam, admirabilisque compositionis totius universi, & eiusdem partium componentium. Nam cum ipse dominus sit aliquarum, indigna res erit omnino ignorare naturam, & positum eorum, quæ sua sunt. Et hæc videtur causa, propter quæ Aristoteles eorum omnium librorum, quos de rerum natura scripsit, solum scriptis dicaverit. Alexandro magno eum librum, quem de mundo exaravit. In cuius libri epistola dedicatoria exhortans ipsum Alexandrum ad lectionem eiusdem libri, inquit, itaque nos etiam ipsi hæc omnia scriptura persequemur, & quantum facultas tulerit, de eisdem ipsis, ut de rebus divinis, & planè sacris disputabimus, id est de natura, de positione, & de motu rei cuiusque. Nā te, ut ducem omnium præstantissimum decet maximarum rerum commentarios evolvere, & præsidio philosophiæ munitum nihil, quod tenue sit, animo versare, sed eiusdem philosophiæ muneribus egregios duntaxat honestare, &c. Quibus verbis multum convenire affirmat præstantissimis Regibus naturalium rerum numerum, naturam, situm, operandi potestatem cognoscere, animoque versare, & de tenuibus rebus, de iis scilicet, quæ ad meram voluptatem ordinantur, nunquam tractare. Nā ex illarum naturalium rerum tractatione, evenire affirmat optimis Regibus utilissimam, ac maximè pulchram proprietatem: quod scilicet philosophiæ muneribus illuminati, solum honestabunt viros virtute, & insignibus artibus egregios, & ex consequenti inutiles, & voluptatibus, & avaritiæ deditos, expellent a se.

Debet igitur optimus Rex, quæ inferioris mundi dominum Deus constituit, ea omnia, quæ in mundo sunt, memoria ac imaginatione sæpius revolvere: non quidē ita accurate, ut sit gubernationi impedimentum, sed, ut inquit Aristoteles, per quandam disciplinam traditam, per formulam, ac veluti in quadam tabella depictam. Nā cum mundus nihil aliud sit, quam coagmentatio quædam, siue ordo, ordinatæque descriptio facta ab omnipotente Deo ex cælo, elementis, & ex mixtis, & inter elementa, & mixta invenitur admirabilis quidam adinvicem se mutuo transmutandi ordo, indignum admodum videtur, quod Reges, tam si ignorant, hæc naturæ mirabilium operum, quam sutores, & campestres homines. Quapropter cognitum debet habere Rex nihil factum frustra à Deo fuisse, sed omnia creasse propter suam infinitam bonitatem, & non solum reliqua inferiora, sed etiam cælum ipsum propter humanam speciem creasse. Scire enim

Liber de n. u. do cur dedicatus Al. m. dro ab Aristotele.

Rex optimus debet quæ in mundo sunt sæpe revolvere.

Mundus quid sit.

Optimus Rex debet quæ in mundo sunt sæpe revolvere.

tenetur

teneretur Rex, ideo cœlum ex multitudine orbium, & ex multitudine motuum constare, vt propter contiguitatem, quam habet cum elementis, eisdem tribuat facultatem se multipliciter miscendi, ac contemperandi: vnde ferè infinitæ mixtorum species subditæ homini oriuntur. Considerare quoque debet, quo modo terra, & aqua vnum perfectum constituât globum, qui hospitium, & matrem diuersarum animalium specierum se præbet. Expedit etiam Regi attente considerare, maximè elucere, nō solum in totius mundi, sed etiā in cuiuscunque mixti, potissime hominis compositione, omnipotētis Dei sapientiā. Nam quemadmodum totius mūdi, sic cuiuscunque mixti compositio, & eiusdem compositionis conseruatio, non ex similibus, sed ex contrariis, ac inter se pugnantibus fit naturis: à quibus contrariis naturis, non solum non vetustescit, occidit, ac corrumpitur mundus, vt asserit Arist. sed potius ita pulcher ac fulgidus ex talium contrariarum compositione euadit, ac quædam pictura, quæ ex contrarietate colorum debito artificio fit delineata.

Mundi & regni conseruatio similis.

Ex qua quidē consideratione non leue documentū ad suæ monarchiæ bonā gubernationem poterit optimus extrahere Rex. Nā quemadmodum totus mundus conseruatur propter contraoperantiam contrariorū naturalium: sic quodlibet regnum, vt ex Platone superius diximus, ad sui cōseruationem debet durare ac cōstare, facta semper cōtrariorū animorū mixtione, & contemperatione. Nam si omnes gubernatores, & gubernati essent tardi, ac molles, vel omnes essent feroces, & iracundi, vel tristes, ac melancholici, vel è cōtra, citò dissolueretur regnum. Vnde quemadmodum totius mundi vna, & eadem salus resultat ex contrarietate naturarum: sic optimus Imperator totius monarchiæ salutem debet constituere ex contrariorum animorum contraoperantia. Aliquæ enim actionum conseruantium monarchiam debent esse molles, & blandæ, aliæ celeres, & acutæ, & sic de cæteris. Nam supremus Autor hunc tutissimum conseruandarum rerum modum reliquit in mūdo. Quod quidem verum esse constat etiam ex ordine, quo cælestia corpora temporum qualitates diuidunt, in æstatem scilicet, hyemem, ver, & autumnum, in diem, & noctem. Qua contrariorum temporum continuata reuolutione conseruant cælestia corpora omniū inferiorum

rerum perpetuitatem, & multa satorum genera modo viridia, modo sicca reddunt, & omnium animalium propagationes, & interitus faciunt. Horum igitur omnium omnino esse ignarum Regem, non solum indecens, sed turpe, & abiectum erit.

Potissimè tamen tenetur Rex rectè percallere in quas diuidatur potissimas partes, siue provincias globus constitutus ex terra, & aqua, & à quo genere hominum vnaquæque habitetur, qua religione, & quibus legibus vnaquæque gubernetur, & quam habeat ad patiendum, vel offendendum aptitudinem. Quod si ea quæ præsentia sunt in vnaquaque mundi parte, scire voluerit, quærere debet peritos ac expertos in vnaquaque regione homines: si verò ea quæ transierunt scire cupierit, vtilissima erit ad hoc antiquorum annalium lectio: Oportet enim Regem multo maiori diligentia, quàm cæteros homines antiquarum historiarum libros sæpius reuoluere. Ea namque, quæ ad mentem ingrediuntur per visum, aut per auditum, tenaciter memoriæ hærent. Nam, vt inquit Cicero. 2. de oratore: *Vidit hoc prudenter, siue Simonides, siue alius inuenerit, maximè animis effingi nostris, quæ essent à sensu tradita, atque impressa, siue visu, siue auditu, &c.* Vnde historiarum lectio vtilissimum est remedium ad accelerandam mentis senectutem, qua maximè omnium indigent Reges, vt sæpius dictum est. Quod autem ista senectus ex prudentia adueniat hominibus ante integram rerum experientiam ex historiarum lectione, rectè colligitur ex Platone in Timæo. Nam, vt ibi asserit, cum quidam sacerdos Ægyptius reprehenderet hominem quendam Græcum Solonem appellatum, dixit, *Solo, Solo, vos Græci semper pueri estis, nec quisquam è Græcia senex est.* Cur istud? respondit Solon. *Cui respōsum dedit sacerdos, quia iuuenis semper vobis est animus, in quo nulla est ex vetustatis commemoratione prisca opinio, nulla cana scientia. Quod ideo vobis contingit, quia multa, & varia hominum exitia fuerunt, & ideo, qui succedunt, & literis, & musis orbatifunt. Quo fit, vt quasi iuuenes iterum sitis rudēs, & præteritarum rerum omnium prorsus ignari, &c.* Merito verò animū sine historia appellat Plato puerū: nā caret speciebus multarū rerū, quæ præterierunt, vt eorū animi, qui paulo ante inceperūt viuere. Ex librorū enim lectione multarū, variarūque rerū representationib. locupletatur

Diuisionem partium potissimè marū terra & aqua, habitatores, religiones, leges, & potentias callere debent Reges.

Historia Regibus magis quàm cæteris hominibus addiscenda.

Græci semper pueri: unde orator talis oburgatio.

Animus, sine historia, puer

*Historia laus
& utilitas.*

animus, & curto temporis curriculo, sicuti in longo expertus, efficitur veluti senex, ac verè prudens. Nam, ut 2. de oratore, inquit Cicero. *Historia est testis temporum, lux veritatis, vita memoria, magistra vita, & nuncia vetustatis.* Describit enim historia ordinem temporum, regionum, quid actum, aut dictum sit, quo modo, & quando talia successerint, explicat omnes eventus causas: an scilicet propter prudentiam, an propter temeritatem, & an propter timorem hoc, aut illud fuerit commissum. Declarat quoque causas ob quas bonum, vel malum præteriti Reges reliquerunt nomen. Narrat etiam cuiuscumque nationis viuendi modum, & naturam. Ex quibus euidenter constat, quam facile possit Rex ab historia prudens, & senex fieri. Quod quidem tardè acquireret ex propriis actibus: Nam Rex qui præteritorum Regum factorum, & dictorum recordatus fuerit, multo melius de suis futuris actibus poterit deliberare, imitando res gestas eorum Regum, qui bonam reliquerunt famam, & gloriam, & fugiendo malorum acta, ob quæ infamiam æternam acquisuerunt. Quod sine historia præstare minime poterit Rex. Est quoque alia causa, ob quam, non solum vtilissima, sed necessaria sit optimis Regibus bonorum librorum lectio: nam particulares homines passim inueniunt alios homines, à quibus eorum errata emendentur, & reprehendantur: regalis verò potestas hoc auxilium omnino excludit: imò semper aduocat adulescentes. Vnde fit, ut sapientissime ex paruo errore in maximos præcipitentur Reges. Quod quidem aduertit antiquissimus ille Isocrates, dicens: *Principibus autem nihil eiusmodi contingit: sed quod omnium maxime institui oportebat, hi mox suscepto Principatu sine ullis monitoribus atatem exigunt.* Per paucis enim ad eos patet aditus: qui verò familiariter cum eis viuunt, hi ad gratiam, & dicunt, & faciunt omnia, &c. Quæ autoris sententia verissima est, ideoque debent Reges maxime omnium bonos legere libros, à quibus sine adulatione doceantur. Sed tandem examinare oportet, an optimis competat

Lectio bonorum librorum periculis ac maxime necessaria principibus.

Regibus musicam addiscere.

* * *

CAPVT XV.

Vtrum optimo conueniat Regi musicam addiscere, & quo modo ipsa uti debeant Imperatores.

Quia Aristot. 8. polit. in dubium vertit, vtrum pueris conueniat musicam addiscere: propterea nos idem de pueris regibus dubitare quoque statuimus. Sunt enim aliquæ rationes, quæ pueris omnibus musicam interdiciunt: quæ quidem multo efficacius Regibus eandem denegat: alia verò sunt rationes, quæ omnibus pueris, præsertim Regibus vtilem esse probant. Prima igitur pars probatur in primis, quia musica nostris temporibus non addiscitur ab hominibus laicis, nisi ad voluptatem, nimiamque lasciuia: quod quidem Regibus, qui debent esse, ut probatum est, omnium subditorum bene viuendi exemplaria, pestiferum erit. Nam, ut diximus, nihil morale, neque scientificum, quod non dirigatur ad aliquam animæ, aut corporis, aut vtriusque perfectionem, est addiscendum ab optimis Regibus: quare omnino fugienda est ab eis longa consuetudo, aut disciplina eorum, quæ ad solam sensificam voluptatem ordinantur. Hæc enim solum conuenit his perditis hominibus, quorum Deus venter est, &c. Nam in hoc sensu dicebat Homerus, ut 8. polit. refert Aristot. ad mensam oppiparè paratam vocandum esse cytharædum, qui omnes demulceat conuiuas. Et Ulysses optimam esse dixit degendi rationem, quando omnes conuiuæ sedentes per ordinem audiunt citharædum. Quæ quidem sensificæ delectatione, ut inquit Aristot. sola animantia bruta, turba puerorum, & turba aliquorum ignorantium senum quærun: at verò studiosi, sapientes, & ij, qui seriis rebus delectantur, eam fugiunt. Omnis enim sensifica delectatio, ut inquit, eneruat, omninoque distrahit rationem, & corpus scæmineum reddit. Sub talis namque musicæ suauitate mali imbibuntur mores. Quod quidem maxime timet Plato omnibus euenire pueris, necdum Regibus. Nam lib. 2. de leg. dixit bene cantare esse bona, atque honesta cantare: mala verò, & lasciuia cantare esse male cantare. Deinde non erit minus turpe Regibus ad solam voluptatem addiscere musicam, quàm addiscere delectantiū epularum præpa-

Quoniam pueris interdicitur musicam.

Cantare bene, male, quid sit Platoni.

præparationes, vt de omnibus hominibus dixit Aristoteles & adeo erat turpe, non solum apud sapientes, & antiquissimos philosophos, sed etiam apud lasciuos poetas vt, propter hunc solum finem, musica, vt omnes dicerent, opus illud nullo modo esse viri sobrij, sed potius iocantis, vt idem Aristot. docet. Quapropter finxilse poetas dixit, Iouem nunquam cantasse, nec citharâ pulsasse. Quod si, vt censebant illi poetæ indignum erat celsi Ioue, pulsare citharam, & cantare ob solam appetitus delectationem, propter autoritatem tantæ personæ, idem euenire debet terrenis Iouibus propter autoritatem, quam apud subditos tenentur seruare.

Iupitor nusquam cantauit, nec citharam pulsauit.

Musica vsus pueris maxime conueniens, iuxta Platonem & Aristotelem.

Vita humana diuisa.

Festa ad requiem instituta iuxta Platonem.

Aliæ tamen sunt rationes, & Platonis, & Aristot. testimonia, quibus probatur primum, & magis facile puerorum exercitium esse musicæ vsus: nam quemadmodum Plato negat puerorum capacitatibus seria studia: sic eisdem concedit ea, quæ iocosa, & delectabilia sunt. Quod idem probat Aristot. 8. pol. quia pueri propter ætatem nihil ferunt sponte, quod non habeat in se aliquam iocunditatem: musica verò omnibus ætatibus iocunda est. Vnde inter quatuor disciplinas ad pueritiam aptas enumerat musicam, præter gymnasticam scilicet, literas, & figurandi peritiam. Deinde, cum tota hominis vita diuidatur in negotium, & in otium, siue in laborem, & quietem, & quies sit remedium laboris, necessariò vbi inuenitur animi labor, debet etiam inueniri remedium laxitatis: iocosa scilicet quies. Nam quemadmodum quilibet corporalis excessus contrario indiget remedio: sic laxatio animi, iocosa indiget quiete: quæ quidem per musicam rectè paratur. Melius enim est, cum quiete laborum indigemus, vt musica, quàm aliis turpibus exercitiis. Quod autem hoc verum sit, docuit Plato 2. de leg. dicens: *Dei autem genus hominum laboribus natura pressum miserati remissiones laborum ipsis statuerunt, solemnia videlicet festa vicissim in ipsorum Deorum honorem instituta præbentes. Musas, quin etiam, & Apollinem musarum ducem, & Bacchum concelebratores, Deorumque consilio emendatores morum inter solemnia adhibuerunt, &c.* In quo loco instituta esse à Diis solemnia eorundem Deorum festa dixit, & musicam ad reparationem laxationis animorum, quam diebus, in quibus operantur, acquisuerunt homines. Intolerabilis enim est animi perpetua operationis extensio. Vnde

recte monuit Ouidius, cum dixit:

*Interpone tuis interdum gaudia curis,
Vt possis animo quemuis sufferre laborem.*

Gaudia curis interdum miscenda.

Quod quidem faciendum esse docuit Cicero 2. de oratore exemplo volucrum, dicens: *sic enim se res habet, vt quemadmodum volucres videmus, procreationis, atque utilitatis sua causa fingere, & contexere nidos: easdem autem, cum aliquid effecerint, leuandi laboris sui causa, passim, ac liberè solutas aëre volitare: sic nostri animi forensibus negotiis, atque urbano opere defessi gestium, ac volitare cupiunt vacui cura, atque labore, &c.* Cum igitur adeo necessaria sit animorum vehementibus curis laxatorum iocosa quies, vt sine ipsa labores diu ferre nequeant, & officium regium maiori negotiorum grauitate, sit multo magis fatigabile, quàm subditorum officia, magis necessaria erit Regibus musica, quàm reliquis hominibus: præsertim, cum musica, non solum conducatur ad voluptatem, sed etiam ad bonorum morum efformationem. Propterea enim dicebat Aristot. 8. polit. cap. 5. musicam esse ex sua natura præstantiorem voluptate. Nam, & se extendit ad mores, & secum rapit animum ipsum. In melodiis enim, & harmoniis quasdam inuenimus virtutum imitationes. Nam in aliquibus illarum inuenitur lætitia, in aliis robur, & fortitudo, in aliis pietas, ac veluti contristatio, & vnam illarum, quam Aristoteles appellat *phrygiam*, dixit distrahere, atque extra se animum ponere. Ex quibus omnibus confirmat idem Aristot. inueniri quandam cognationem inter animum, & ipsas harmonias. Propter quam quidem causam multi sapientum dixerunt animam, aut esse harmoniam, aut ipsam habere harmoniam. Vnde cum tanta sit musicæ potestas ad perficiendum animum, iustum est, vt optimus Rex ipsam addiscat, ipsaque vtatur. Nam hoc musicæ exercitium multo honestius esse videtur ad occupandos puerorum inquietos animos, quàm alia exercitia, ad quæ irrefragibilis ipsorum natura solet dilabi.

Musica voluptate præstantior.

Animi & harmonia cognatio.

Muscam voluptuosam magis vituperarunt Aristoteles & Plato quàm constitutionem ipsius artis laudarunt.

His tamen non obstantibus certissimum est Aristot. & Platonem amplius vituperasse vsus musicæ, qui ad solam voluptatem, lasciuiam, & impudentiam instituitur, quàm laudasse constitutionem ipsius artis, & diuersarum eiusdem harmoniarum. Nam ex vsu voluptuosæ musicæ omnes corrumpuntur boni mores, & corpora effaminantur: ex scientia verò artis parum perficiuntur. Quapropter Plato

omnino inhibuit mutationem antiquarum, vtiliumque harmoniarum. Certus enim ipse erat ex illarum mutatione oriri animi mutationes maximè inhonestas. Vnde lege prohibuit, vt superius diximus, ne quis poetarum auderet noua musicis exhibere carmina, ante eorundem examen, propter metum turpitudinis verborum, & quia certum etiam habebat, ex lasciuo cantandi modo deueniendum esse ad lasciuum viuendi modum. In honesta enim loquela turpem parit operationem: quod si à pueris semel recipiatur, tardè, ac difficulter deseritur. Quod quidem Regibus valde periculosum est, vt sæpius diximus.

Loquela inhonestæ turpem parit operationem.

Musica modus conueniens pueris erudiendis ad publicam gubernationem.

Cæterum, vt ad nostrum institutum magis accedamus, considerare attentè oportet ea, quæ 8. polis. magis particulariter docuit Aristot. de modo, quo vti debeant musica ij homines, siue pueri, qui erudiuntur ad publicam gubernationem. Quamuis igitur talibus hominibus cõcedat musicæ facultatis disciplinam, ipsamque dicat nullum asserre impedimentum publicis actionibus, neque corpus ad bellicas, & ciuiles actiones inutile reddere: omnino tamen explodit, & tanquam maximè noxium damnauit vile illud genus musicæ, quod solum ad voluptatem, & lasciuam instituitur. Dixit præterea homines illos, qui ad ciuilem gubernationem sunt destinati, non debere multum absumere temporis in exquisitissimè addiscenda arte musicæ: quia hi non tenentur reddere rationem eorum, quæ tractantur in arte, vt ij, qui verè sunt musici. Vnde satis esse dixit hominibus, qui artem ciuilem ex instituto tractant, posse habere ab arte musica aliquam mentis delectationem, ex cognitione constitutionis artis, & ex quarundam melodiarum. Omnino verò negauit gubernatoribus vsum tiliarum, citharæ, & aliorum omnium instrumentorum, quæ oris deformitatem, & peritam manuum operam requirunt. Nam horum instrumentorum sonum esse ad lasciuam suscitatum, & prouocatum dixit, & exconsequenti mentem impedire. Talia enim instrumenta ad solam voluptatem audientium inuenta fuisse asserit. Maximè tamen omnium vituperat tibia, & omnia instrumenta, quæ sufflatu sonant, tum propter deformitatem oris, tum quia nullum intelligentiæ præstant vsum. Ob quam causam reiectam fuisse tibia à Minerua finxerunt poetæ, licet ab eadem

Quam in instrumenta improbauit Arist. in artem ciuilem ex instituto tractantibus.

Minerua inuentam fuisse fateantur. Vnde concludit Aristoteles, dicens, tibia non esse opus hominis ingenui, sed vilium, ac mercenariorum, qui tenentur mutare sonum, cum audientes tædio afficiuntur. Quapropter, cum Philippus Rex Macedoniæ audiuisset Alexandrum suum filium pulchrè tibia cecinisse, merito condoluit, ipsumque corruit, quod actionem minimè regiam cõmisisset. Vnde dicitur quoque de ipso Alexandro, quod cum postea oblata ei fuisset cithara Paridis, ipsam repudiaret, inquiens Achilleam citharam se malle. Quo quidem dicto significare voluit fortissimus ille Rex, nullum lasciuum, atque effæminatum musicum, sed potius bellicum instrumentum decens esse Regi. Vnde vtilissimum est Regibus consilium illud, quod omnibus gubernatoribus dedit Aristoteles: nempe non conuenire illis tempus terere in addiscenda ex instituto musica, neque in addiscendis variis differentiis pulsationum instrumentorum musicorum, sed potius in exercitio bellico, & ciuili. Illud enim solū conuenit mulierculis, & hominibus effæminatis, aut iis, qui ad cultum diuinum deputantur: in quibus omnibus nescio quid vtile, inconstans, ac iocosum inuenitur? Plato verò, & Aristoteles, & omnes fere antiqui sapientes monent, quod omnes Principes, qui in gubernationum prolixis, seriis, & maximè implicatis negotiis detineri debent, tempus aliquod non consumant in pulsandis citharis, aut in componendis inhonestis cantilenis, quæ ad solam voluptatem ordinantur. Nam, vt rectè asserit Aristoteles aliud est considerare quid vnusquisque possit, & aliud, quid quemlibet deceat. Vnde vnumquemque ea solum aggredi debere affirmat, quæ sibi, & suo statui conuenientia sunt, & non omnia, quæ possit. Vnde Reges nec pulsare, nec canere debent, saltem coram subditis, quia hoc facere maximè indecens est regali maiestati, & muneri regio. Nam ita indecens videtur Regibus coram subditis ad solam delectationem pulsare aliquod instrumentum, aut canere, ac si aliquis senex coram iuuenibus, quos honestos facere cupit, puerilia caneret, aut saltaret, vel si aliquis pater coram filiis idem faceret. Rex enim, vt diximus, est veluti Deus inter homines, & est vt pater multorum filiorum, & est pastor, rector, & magister suorum subditorum.

Tibia vtilis maximè improbat, exemplo Minerua illius inuentricis & Alexandri magni pulchrè ea canentis.

Bellicum & ciuile exercitium maxime Reges decet.

Cantilenarum inhonestarum compositio non conuenit Regibus.

Canere coram subditis maxime Reges dedecet.

Hs tamen non obstantibus non in totum

Dya saltationes permissa Regibus.

tum prohibendi sunt pueri regij ab istis delectantibus exercitiis. Nam necessariae ipsis sunt ad regalem comitiam, siue urbanitatem aliqua saltationum differentiae: quia praeterquam quod sint exercitationes corpora robustiora efficientes, conducunt etiam ad imperialem urbanitatem, & comitiam. Multoties enim in Regum palatiis opus est saltationibus à personis regiis factis: quo quidem tempore indecens erit ipsas ignorare, & hoc aliquando facere, minime impedit ad negotia politica. Sic quoque necessarium est Regibus musica aliquando frui, ad sanationem scilicet laxitatis, causatae à maximis curis: nam intolerabilis est continua animi tentio. Ad hunc tamen finem maxime laudat Aristoteles modum, quo Reges Persarum musica utebantur: illi enim mercenarios habebant musicos, qui, ut periti coqui gustum, auditum recreare sciebant: sicque curarum pòdus per aliquod tempus subleuabant. Hoc namque magis auget auctoritatem regiam, quam diminuat. Quod quidem nostri Hispaniarum Reges ita faciunt. In hoc etenim, quemadmodum, & in aliis cunctis maxime omnium Regum opulentiam, & regium splendorem feruant.

Musica aliquando uti debent Reges: & quem modum in ea seruabāt Persarum Reges.

Delectationibus uti quando possint Reges.

Aduertere verò oportet, solum conuenire Regibus in dicto sensu musica, & aliis similibus delectantibus ludis uti post maximum scilicet mentis, & imaginationis laborem, causatum ab institutione bonae gubernationis. Nam, ita noxium esset imperiali gubernationi, quod Reges transmutent spatium illud temporis, quod requiei animorum est assignatum, in spatium, quod debet esse deputatum ad proprium negotium, ad bellicam scilicet, & civilem gubernationem: ac si aliquis sanus homo, alimentorum, & salubrium exercitiorum usum transmutaret in corruptum ieiunij medicamentorum usum. Sed eo deuenit deprauata hominum consuetudo, ut magis velint nequissimam ab impudentissimis histrionibus recitatam comœdiam audire, quam ad propria, & necessaria munera attendere, etiam si sint mercenarij.

Comœdia impudica non audienda.

Pædagogum regiorum circumspectio quoad musica melodia.

Ex quibus omnibus concludimus debere pædagogos regios longissime facere à pueris lasciuas omnes musicorum melodias, & impudentia carmina. Nam, ut dicebamus, filij Regum ad bellicas, & civiles exercitationes, non ad turpes, & foemineas aluntur. Non enim minus deli-

Prima animi formatio

cata est animi prima formatio, quam corporis prima formatio. Vnde quemadmodum, si in hac aliquis committatur error, quantumuis sit exiguus, maximopere postea elucet, ut ex Aristotele diximus, sic, si qualiscūque fiat error in prima animi Regis educatione, poterit postea ita accrescere, ut fiat causa corruptionis suae monarchiae, ut accidit filiis Cyri: sunt etenim aliqua harmoniae, quae animi molliem, & relaxationem causare solent, & aliae, quae causant tristitiam, & veluti deuotionem quandam, quales sunt, ut inquit Aristoteles 8. polit. cap. ultim. sacrae melodiae in carminibus expiantibus animam, qualesque sunt hae, quibus utitur Ecclesia Romana in sepeliendis Regibus, & aliis Principibus. Vnde pueris regiis utilissima erit illa harmonia, quam appellat Aristoteles Doricam. Nam eam dixit habere vim reddendi animum audientis virilem, constantem, & firmum, fortemque morem efficiendi. Sic quoque carmina, quae filiis Regum cantare conuenit, debent esse ea, quae virilem, atque compositum reddunt animum, qualia sunt ea, quae optimorum Regum, & aliquorum fortium virorum facta, & dicta referunt. Quare maxima poena dignus erit is poeta, qui filiis Regum carmina lasciuia, amatoria, & obscenis verbis plena, canere, aut referre ausus fuerit: hae enim tenerrimis animis affixa profundas solent mittere radices. Atque hae satis esse videntur dicta de scientiis, quae Regibus conueniunt. Reliquas enim magis impedire, quam prodesse credimus. Quare tempus est, ut ad munus secundum pædagogi Regum Persarum transeamus.

non minus quam prima corporis delicta est.

Dorica harmonica musica dicitur à Regibus utilis.

Quae carmina dicuntur filiis Regum.

CAPVT XVI.

Quod utilissimum sit optimo cuiunque Regi munus secundum pædagogi Regum Persarum, quod erat puerum facere vera dicentem in omnibus, & per omnem vitam.

PAUCA sunt necessaria ad probationem eius utilitatis, quae Regi eueniebat ex munere secundum pædagogi, cuius munus adeo esse utile censebāt Persae, ad hoc

Pædagogi secundum Regem Persarum munus.

ad hoc quod subditi certam fidē, bonamque spem conciperent de suo Rege, vt statuerint, vnum pædagogum vnigenito regio dare, qui statim à pueritia doceret ipsum multo maiorem habere vim quodcunque promissum Regis, siue verbis, siue scriptis offeratur, quàm cuiusque subditorum iusiurandum. Quod quidem verū esse multis probatur rationibus. In primis enim id constat ex communi malignitate mendacij, & eius autore, siue patre, & per contrarium, idem patet ex veritatis bonitate, & eius autore Deo.

*Consonantia
qua magis
hominem de-
lectat: qua
item disso-
nantia ma-
gis eum of-
fendat.*

*Verba sunt
signa animi.*

*Mendacij
malignitas
quantis.*

*Mendacium
quam maxi-
mè à decet
Reges.*

Marcilius namque dicebat in argumēto de fortitudine nullam consonantiarum magis hominum mentes delectare, quàm eam, quæ sit in sapiente ex concordia animi, & sermonis, & contra nullam dissonantiarum magis offendere quàm vbi lingua, mensque dissonant. Humana enim fides, quæ est firmamentum omnium communis societatis pactorum, immediatè oritur ex verbis, quia hæc sunt simulacra eorum, quæ sunt in anima: sic quoque maligna hominum fraus est humanorum pactorum ruina, & immediatè oritur à verbis quæ non sint simulacra eorum, quæ sunt in mente: quoniam qui mētiuntur, aliud habent in mente, & aliud in ore. Vnde, si verba consonant cum iis, quæ sunt in mente, vtilissima est consonantia: sin minus, infame oritur mendacium, quod maligni, & fraudulentī animi est indicium, quemadmodum veritas est ingenui, & magni animi signum. Vnde Plato 2. de leg. dixit mendacium, non solum hominibus, sed etiam Diis ipsis esse valde odiosum. Tanta enim est malignitas mendacij, vt à quocunque homine detrahat omne bonum, omneque laudabile. Nam de eo homine, qui mentitur, nulla potest haberi fides, quæ est potissimus humani pectoris thesaurus. Propter quod in Proverbiis, in Ecclesiasticis, in Psalmis, & in aliis quamplurimis Scripturæ locis dicitur Deum abhorreere quancunque linguam mēdacem, & dolosam. Vnde D. August. in doctrina Christiana inquit: *omnis, qui mentitur, facit iniquè; nemo enim mentiens in eo, quod mentitur, seruat fidem, &c.* Si igitur omnium particularium hominum quodcunque mendacium est signum pusilli, & fraudulentī animi, & est adeo malum, vt odiosissimum sit Deo, & sit corruptio omnium pactorum, quibus mediantibus ciuili pax, & vnio, & omnis mentiens sit vituperabilis, multo magis erit odiosum Deo

& omnibus hominibus, quod Rex mentitur. Rex enim, vt diximus, constitutus est à Deo, tanquam communissima mensura qua mensurari debēt omnes subditi, & debet esse conseruator, & firmamentum omnium pactorum, & debet esse exemplar ad cuius imitationem cuncti ciues viuere debeant. Vnde si Rex sit mendax, erit corruptor pactorum, ac pacis, & ad eius imitationem omnes subditi fraudulentī erunt: nam ad eius imitationem omnes mendaces euadent. Regis enim viuendi, atque tractandi modus in omnem diffunditur populum, veluti ab hominis corde omnes malæ, vel bonæ affectiones ad reliqua corporis membra diffunduntur, si diu perseuerent. Erit verò Regis mendacium tanto magis vituperabile, quàm mendacium cuiuscunque subditi, quanto maior est dignitas, & potestas Regis. Particulares enim homines mentiri cogūt, aut propter indigentiam opū, honorum, nobilitatis, aut propter timorem dedecoris, aut alterius iniuriæ, aut propter abiectam naturam, aut educationem: cum verò omnes istæ causæ deficiant in Rege, maximè prauitatis erit indicium eius mentiendi consuetudo. Vnde talis Rex non Deo similis, sed ipsi diabolo similis erit: quapropter vilissimus, & abiectissimus erit Rex mendax. Nam per mendaciū, vt aliqui dicunt, magis detrahatur de humana autoritate, quàm per furtum. Vnde vilior erit Rex mendax quocunque latrone. Tum præterea, cum corrumpatur fides per mendacium, & in fide verborum, aut scriptorum omnis regia collocetur autoritas, totam deperdet Rex mendax autoritatem: quod quidem in quocunque particulari homine erit detestabile, necdum in Rege, in quo omnium populorum confidentia sita est. Quapropter dixit Isocrates maximè conuenire, quod omnium Regum decreta, ita iure sint immutabilia, vt sunt immutabiles iam diu probatæ leges. Vnde meritò Plato 9. de rep. dixit Reges infidos esse tyrannos. Veritas enim ita custodita debet esse in optimis Regibus, vt nobilissimus thesaurus in magis suprema arce recondi debet. Quare Isocrates laudans Euagoram valentissimum, ac prudentissimum Regem, dixit ipsum talem habuisse bonitatem, vt quidquid verbis, aut scriptis promississet, non minus seruaret, quàm si dedisset iusiurandum. Quod quidem consilium idem dederat Isocrates Nicocli Regi, vt scilicet tantum

*Rex mendax
non Deo sed
diabolo simili-
lis.*

*Vilior est quo-
cunque la-
trone.*

*Autoritas
regum ver-
borum fide.*

*Veritas Regi-
bus seruanda
vt thesaurus
pretiosissimus*

*Euagora Re-
gis bonitas.*

Liber vnicus, Cap. XVII. 129

*Iſocratis ad
Nicoctem
conſilium de
ſeruando ve
ritate.*

tantam veritatis haberet reuerētiam, quā-
ta maior apud ciues de ipſo habebatur fi-
des, ita vt illius ſimplex prolatio eſſet for-
tior aliorum deieratione. Quod quidem
conſilium vtiliſſimum, & neceſſarium eſt
omnibus Regibus, qui firmam obedi-
entiam ſuorum ſubditorum habere volue-
runt. Nam, ſi intelligat vulgus Regem eſſe
mendacem in dictis, in ſcriptis, aut in pro-
miſſis, aut quod non puniat negligentiam
ſuorū miniſtrorum in nō adimplendis ſuis
mandatis, fere nullus erit, qui propter ſpē
retributionis laborem bellicū, aut aliquod
aliud opus aggrediatur: imo nullus erit,
qui vereatur transgredi Regis mandata.
Quapropter vtiliſſimum Regibus eſt con-
ſilium, quod dediffe Pythagoram omni-
bus hominibus refert D. Th. lib. de reg. prin.
nempe, quod poſt Deum maximē omniū
ſtudeant in omnibus vera dicere, facere,
aut promittere. Cuius quidem rei neceſſi-
tatem maximē expertam habebant Reges
Perſarum, cum ſeparatum conſtituerint
pædagogum, qui diligenter ſtuderet, vt
primogenitus Regis ſtatim à prima pueri-
tia nihil temere, ac ſine conſilio promitte-
ret, & neque in minimis aliquod menda-
cium committeret, ſed quod habitum ac-
quireret vtendi maxima præmeditatione,
& cautione in cuiuſcunque rei delibera-
tione, ne poſtea aliqua neceſſitas ipſum
cogeret mutare decretum. Hoc enim nul-
lo modo debent tentare Reges, niſi ob
magnam cauſam: præſertim in rebus fa-
uorabilibus. Atque hæc dicta ſufficiant in
comprobationem rei per ſe notæ: quare
tranſeamus ad munus tertij pædagogi ex-
plicandum.

CAPVT XVII.

*Quod vtile ac neceſſarium ſit op-
timo cuiuſcunque Regi officium
tertij padagogi Regum Perſa-
rum, quod erat puerum docere,
vt à nulla cupiditate ſuperare-
tur, vt liberè viuere cōſueſceret,
& quod cognosceret ſe Regem
imperantem eſſe, nullique alteri
homini ſeruientē: ſic quoque pro-
batur. vtilitas quarti padagogi.*

*Tertium pa-
dagogi Regū
Perſarum of-
ficiū.*

Tertius pædagogus Regum Perſarū,
vt inquit Plato, monebat puerum, vt

nunquam ſuperaretur ab aliqua ſenſuali
cupiditate, & liberè viuere conſueſce-
ret, vt optimo conuenit Regi, ante omnia
ſcilicet imperans iis appetitionibus, quæ
in ipſo ſunt, nullique ſeruiens cupiditati.
Huius verò pædagogi munus ferè eſt
à nobis iam explicatum. Diximus enim
ſuperiùs nullo modo poſſe Regem gu-
bernare, vt par eſt, ſuos ſubditos, ſi ipſe vir-
tutibus careat moralibus, quæ omnes bru-
tales appetitiones ad rationis imperium
ſubiiciant. Nam, vt dictum eſt, is, qui
ſuos appetitus domare nescit, minimē
ſciat aliorum brutales appetitiones cohi-
bere.

*Imperare ſibi
prius oportet
quàm aliis.*

Atque propterea doctiſſimus ille Iſo-
crates idem conſilium dabat Nicocti Re-
gi, dicens: *Impera tibi ipſi, non minus quàm
& ceteris: idque maximē regium putato, ſi
nullis libidinibus ſeruias: cupiditates magis im-
potestate habeas, quàm ciues tuos.* Et poſtea,
ita regna ſe habere, experientia docet,
quemadmodum Reges ſuum proprium
animum excoluerint. Solum enim bonus
eſt Rex, qui antequam reliquorum ani-
mos excolere incipiat, ſuum animum
habet elaboratum. Nam, vt inquit
Plato libro primo de leg. ij ſunt boni Im-
peratores, qui ſibi met imperant; mali au-
tem, qui nequeunt ſibi imperare, &c.
Quapropter maxima cum ratione ter-
tius ille pædagogus nitebatur facere
puerum regium ſuarum perturbatio-
num dominum, vt poſtea ſciret, & libe-
rè poſſet ſuorum ſubditorum dominus
eſſe.

*Iſocratis con-
ſilium de non
ſeruiendo em-
pidicibus.*

*Imperatores
boni & ma-
li qui ſunt.*

Cæterum, ad hoc ſubditorum domi-
nium cum dignitate, & autoritate re-
gia obtinendum, docebat iſte tertius pæ-
dagogus ſingularem quandam proprieta-
tem optimis Regibus valde neceſſariam:
quæ quidem erat, vt aſueſceret puer libe-
rè, & vt decet regiam maiestatem, viuere.
Debent etenim Reges mente concipere
ſe diſtinctum habere eſſe accidentale, ab
eſſe accidentali ſuorum ſubditorum, &
ex conſequenti debent ſcire Reges ſe di-
ſtinctum habere modum viuendi à mo-
do viuendi ſubditorum. Nam Rex inte-
gra ex parte liber naſcitur, ſubditi
verò non, vt dictum eſt. Vnde Rex
debet viuere, & ſe ſuis ſubditis ſem-
per oſtendere, vt Rex omni ex parte
ſoueranus, nullique alteri homini ſub-
ditus, ac ſubſeruiens, ſed liberè imperans
ſuis ſubditis ea, quæ iuſta ſunt. Vt verò
vtilitas huius regię proprietatis intelli-

*Reges debent
conſiderare ſe
habere diſtin-
ctum eſſe ac-
cidentale &
viuendi mo-
dum ab eſſe
& viuendi
modo ſubdi-
torum.*

R gatur

130 Tit. Vnde optimi Regis inflit.

gatur, scire oportet, non agere nos hic de ea libertate licentiosus, quæ ad vitia prouocat pueros. Nam hoc contrarium esset eis, quæ intenderat pædagogus: sed potius intelligitur de imperiali quadam maiestatisque plena libertate, quæ optimi Reges ita præditi esse debent, ut eam nunquam derelinquant, sed simul eam manfuerunt semper ostendere conentur. Soveranitatem quandam imperialem, ac maiestatem. Nam quemadmodum omnes subditi docere debent suos filios, necessarium esse, tanquam naturalem, interra obedientiam, cuiusdam superioris, & eos ad huius superioris obedientiam assuefacere tenentur, ita ut certo sciant suæ libertatis lora in manu Regis semper, & ubicunque esse: sic filius Regis debet statim à pueritia scire, se non esse vnum ex multis subditis, sed multorum subditorum vnum Dominum, Patrem, ac Regem, naturalemque esse Imperatorem. Nam quemadmodum subditorum exitiale vitium esset, non habere semper veluti refractam propriam libertatem, & carere ea obedientia, quæ ipsos constituit in esse subditos: ita, ac veluti lethale vitium esset, si filius primogenitus Regis statim à pueritia, ita aleretur à parentibus, & pædagogis, ut aliquo modo subiectioni inclinatum haberet animum, aut regis libertatis, ac maiestatis remissionem. Vnde necesse est, ut filius Regis, in animo concipiat statim à pueritia nullum alium, præter Deum habere dominatorem, sed potius liberum esse ab omnium hominum subiectione, seque omnibus imperaturum. Quare maximum vitium, certumque pusillanimitatis esset indicium, si aliquis Rex alicui subditorum, ita feruenter subiiceretur, ut illi totam pretiosissimam libertatem, ac imperialem soveranitatem, quæ soli Deo est subiicibilis, omnino tribuat. Ex hoc enim vitio magna in republica sequi solent incommoda. Nam Rex suam amitteret auctoritatem, & simul verteret amorem, quem erga eum debent habere subditi, in mortale odium. Quod quidem docuit Aristoteles libro quinto capite undecimo. Ibi enim probat ferè totam conseruationem eius gubernationis, quæ fit ab vno tantum gubernatore, dependere ex eo, quod vnus ille gubernator neminem vnum subditorum præ ceteris magnum faciat. Ex tali enim præcedentia, ut inquit, reliquorum eiusdem or-

dinis insurgunt odia aduersus Regem, & aduersus prælatum inuidiæ, ac dissensiones, & homicidia. Quod quidem nos experientia comprobatum vidimus anno 1618. die 24. mensis Aprilis dum apud charissimam nostram Dominam D. Annam de Austria Infantam Castellæ, & Francorum Christianissimam Regiam, primarij sui medici nuhus exercebamur. Nam cum Marchio quidam de Anchre totius Gallorum gubernationis dominus factus esset à supremo gubernatore, talia magnatum, & totius plebis aduersus eum insurrexerunt odia, & aduersus totam monarchiam tanta incendia, ut nisi iussu Regis pondum gubernationis septum obineis trucidatus fuisset, breuiter perituram totam monarchiam omnes prædicerent. Ita igitur omnium subditorum inualuerunt odia aduersus dictum Marchionem, quia illi soli data fuit omnis potestas à supremo gubernatore, ut non solum abiectionem fuerit occisus, & miserrimis, ac ignobilissimis pannis inuolutus, clam, ac media nocte propter metum plebis fuerit sepultus is, qui parum antè magnam cum splendore, multorum comitatu, & regalibus vestibus indutus, non solum plebi, sed nobilibus omnibus imperabat, omnesque miserabili iugo torquebat: sed etiam sequenti die ab ignobili, ac insuperabili vulgo ex sepultura extractus in ligno fuerit suspensus, ac minutim ab omnibus ibi vulneratus, ac tandem per vniuersam ciuitatem raptus, ac igne combustus, & in cineres redactus, & in flumen missus. Cuius quidem hominis extremæ infelicitatis, & aliarum multarum circa uxorem, & circa suos causa fuit prælatio facta à Regina, eiusdem Marchionis ambitio, & reliquorum omnium ciuium odia, & inuidiæ, propter illius præcellentiam. Quod quidem exemplum euidentissimè probat, verum esse, quod ex Aristotele diximus: nempe maiorem noxam, maiusque detrimentum, quod pati potest gubernatio facta ab vno Rege, euenire propter exceedentem, nimiam, ac diu durabilem prælatiam vnius subditorum iniuste receptam, & ambitione exercitam.

Ceterum, non propterea colligere oportet necessarium esse, ut optimi Reges omnino abstineant à singularibus amicis, cum quibus singulariter sua negotia tractent, & quos præferant in aliquibus, ut prudens pater

Marchionis
de Anchre
in erituo.

Reges amicis
quibusdam
singularibus
indigena.

Regis filius
à pueritia
edocendus
nullum ha-
bere domina-
torem præter
Deum.

Conditiones
amicorum
Regis.

Monarchia
dissolutionis
causa.

Alexandri
amici fidissi-
mi duo, &
quid de his
circumfere-
tur.

paterfamilias in sua domo facere cogitur. Cum igitur Rex, non aliter, ac reliqui homines, sit animal inclinatum non solum ad communem, sed etiam ad singularem societatem humanam, necessario indiget fidelissimo aliquo amico, vel fidelissimis amicis, cum quibus mutuam habeat sociabilitatem, & qui pondus gubernationis subleuent. Neque id negauit Aristoteles in dicto loco, cum referat conditiones eius, quem Rex extollere debeat, dicens, quod si quem extollere oporteat, quod sit talis, ut non sit moribus audax, non sit ambitiosus, & quod non sit auarus. Nam tales homines, ut inquit, aptissimi sunt ad inuadendum circa res omnes, id est ad iniusta faciendum circa res omnes. Vnde talium hominum praelatiam merito omnes abhorrunt subditi, & hac sola est, quam Aristoteles dixit causam solere esse dissolutionis monarchiae: praelatiam vero iustorum omnes, praeter eos, qui ex sua natura sunt inuidi, ac maleuoli, laudant. Vnde Virgilius nunquam errasse dixit Aeneam eo quod ad omnia secum habuisset fidum Achatem. Neque Alexander magnus aliquo modo taxatur, eo quod duos fidelissimos, ac maxime selectos habuisset amicos, Craterum scilicet, & Hephestionem: imò adeo mira fecit tempore duodecim annorum, ut inter heroes, semique Deos fuerit ab omnibus autoribus enumeratus: quamuis ita intrinseca esset, ac singularis inter Alexandrum, & duos illos homines amicitia, ut alterum illorum amicum Regis, id est coadiutorem gubernationis: alterum verò diceret esse amicum Alexandri, id est ad delectabilem societatem. Quem quidem, ita adamabat Alexander, ut cum Darij mater eum pro Alexandro salutasset, posteaque monita ad Regem se conuertisset, dixerit ei Alexander, *nihil curae habeas, o mater: nam etiam hic est Alexander.* Et non solum, dum viueret tanto amore prosequutus fuit Alexander Hephestionem, sed post eius obitum tanta eiusdem amoris dedit indicia, quanta reddere posset, si charissimus pater, aut charissima vxor esset mortua. Nam ad illius funus inuitauit omnes circumuicinas ciuitates, & in tota Asia ignem sacrum, donec funus esset absolutum, extinguere iussit: quod à Persis solum fieri solebat in obitu Regis: sic etiam ad ipsum sepeliendum mirè factum, ac grande construere fecit templum. His

tamen non obstantibus optimus, ac magnus fuit Alexander Rex, ut dictum est. Quapropter officium Regis non excludit in totum selectos habere amicos.

Quod quidem verum esse confirmauit Rex Regum, & Dominus Dominantium CHRISTVS Redemptor noster, qui non clam, sed aperte ad suae gloriae, atque tristitiae manifestationem solos tres discipulorum elegit, & in cena coram Capite Ecclesiae, & reliquis discipulis solus Ioannes recubuit supra pectus Domini, & hunc solum filium suae matris constituit, & solum Petrum fecit caput Ecclesiae. Quapropter minime sunt reprehensione digni Reges eo quod selectum habeant aliquem, aut singulares amicos, dummodo rectam faciant illorum electionem. Nam si sint audaces, temerarii, ac imprudentes, aut honoris, & pecuniarum adeo auidi, quod propter suam commoditatem, & conseruationem, ita incommunicabilem efficiant Regem, ut honestissima mater pudentissimam filiam efficere conatur: impossibile est, quin maximum patiantur in reliquis subditis odium. Si verò Regis, & regni utilitatem, potius quam propriam salutem quaerant, & inter ciues semper conseruent unitatem, & omnium sint apud Regem procuratores illiusque aditum apertum seruēt, ut nostris temporibus aliqui faciunt, ita utiles erunt tales homines Regi, & subditis, ut dicat Isocrates talem consiliarium dignissimam, & vtilissimam esse ipsius Regis possessionem.

Multo verò magis necessarius est talis consiliarius, cum Rex adhuc puer incipit gubernare. Certum enim est, tunc perito indigere, coadiutore, atque ductore, qui scilicet sine usurpatione regalis autoritatis, ac soueranitatis Regem dirigat ad conuenientes rerum deliberationes. Quod quidem munus securius est committere vni, quam plurimis. Nam si plures fuerint in eodem gradu, fere est impossibile, quin sequantur eadem incommoda, quae sequi dicunt autores ex plurium gubernatione. Nam cum plures eiusdem ordinis homines in cacumine sunt positi, ferè est impossibile, quin rixae, inuidiae, & quamplures ambiciose dissensiones inter eos oriantur, & sic ignorantem puerum modò sursum, modò deorsum trahunt, & ancipitem tenent: quae omnia monarchiam perdere valent. Ista autem

R 2 minime

Christus Dominus tres singulares habuit amicos: Eiusque exemplo possunt sibi Reges aliquos eligere.

Aliquis amicus, qui.

Rex puer gubernare incipiens uno maxime consiliario indiget.

Consiliariorum aequalium pluralitas periculosa gubernationi plurium.

minimè sequentur, si ab vno iusto, mansueto, prudenti, & perito in arte gubernandi ducatur puer. Nullus verò qui propriis factis, aut dictis obscurare Regis libertatem voluerit, potest esse verus Regis amicus. Hanc enim sibi soli debet deuincere Rex, propter iam dictas causas.

*Padagogus
quilibet re-
giū sequi de-
bet munus
padagogi ter-
tij Regum
Persarum.*

Quapropter maxima cura tenetur quilibet padagogus regius adimplere munus illud, quod tertio padagogo Regum Persarum erat commissum, seruare scilicet semper auctoritatem, libertatem, soueranitatem regiam: ne postea, tanquam stupefactus, ac ignorans nihil atdeat, aut eadem lingua, qua Deo iusiurandum fecit, se omnia secundum iustitiam, & secundum legis diuinæ mandata exequitur, proferat iniqua iudicia. Optimus enim Rex, debet tanquam magister, & dux, à cuius ore omnes dependent, omnia iubere, & disponere, & vt Aristoteles vult libro quinto polit. debet perse ipsum Rex honores dare, & pœnas per alios. Nam sic amabitur à subditis, & regiam auctoritatem seruabit in dando, & tanquam dulcissimus pater amabitur à subditis. Erit ergo cuiusque futuro Regi necessaria doctrina tertij padagogi.

*Padagogi
quartij Regi
Persarum of-
ficiū.*

Officiū quartij padagogi erat reddere verè fortem puerum regium. Nam, vt inquit Plato, huius padagogi munus erat reddere filium Regis impavidum, ac intrepidum, ne aliquando quippiam metuens seruus fieret. Quod quidem vilissimum in Regibus vitium emendari non potest à pueritia, nisi per continuam assuetudinem ad fortitudinis habitum. Hæc enim virtus, vt diximus, vitiosum, seruilemque timorem, & irrationalem audaciam tollit, aut cohibere docet. Propter quæ quidem vitia in Rege existentia corrumpi solent monarchiæ. Nam propter temerariam audaciam, non semel, sed pluries ad captiuitatem venerunt Reges, vt experientia, & Plato docent. Solent quoque cum tanto suorum cruore vincere, vt potius infamiam, quàm gloriam mereantur. Nam, vt superius diximus, vera, ac prudens fortitudo, non est inconsulta temeritas, aut periculorum indagatrix, sed potius scientia opportunissime timendi, & audendi. Quapropter debet optimus Rex scientiam habere fugiendi, & sequendi. Propterea enim Plato dialogo de fortitudine,

*Audacia te-
meraria Re-
ges aliquan-
do captiuos
efficit.*

*Fortitudo
vera & pru-
dens scientia
opportune ti-
mendi & au-
dendi.*

dixit, meritò Homerum laudasse equos Aneæ, quod hinc, atque hinc celeritè fugerint, & ipsum quoque Aneam laudauit, quod fuerit peritus in fugiendo, audendo, & metuendo. Hæc enim in tempore, & cum vtilitate, atque sine dedecore facere, est officium fortitudinis. Caterum, etiamsi audacia in Regibus sit periculosum vitium: non tamen ita infame est, ac irrationalis timor, seu metus. Vnde Reges, potius ad audaciam, quàm ad timorem debent semper inclinare. Valde enim vituperabile, ac infame est cunctis hominibus, nec dum Regibus, ob solum seruilem timorem subiici, aut rem liberè inimicis tradere, vt superius diximus. Sed hæc dicta sufficiant ad comprobationem educationis primogenitorum Regum Persarum: quam quidem, tanquam vtilissimam normam educationis nostrorum catholicorum Principum explicandam suscepimus. Eius enim fundamenta ducunt ad verè rationalem, siue prudentem, christianam, verèque durabilem status materiam. Nam omnes reliquæ gubernationis viæ tanto sunt ad dissolutionem magis paratæ, quanto fuerint sophisticæ, id est contra veram rationem, & contra CHRISTI legem. Quod, vt magis pateat, breuiter explicare in vltimo capite decreuimus laboriosam, ac periculosam omnium tyrannorum gubernationem. Hinc enim latius patebit, quàm suavis sit secuta, & longæua gubernatio optimorum Regum.

*Aneæ, eius-
que equorum
ius quoniam
peritiam fu-
giendi.*

*Timor irra-
tionalis pue-
riculosis est
audacia.*

*Conclusio
educationis
primogenito-
rum Regum
Persarum.*

CAP V T XVIII.

De tyrannica gubernandi ratione, & de eius inconstantia, ac infelici fine; & cur nihil profecerit Plato in reuocando secundo Dionysio à sua tyrannide.

Quoniam talis est natura contrariorū, vt vnius explicatio conducat etiā ad alterius perfectam intellectionem, & gubernatio facta à Rege omnino sit contraria gubernationi facta à tyranno, propterea in hoc vltimo capite maximè con-

*Contrariorū
natura.*

*Gubernatio
optimi Regis
opponitur ty-
ranni, qualis
sit utraque.
Et in quo co-
ueniant, dif-
ferantque.*

ducet ad institutionem optimi Regis; ali-
quid de tyrānicā gubernationis prauita-
te, & insecurity dicere. Gubernatio e-
nim facta ab optimo Rege est gubernatio
quædam paterna, clemens, ac mansueta,
facta ab vno Imperatore secundum rectæ
rationis vsum, secundum scilicet sanctissi-
ma, ac iustissima instituta: tyrannica au-
tem gubernatio, est gubernatio facta
etiam ab vno: est tamen crudelis, violenta,
insolens, ac sæua gubernatio. Vnde Iue-
nalis dixit,

*Quid Nero tam sæua, crudaque tyranni-
de fecit?*

Sæuum itaque, ac crudele imperium est
cum subditi non ducuntur secundum ra-
tionales, ac consuetas leges, sed potius
per iniquas, & violentas vi, superboque
imperio trahuntur. Nam regia guberna-
tio, & tyrannica in eo conueniunt, quod
utraque ab vno fiat supremo gubernato-
re: differunt verò, quod regia guberna-
tio modis omnibus, semperque procu-
ret vtilitatem subditorum, potius quam
eorundem dominium. Nam, vt inquit
Aristot. 5. polit. cap. 10. Rex est tutor, ac
custos vniuscuiusque subditorum: ita vt
populus nullo modo contumeliis afficia-
tur, & ij, qui diuitias habent, nihil iniustum
patiantur. Solum enim debita vectigalia
à suis accipit subditi, eaque honestè sem-
per expendit, & vt inquit Aristot. reddit
rationem sumptuum: quoniam publici,
ac magni sumptus semper debent fieri in
gratiam defensionis, & diligentis admini-
strationis totius monarchiæ. Et cum veri
subditi sciunt ea, quæ ex suis laboribus ac-
cipit Rex, in vtilitatem Reipublicæ dissi-
pari, suumque Regem vident potius cu-
stodem esse, quam professorem commu-
niem pecuniarum, vt inquit Aristot. læ-
tantur, & voluntariè, ac semper vectigalia
regia soluunt. Est etiam optimus Rex talis,
vt cū grauitate videatur honestus, non as-
perus: ita vt potius subditi ipsum reue-
reantur, quam timeant. Et debet esse ita
diligens in ciuili cura, vt nullus subdito-
rum contumeliam patiatur, debet quo-
que esse in omnibus sobrius: nam, vt in-
quit Aristot. nec facilliter inuadi, nec contem-
ni potest, qui vigilat, & sobrius est. Quasi di-
cat: Rex sobrius, & vigilans rarò contem-
nitur à suis subditis. Optimus quoque
Rex vehementer afficitur erga veram re-
ligionem. Vnde honoribus afficit bonos
& sapientes ciues, & egregios viros sibi
adiungit, & dimittit auriculares, & adula-

*Sumptus ma-
gni & publi-
ci ad quid
insumendi.*

*Regis optimi
conditiones
nonnullæ.*

tores, & aliorum ciuium exploratores. Est
denique optimus Rex respectu suorum
subditorum, veluti prudens, & sapiens pa-
terfamilias respectu suorum domestico-
rum, vt sæpius dictum est. Vnde fit vt opti-
mus Rex semper ametur, & obseruetur à
subditis, tanquam verus pater.

Contra verò se habet tyrannus: hic e-
nim nunquam quarit propriam vtilita-
tem, & conseruationem ciuium, sed po-
tius integrum illorum dominium, ac sub-
iectionem, propter pecuniam. Nam ty-
rannus nunquam respicit ad communem
vtilitatem, nec honestum aliquem finem,
sed potius respicit suum commodum,
suamque voluptatem. Quemadmodum
enim obiectum Regis est id, quod est ius-
tum, & honestum ad conseruationem
monarchiæ: sic obiectum tyranni est id,
quod sibi placens, ac voluptuosum est.
Vnde Reges honores, & tyranni pecu-
nias appetunt. Quapropter Rex, & ty-
rannus habent se circa subditos, sicut se
habent circa vineam proprius dominus,
& conductor illius: nam quemadmodum
dominus vineæ magis attendit ad conser-
uationem vineæ, quam ad multitudinem
fructus, cum vineæ deperditione, & con-
ductor vineæ solum attendit ad multitu-
dinem fructus, etiamsi propter maiorem
fructus abundantiam citò perditum iri vi-
neam credat: sic Rex magis attendit ad
conseruationem monarchiæ, quam ad
multitudinem vectigalium: tyrannus ve-
rò solum vectigalia, etiamsi sint iniusta,
quarit. Nam propter maiorem pecunia-
rum auiditatem noua vectigalia semper
imponunt: non quidem ad tutelam mo-
narchiæ, vt optimus facit Rex, sed potius
ad intemperantiam, vt scilicet effuse dent
scortis, peregrinis, histrionibus, adula-
toribus, & omnibus ministris voluptatum.
Quos quidem sumptus ita manifeste fa-
ciunt, vt patentes sint omnibus subditis.
Sic enim subditi tyrannos timent, tan-
quam potentes, felices, atque beatos.
Talis namque est miserrima fors tyran-
norum, vt ad suam tutelam accipere non
possint proprios subditos, vtpote quos
tanquam repressos habeant inimicos. Vn-
de necessarium est, vt auri, & argenti co-
pia peregrinos, ac perditos homines sem-
per sustineant, ab ipsisque aduersus subdi-
torum impetus muniantur. Semper enim
tyranni conantur labefactare vim suorum
subditorum, ne contra tyrannidem ali-
quando insurgere possint. Quod quidem

*Tyranni pro-
prietates.*

*Rex & tyrā-
nus se habet
circa subdi-
tos sicut do-
minus & co-
ductor circa
vineam.*

multis præstant modis. Nam in primis potentiores regni enervant, atque decerpunt, eosque publicis officiis, & honoribus priuant, sapientes ac iustos homines à se, & à gubernatione expellunt, & admittunt adulatores, & iniustos, euitareque modis omnibus conantur omnes eas actiones, per quas oritur inter ciues amica cognatio, atque confidentia. Nam ex continua cognatione nascitur inter ciues firma fides libertatis. At verò tyranni, non solum intendunt potentes regni destruere, sed multitudinem populi ita conculcatam habere, ut eorum animos ad perpetuam seruitutem submittant, timidos, & afflictos semper habeant. Tria enim, ut inquit Aristot. coniecit tyrannus, ut ciuium scilicet animos imminuat, timidosque reddat: nam, ut inquit, nemo parui animi audet insurgere contra supremum gubernatorem. Secundum, quod procurat tyrannus, est, ut inter ciues nulla seruetur libertatis confidentia: Quapropter persequitur, tanquam pestiferos, & aduersarios, homines optimos, ac iustos viros, quibus plebs confidit, à misera seruitute liberari, & ideo omnes sine spe libertatis manent. Tertium, quod intendit, est, diminuere in populo omnem agendi potentiam: nam nemo adeo stupidus est, ut audeat aggredi ea, quæ sibi sunt impossibilia, & ex consequenti, neque tyrannidem tollere. Ad quæ quidem omnia rectè efficienda, & ad rectam intellectionem eorum omnium, quæ tractantur à ciuibus, constituunt tyranni, ut inquit Aristot. multos simulatos exploratores, siue delatores auriculares, ipsosque mittunt ad congregationes, & circulares ciuium conuersationes. Hinc enim latere non possunt tyrannum ea, quæ quis dixerit, aut fecerit. Quo quidem remedio uti solent ij, qui maximè labilem, primumque locum apud aliquem Regem obtinent, ne alicuius diligentia à cacumine in lutum ruant. Omnia tamen tyrannicæ prauitatis sunt effectus. Nam, ut asserit Plato. 9. de republ. cum homo effectus est tyrannus, inuidus euadit, iniustus, omnis beneuolentiæ subditorum expers, omnisque immunditiæ sentina, ac fomes fit. Ex quibus omnibus omnium hominum miserrimum fieri tyrannum & alios homines, qui ipsi adhærent, similes reddere affirmat Plato. Quod autem hoc verum sit confirmat idem Plato in epistolis, præsertim in octaua exemplo maioris, & mi-

Tria coniecit tyrannus ut subditos imminuat, timidosque reddat.

Tyrannorum simulati exploratores.

Tyrannica prauitatis effectus.

Illius exempla, duo Dionysij.

noris Dionysij: qui quidem ab omnibus autoribus, tanquam potissima, & patentissima exempla tyrannidis, adducuntur, & ut ostendant, certissimum esse quamcunque tyrannidem infelicem habere finem. Primus igitur, & secundus Dionysius tyrannico iure Syracusam, & totam Siciliam diu oppressam tenuerunt. Cæterum primus illorum, quem acutissimum habuisse ingenium testatur Plato, quemque paulo antea, non Italia, non Sicilia capiebat, assiduis certaminibus oppressus interfectus fuit insidiis suorum subditorum. Secundus verò Dionysius filius primi postquàm per multos annos opulento imperio potitus fuit, tandem à Dione victus in Corinthum fugit, & ut aliqui scripserunt, ibi mansit pueros docens, donec mortuus fuit. Nec mirum est, quod adeo infelicem habuerit tyrannus ille Rex finem. Nam, ut refert Plato epistola octaua, nihil, nisi fraudes, mendacia, seuasque mortes, dum regnauit, patrauerat, aduersus optimos, magisque potentes viros totius regni, quarum quidem fraudum ipse Plato testis fuit: nam ter ex Athenis Syracusas profectus fuit, semel scilicet primi Dionysij tempore, bis verò postea iuniori Dionysio tyrannidem obtinente. Cum enim defuncto primo Dionysio suus filius in tyrannidem successisset, gubernareturque puer consilio Dionis, & optans Dio traducere puerum ad cupiditatem philosophicæ vitæ, Platonem multis precibus Syracusas vocauit, & induxit Dionysium, ut eundem Platonem accersiret. Paruit ergo Plato hac in primis spe ductus, se suis consiliis effecturum, quod ex tyrannide in rempublicam, aut regnum redderet Siciliam. Cæterum quarto post Platonis accessum mense commotus tyrannus falsis calumniis Dionem suum tutorem extra regnum expulit, & eum suo patrimonio, quod erat centum talentorum, ut refert Plato, priuauit. Qua quidem re indignatus Plato in suam patriam rediuit. Postea verò Dionysius, tum quia amabat consilia Platonis, tum etiam ut reconciliaretur cum Dione, quem timebat, Platonem vocauit. Vnde à Dionysio rogatus & ei offerre reuocationem Dionis tertio accessit ad Siciliam Plato, maximo tamen cum dolore, & timore doli tyrannorum: inquit enim Plato: *Erat iam tunc ætas, & frequenter nauigabatur, videbaturque mihi non tam de Dionysio, quàm de me ipso conquerendum, ut in arctû Sille tertio deuenire, Charibdemque remeti*

Plato Syracusas vocatur philosophiam Dionysium eductum: & quid inde sequatur.

Dionis expulsio.

Ad virtutē
exhortari no-
lentes resipif-
cere, ignorā-
tia & serui-
lus est timo-
ris.

Platonis mo-
nita ad Dio-
nysum.

incurabilia esse Dionysij vitia, ab eo volare anxie desiderabat. Quamvis enim non apertis verbis, sed modesta, atque latente quadam ratione veritatem significante (quia, ut inquit, *non est tutum Principes aperte redarguere*) dicebat Dionysio nullo modo posse durare aliquam monarchiam, in qua supremus gubernator non fecerit constanter servare leges vitia tollentes, & ad virtutem ducentes, & fidum, ac iustum apud se habeat totius gubernationis socium, siue priuatum & multos alios fidos, iustos, & prudentes amicos, cum quibus familiariter tractet, & quibus gubernationes singularium ciuitatum commendet. Nam quemadmodum certissimum signum probitatis est similes habere amicos: sic ipsis carere certissimum maligni animi est signum. Quod autem sine fide ac prudentibus amicis non possit conseruari imperialis gubernatio, probabat Plato exemplo secundi Dionysij, qui propterea quod, neque ex suis mino-

Amicorum fi-
dorum neces-
sitas ad gu-
bernandum
adstruitur e-
xemplo Dio-
nyij.

ribus fratribus, neque ex iis familiaribus, quos nutruerat, nesciuit facere fidos amicos, sed potius vilibus adulatoribus, vanisque hominibus, quos ex summa paupertate diuites fecerat, commendabat gubernationis munus, & suae personae custodiam, perdidit monarchiam simul cum vita. Ista tamen omnia recipiebat Dionysius à Platone, non tanquam à vero magistro, sed potius tanquam ab insidiatore, tum propter omnino deprauatam naturam, quae dum magis ad bonum moneatur, magis irritatur, tum propter adulatorum figmenta. Vnde postquam discessit Plato, ad infelicem dictum finem deuenit secundus Dionysius. Quae quidem omnia tenentur docere paedagogi regij vnigenitos filios Regum, ut à tanta infelicitate fugiant, à se expellant adultores & ad communem consuetudinem, non nisi doctos, prudentes, & iustos socios gubernationis, eiusdemque ministros admittant.

Platonem non
tanquam ma-
gistro, sed in-
sidiatorem
audiebant
Dionysium.



I N D E X

INDEX

RERVM PRÆCIPVARVM

QVÆ POSTERIORIBVS HIS DVOBVS

TRACTATIBVS

DISSERVNTVR.

A.



Abderea quæ ciuitas, & cur Abderitarum multi fatui nascantur. 6.a
 Accipiendum nunquam unde non oportet. 77.a
 Actio vna, eademque potest dici & secundum & præter naturam, seu naturalis & affectuosa. 11.a
 Actio humana quæ propriè appellanda. 24.a
 Actiones simpliciter & absolute humanæ quæ dicantur. 35.b
 Actiones voluntatis coactæ ab appetitionibus quo sensu dicantur errores & ignorantia intellectus. 12.a
 Actiones naturæ quæ differant ab eiusdem perturbationibus. 10.b
 Admiratio debet esse rara in pueris. 66.a
 Adolescentes nobiles quomodo se gerere debeant in magnificis sumptibus. 79.a
 Adulatio vitanda pueris. 80.a
 Adulatores qui dicantur. 80.a
 Adulatores procul à Regibus arcendi. 106.a
 Adulatores Dionysium malè perdiderunt. 135.a
 Adultorum & puerorum discrimen ex Aristotele. 47.b
 Egrotantium mores cognoscendi medico. 7.a
 Emulatione aliorum accendendi sunt puerorum animi, ex Quintiliano. 42.a
 Eneæ eiusque equorum laus quoad fugæ peritiam. 132.b
 Erarij publici consumptio, regni perditio. 108.a
 Aer nubilosus, humidus & crassus quid significet. 6.a
 Affabilitas quæ virtus, & quænam eiusdem vitia. 79.b
 Affabilitatem seruantes verè probi sunt. 80.a
 Affectus quid sit, & quomodo ab affectu inebrietur anima, eorumque imperio ratio succumbat. 13. 14. 15.
 Afflictio subditorum vitanda Regibus. 114.a
 Agricultura quod in pretio apud antiquos. 99.b
 Alcibiades conuincitur incapax alieni regiminis. 89.b
 Alexandri Magni prudentia quoad oblatum sibi de regimine librum ab Aristotele. 84.b
 Alexandri Magni industria in tractandis equis & illius equi bucephali historia. 90.b
 robustus & rat venator. 91.a
 omnium regum regula. 92.a
 Alexandri amici fidissimi duo: & quid de his censeatur. 131.a
 Alphonfus sapiens non ita felix in gubernatione. 100.a
 Amatorum pericula despicientium sitne vera fortitudo. 59.b

Amicus verus in quo ab adulatore distinctus. 80.a
 Amicus vilis (ne legas aliquis) quibus. 131.b
 Amici Regis quales ex Isocrate. 108.a
 Amici Christi Domini tres. 131.b
 Amici singulares Regibus necessarii. 130.b
 quas conditiones habere debeant. 131.a
 Amicorum Alexandri historia. ibid.
 Amicorum fidorum necessitas adstruitur exemplo Dionysij. 136.a
 Amor quando tyrannus. 142.a
 Amoris paterni vis erga filios. 123.a
 Anaxagoræ dictum quoad præmeditationem horribilium euentuum. 62.b
 Angelus à Deo vnicuique hominum, imò cuilibet Reipublicæ datus tanquam pædagogus, iuxta Platonem. 31.a
 Anima nostra duos habet Consiliarios amentes & contrarios. 130.b
 ab affectibus inebriatur. ibid.
 Quomodo tyranna reddatur. 114.a
 Anima vna immortalis, & alia mortalis in eodem corpore iuxta Platonem. 114.a
 Anima vnita quomodo intelligat. 88.a
 Anima sana quando dicatur. 18.
 cuius optimus status. 19.a
 non dicitur sana per virtutem. ibid. b
 Animæ tres partes ex Platone. 7.
 a duæ ex Tullio. ibid.
 & ex lib. de Eccl. dog. ibid. 18.
 Animæ rationali tria accidunt, iuxta Aristotelem. 7.b
 an Anima vnarationalis sit alia perfectior in naturalibus ad operandum. 35.a
 Anima rationalis generositas ac dignitas asperitatem abhorret. 62.a
 Animæ cognitio quomodo cadat in philosophum & moralem & medicum. 22.a
 Animæ salus excellentior sanitate sompnis. 1.a
 est & virtus. 2.b
 Animæ imperium in corpus. 9.a
 Anima & corpus sibi inuicem suas affectiones aliquo modo communicant. 13.a
 Animæ superbia & timiditas unde oriatur. ibid.
 Animæ, quæ facultatis sensitiuæ meris appetitibus regitur, quàm miser est status. 131.b
 Animæ facultates expenduntur. 8.a
 Animus à principio virtutibus & vitiis non est occupatus. 123.a
 Animus, siue historia, puer. 123.b
 Animus sanus esse, inquit siue morali philosophia. ibid. 100.b
 Animi sanitas & pulchritudo, morbus & deformitas expenduntur. 16.b
 17.a
 18.b
 19.b
 22.a
 an Animi mores temperamentum corporis sequantur. 4.a
 Animi perfectio quàm necessaria, & in quo consistat. 29.a

S Animi

Index Rerum.

- Animi prima formatio non minùs quàm prima corporis delicata est. 127.a
 Animi perturbatio quibus aliis nominibus efferatur. 10.b. vnde fiat. ibid.
 Animi morbus vnde dignoscatur. 20.b
 Animi parui siue pusilli proprietates. 66. b. eleganter explicantur à Seneca. ibid. quomodo ab illis sint remouendi pueri. 67.a
 Animi abiectio misericordiam vitiosam solet representare. 113.a
 Animi & harmoniæ cognatio. 125.b
 Animi affectus siue perturbationes callere debet medicus. 6.b
 Apes iracundæ & pugnacissimæ: & an earum careat aculeo. 114.b
 Apum Regis excellentia. 88.b
 Appetitus irascibilis obiectum. 54. a. eiusdem passionum quinque & tres virtutes. 54.a. 56.b. denominatio. 54.b
 Appetitus sensitiui inclinatio. 9.b. cur illi succumbat ratio. 10.a
 Appetitus sensitiuus in brutis & pueris solus iuber, ordinat, & exequitur. 23. b
 Appetitus concupiscibilis & irascibilis quomodo perficiendus. 29.b
 Appetitus sensitiui moderatio, fundamentum est humanæ perfectionis. 29.b
 Appetitus sensitiui actus qua ratione dicantur operum ratione. 11.a. b
 Appij senis & cæci historia quoad regimen suorum domesticorum. 104.a
 Aragonum quidam Rex grauiter reprehensus propter immolationem numismatis. 118.a
 Aristoteles brutorum mores non vt philosophus prætere moralis, sed vt naturalis cognouit. 104.b
 Arrogantes qui sunt, & quot arrogantium sint genera. 81.a
 Ars & prudentia quid sint. 71.b
 Ars politica siue ciuilis duplex. 109.a
 Ars ciuilis, siue politica, quæ. 85. a est omnium summa. ibid. quisnam illius finis. ibid. superat omnes viuendi & regendi artes, ex D. Thoma. 85. b. illius officium ex Matheo & Aristotele. ibid. Eiusdem excellentia tribus maximè manifestatur. 85. b. Potentia. ibid. Quomodo procedat in regendis ciuitatibus. 86. a. illius leges cum legibus medicinis æquiparantur. 86.a
 Artis regiæ bonum perfectius quàm bonum ethicæ siue oeconomicæ. 86. b. Illius perfectio supra reliquas omnes artes. ibidem. Vnde maiorem suum splendorem & dignitatem obtineat. 86.b
 Ars imperatoria omnium domina. 99.a
 Ars imperatoria futuro Regi addiscenda est à pueritia. 88.b
 Artis imperatoriæ ignoratio quantum error. 87. a. Illius eruditio quàm necessariâ futuro Regi. 87. b
 Artes & scientiæ iuxta cuiuscunque impulsum aut inclinationem tradendæ sunt. 34.b
 Artificum variorum necessitas. 83.b
 Asiatici cur bellum fugiant. 40.a
 Auaritia vincit prodigalitatem in malignitate. 78. a. quàm maximè fugienda. ibid. est omnium vitiorum radix. 100. ibid.
 Auaritia semper augetur, nullum admittit remedium. 78.a. Illius proprium. 78.b
 Auaris quibus de causis fugiendi sunt adolefcentibus. 78.b
 Audacia cuius facultatis passio. 54.b
 Audaciæ & timoris medium, fortitudo. 56.b
 Audacia rabiosa nimisque præceps in pueris reprehendenda. 61.b
 Audacia temeraria Reges aliquando captiuos efficit. 132.a
 Audaces & timidi. 60.a
 Auctoritas Regia apud domesticos, qua ratione conseruanda. 104.b
- B.
- B**ellatorum necessitas adstruitur. 83.b
 Bellico & equestri disciplina decet maximè filios Regum. 91.a
 Bellicum & ciuile exercitium maximè Reges decet. 126.b
 Beneficiorum collatio quatenus conueniat pueris. 65.a
 Beneuolentia est principium amicitiae. 116.a
 Biantis dictum de noua imperij receptione. 93.b
 Biantis affectus, cum aliquem erat damnaturus. 113.a
 Bigarum exemplo ostenditur quomodo actiones exorbitantes appetitus dicantur passionum eiusdem appetitus & reliquarum facultatum. 11.b
 Bonum virtutis quomodo intelligendum. 42.b
 Bona facile mutantur in peius, deteriora tenacius habent. 23.b
 Boni & æqui simpliciter. 81.a
 Brutorum mores quàm diuersi. 4.a
- C.
- C**anere coram subditis maximè Reges dedecet. 126.b
 Cantare bene, malè, quid sit Platoni. 124.b
 Cantilenarum inhonestarum compositio non conuenit Regibus. 126.b
 Carmina digna filiis Regum quæ sint. 127.b
 Carolus V. Imperatorum gloria & qua in scientia versatus. 100.a
 Causa prima vt se habeat ad secundas. 96.b
 Causa efficiens tam remota quàm proxima perturbationum. 10.b
 Chrysippi de anima sententia & laudatur & reprehenditur à Galeno. 16.b
 Christiani legem obseruare tenentur Reges magis quàm subditi. 95.b
 Christi præcepta, virtutum semina. 46.b
 Christus Dominus tres singulares habuit amicos, eiusque exemplo possunt sibi Reges aliquos eligere. 131.b
 Chymæa exemplo vititur Plato in depingendis humanis affectibus. 13.a
 Cicero & Seneca Stoicorum opinionem de virtute amplectuntur. 44. a. Eorum est falsa opinio. ibidem. 20. b
 Cicero expugnat Epicurum quoad præmeditationem malorum futurorum. 62.b
 Ciuilis virtus donum Dei est. 96.b
 Ciuitatem mari proximam non probat Plato. 50.a
 Ciuitatis felicitas in iustitia consistit. 69.a
 Ciuitatis descriptio ex D. Augustino, & ex Platone. 83.a
 Ciuitatis partes integrales potissimæ, quinque. 83.a
 Ciuitatis partium vnio & necessitas ad inuicem quanti momenti. 83. b. Proportio earundem inter se. 83. b
 Clementia siue mansuetudo quàm ad gubernandum utilis. 113. a
 Clementia optimo Regi necessaria. 113. a. Quo modo

Index Rerum.

- modo dicatur habere liberum arbitrium. *ibid.*
 Commerciorum differentia duplex. 69.b
 Commerciorum quæ inuitis hominibus fiunt, duplicia sunt. 70.
 Comœdiæ impudicæ non audiendæ. 127.a
 Concordia inter subditos vnde oriatur, & quàm sit necessaria. 107.a
 Concupiscendi facultas est veluti quoddam agreste animal. 15. a. Quo sex habet capita. *ibid.*
 Conformationis signa ex Aristotele. 5.a
 Coniectura & consultatio non idem sunt. 72.b
 Consiliatorum aequalium pluralitas periculosa gubernationi plurimum. 131.b
 Consilium Pythoræ Regibus vtilissimum. 129.a
 Consonantia quæ magis hominem delectat: quæ item dissonantia magis eum offendat. 128.a
 Constantia viri fortis ex Seneca. 62.a
 Constitutiones Platonis leges dicuntur. 95.a
 Consuetudo mala & inueterata quàm difficile & quomodo amputetur. 49.b
 Consuetudo parem iucunditatem, disparem vtilitatem generat in exercentibus. 49.a
 Consuetudines induratae difficile corrumpuntur. 29.b
 Consultantis conditiones. 72.a & b
 Consultatio sitne idem quod coniectura. 72.b
 Consultatio de quibus rebus fiat. 72.a
 Consuetudinum mora & occasionum lapsus multa grandia pariunt mala. 120.b
 Contentio & adulatio vitanda pueris. 80.a
 Continentis & temperantis differentia. 51.a
 Continentia, via ad temperantiam. 51.a
 Contrarietas potentiarum animæ vnde dignoscatur. 18.a
 Contrariorum ad inuicem vis. 26.a
 Contumelia non ferenda Regi Christiano. 109.a
 Contrariorum natura. 132.b
 Conuenientia in verbis prior quàm in rebus. 121.a
 Conuersatio honesta quàm vtilis. 32.b
 Cor Regis in manu Dei est. 96.b
 Corporis morbus quid sit. 20.b
 Corporis & animi sanitas & pulchritudo, morbus & deformitas quomodo probentur à Galeno. 17.a
 Crudelitas quæ passio. 113.b
 Cupiditas & irascentia qua ratione dici possint tam opiniones quàm affectiones. 12.a
 Cyrus reprehenditur à Platone quod duorum filiorum bonam educationem neglexerit. 91.a
- D**
- D**are magnanimi est, & recipere pusillanimi. 65.a
 Darij sitis extincta per aquam fœtidam. 110.a
 Deformitas animi vnde oriatur. 22.a
 Delectationibus vti quando possint Reges. 127.a
 Delicati & malitiosi. 81.b
 Desperatio cuius appetitus passio. 54.a
 Deteriora tenaciùs hærent. 23.b
 Deus in infusione habituum quid obseruet. 35.a
 Diabolus in tentandi modo quomodo procedat. 35.a
 Dionis expulsio. 134.b
 Dio exul extrudit Dionysium. 135.a
 Dionysij ambo tyrannicæ prauitatis exempla. 134. 135. 136
 Discere tandiu oportet quandiu viuatur. 88.b
 Disciplina puerorum qualis esse debet. 46.a
 Discipulus talis euasurus, qualis fuerit eiusdem paedagogus. 32.b
- Difficiles & contentiosi qui sint. 80.a
 Difficilia non nisi post leuia tentanda. 75.b
 Dissimulatorum varietas. 81.b
 Distributio quomodo pueris addiscenda. 70.a
 Diuisionem partium potissimarum terræ & aquæ, habitatores, religiones, leges & potentias callere debent Reges. 123.b
 Diuitiæ eo perniciosiores quo à malignioribus possidentur. 25. a. Qua ratione vtilis iuuenibus. *ibidem.*
 Domesticatio in brutis, & cohibitio perturbationum in pueris pari modo fiunt. 27.a
 Domesticæ rei cura sitne exercenda Regibus. 104.a. Dicta nonnullorum quoad eam. *ibid.*
 Dorica (ne legas *Darica*) harmonia maximè Regibus vtilis. 127.b
 Dormiens nullius est pretij. 52.b
- E**
- E**brietas rationis quibus vt plurimum hominibus contingat. 14.a Absurda ex ea nascitur. *ibid.*
 Ecclesiæ Romanæ præcepta puerorum animis inferenda. 46.b
 Educatio recta quæ sit. 41. a. 46.a
 Educatio primogenitorum apud Reges Persarum post 14. annum. 92.b
 Educatio mollis & blanda iræ cohibitioni obest. 58.a
 Educatio filiorum Regum quàm tenuiorum est difficilior. 93.a
 Educationis principium quale fuerit, talia erunt quæ sequuntur. 23.b
 Educationis bonæ quantum momentum, & quanta malæ perniciēs. 24.a
 Educationis malæ quanta incommoda 91.b. Quanta bonæ commoda. *ibid.*
 Educationis bonæ vtilitatem vnde colligat Plato. 26. a
 Educatio voluptuosa quàm perniciosa 40. b
 Educationis vera methodus, ex Platone. 40.b
 Educationis quædam documenta ex Seneca. 41.b
 Effeminatio animitumque promptitudo à pueris arcenda. 61.b
 Electio nulla in pueris, & quid hæc sit. 27.a
 Electio modi viuendi ab initio vitæ, quanti momenti. 34.a
 Eloquentes Principes vix boni, multi infelices, ex Cardano. 119.b
 Eloquentia maximè necessaria Regibus. 120.a. 121. a & b
 Epicuri sententia de summa felicitate, stulta & absurda. 61.b 63.a
 Equitatio & venatio regiarum exercitationes. 90.b. Earum vtilitas. *ibid.*
 Errata Principum quomodo emendanda. 105.b
 Errores & ignorantia intellectus & voluntatis vt se habeant. 12. a
 Eruditio mollis & blanda quæ secum trahit vitia. 39. b
 Ethicæ & Medicæ artis affinitas. 2. a. earum origo iuxta Græcos. *ibid.*
 Ethicæ tres partes optimo Regi necessariae. 102. b
 Euagoræ Regis bonitas. 128
 Eunuchi summam instituendi curam habebant vique ad 7. annum, & quanti habebatur eorum munus. 90.a. Post 7. annum tradebant pueros paedotribis. 90.b
 Exanguia nonnulla prudentiora sanguineis, sed his omnibus timidiora. 4.b
 Exempla proxima maximè mouent. 50.a
- S 2 Exempla

Index Rerum.

Exempla ad temperantiæ acquisitionem necessaria.

52.a
Exemplorum vis quanta. 32. a. 33. b

F.

FAcetiæ sunt quædam conuicia. 80. b
Faciendi signa. 5. a
Facultas vegetatiua in quo consistat. 8. a
Facultas appetitiua cuiuslibet potentiarum cognoscitiuarum data à natura 9. a Quanta earum vnio. ibidem.
Facultas appetitiua duplex, sicut & cognoscitiua. 9. a. Quomodo ambæ inter se conueniant. 9. b
Facultas concupiscibilis cui comparatur, & quodnam illius munus. 15. a
Facultas irascibilis qua specie representata. 15. b
Facultatis sensitiuæ appetitus rationis imperium usurpantes, homines veluti brutum efficiunt. 15. b
16. a
Facultates sensitiuæ sintne aliquo modo rationales 8. b
Facultas sentiendi & intelligendi distincto modo se habent. 8. a
Facultates humanæ sensitiuæ duo includunt. 8. b
Facultatum animæ contrarietas vnde colligatur 18. a
Facultates hominem distrahentes, duæ, à quibus varij contrariique nascuntur animi status. 18. a
Famæ futuræ consulendum. 114. b
Famuli boni & fideles qui dicantur Isocrati. 105. b
Famuli multi deterius seruiunt quam pauci. 105. a
Famuli circa Regem quomodo se gerere debeant. 105. b
Famuli quinam Regibus fugiendi. 106. a
Famuli cuiusunque de se confidentia fastidiosa atque noxia. 106. a
Felicitaris consequutio requirit bonam corporis dispositionem. 35. a
Ferdinandus imperatoris artis peritissimus. 100. a
Fides secundum Senecam, est sanctissimum hominis bonum. 100. b
Formatio prima tam animi quam corporis delicata est. 127. a. b
Fortis propriè impavidus. 59. a
Fortis ad quid tendat. 59. b
Fortis viri constantia. 62. a
Fortis sine habitu fortitudinis temerarius. 75. a
Fortitudo ex audacia & timore nascitur. 56. b
Fortitudo, audaciæ & timoris medium. 56. b. circa quæ versetur. 58. b
Fortitudo circa quæ terribilia versetur. 59. b
Fortitudo amatorum & iratorum pericula despicientium falsa. 59. b
Fortitudo quis habitus, & in quibus maximè elucet. 60. a
Fortitudinis vera natura in quo consistat, & quæ sint eius proprietates. 60. b
Fortitudinis variæ definitiones ex Cicerone. 61. a & ex Chrisippo. ibid.
Fortitudo animi æquiparatur fortitudini corporis. 61. a Quid sit ex Seneca. 61. a Qua via ducendi sint ad eam pueri. ibid. b
Fortitudo magis in Rege quam in subditis efflorescere debet: & quinam illius effectus. 110. b
Fortitudo vera & prudens scientia opportunè timendi & audendi. 132. a
Fugiendi peritia præditus Aeneas, nec non eius e-
qui. 132. b

G.

GAleni fortuna ex patre. 33. b
Gaudia curis interdum miscenda. 125. b
Generositas & nobilitas quid sint. 92. b
Gloriæ humanæ præmium non cadit in Regem 111. a
Græci semper pueri, vnde orta talis obiurgatio. 123. b
Gratiosi qui dicantur Aristoteli. 81
Grauitas animi & firmitas ad quoscunque euentus laudanda in pueris. 61. b
Grauitas & urbanitas maximè conuenit Regibus. 115. b
Gubernandi artes duæ. 84. a
Gubernandi imperfecta quadam peritia præditi deteriores sunt quam qui prorsus eam artem ignorant. 88
Gubernandi optima peritia à Deo & à philosopho, ex Platone. 96. b
Gubernatio ciuilis duplex. 73. b
Gubernationis exercitium incipiendum à leuioribus. 106
Gubernatio quælibet sine morali philosophia, & misera & infelix est. 101. a
Gubernatio domestica sequitur propriam cuiusque gubernationem. 103. b
Gubernationis domesticæ exemplum optimum Appianus senex & cæcus. 104. a. b
Gubernatio bona ex Imperatore tanquam ex capite. 109. a
Gubernatio clemens quæ dicatur Aristoteli, & qui illius effectus. 112. a. est perennior. ibid. b
Gubernatio mollis aut dura, reipublicæ exitialis morbus. 116. b. 117. 118
Gubernatio mollis nimisque lenis quam perniciofa. 118. b
Gubernatio multorum vnde orta. 94. b
Gubernatio Regis non est similis gubernationi Magistratus. 94. b
Gubernatio optimi Regis opponitur gubernationi tyranni, qualis sit vtraque, in quo conueniant & differant. 133. a
Gubernatio inferiorum ministrorum qualis. 108. b (ne legas generatio.)
Gubernator sapiens & bonus ex Platone. 94. a
Gubernatoris perfecti conditiones. 94. a
Gubernatorem vitiosum & ignorantem nec verentur, nec reuerentur subditi, scienti contra obediunt. 102. b
Gubernatorum necessitas adstruitur. 83. b

H.

HAbilitas, sagacitas & industria, cuius potentia sint actus. 74. b. 75. a
Habitus morales vel boni vel mali vnde fiant. 3. b
Habitus boni quomodo generentur. 48. a. Eorundem acquisitio quid requirat. ibid. b
Habitus boni & mali acquisitio. 51. a
Habitus morales non sunt sicut potentia & scientia. 67. b
Habituum moralium & intellectualium distinctio. 87. b
Habituum naturalium nullus est congenitus. 16. b
Habituum supernaturalium infusio quomodo fiat à Deo. 35. a
Hæreticorum opiniones diabolicæ. 46. a
Hippocrati quantum deferat Galenus. 5. b
Hispanorum secta vna, fraternus amor, par in Regem suum

Index Rerum.

- suum obseruantia. 97. b. Regis eorum pietas & deuotio. ibid.
 Hispanorum Regum nobilitas commendatissima, laudatissima. 116. a
 Historia Regibus magis quàm ceteris hominibus ad discenda. 123. b. 124
 Historiæ laus & utilitas. 124. a
 Homo cur appelletur paruus mundus. 8. a
 Homo bonus à virtute. 42
 Homo in quem dominantur appetitiue, sensualisque potentia, cui similis. ibid.
 Homo ratione & oratione distinctus per naturam à brutis. 121. a
 Hominis malitia vnde, iuxta Platonem. 49. b
 Homines tria desiderant, tria fugiunt. 51. b
 Homines bonæ mentis Deos habent propitios, ex Seneca. 30. b
 Homines natura proniores sunt ad intemperantiam quàm ad decus. 23. b
 Homines naturâ scire desiderant. 23. a
 Honor Deo & magnanimo qua ratione debetur. 63. b
 Honor bonorum extra animam maximum. 57. b
 Humanitatis dulcedo quàm potens. 115. b
 Humiles habent exiguos animos. 65. b
- I.
- I**actantia subditorum quàm odiosa Principibus. 105. b
 Iesuitæ verum virtutis iter docent. 46. b
 Ignorantia post electionem voluntatis signum prauitatis est. 12. a
 Ignorantia supremi regentis quàm perniciosa. 88
 Illiberales qui dicantur. 78. a
 Illiberalitas quod vitium. ibid.
 Impassibiles fiunt homines dupliciter. 54. a
 Imperare sibi prius oportet quàm aliis. 129. b
 Imperare recte duas ob causas nō potest puer. 101. b
 Imperator in gubernatione, veluti naclerus aut medicus procedere debet. 94. b
 Imperatoris bonitas est veluti perfectæ vitæ bonitas. ibid. a
 Imperator quibus indigeat scientiis. 98. b
 & quarum virtutum cognitione. 99. a. 100. a
 Imperatores boni & mali qui sint. 129. b
 Imperatorum nonnullorum fœlicitas, nonnullorum infœlicitas. 99. b
 Impositiones vestigalium quàm displicerent Platoni. 117. a. sunt causa seditionis in populo.
 Imprudentiæ actus quales. 75. b
 Imprudentiam comitatur inscitia. ibid.
 Impudens quis dicendus. 59. a
 Impudentia nascitur ex licentia. 39. b
 Inclinationum varietas in omnibus, vnde procedat. 34. b
 Inclinationum ad hos, vel illos mores, causa intrinseca vnde sumatur. 5. a
 Inconstantia rerum humanarum, mutandique facilitas pueris explicanda. 63. a
 Incontinens quid differat ab intemperato, & cui similis. 21. b
 Incontinentia partim in fieri, partim in facto. 22. a
 Indulgentiæ effectus. 39. b
 Ingenij præcipuum signum in paruis. 36. a
 Ingenia quædam præcocia non probantur Quintiliano. 36. b. nec Ciceroni. ibid. Quid de his sentiat Aulus Gellius. 38. b. & Aristoteles. 39. a
 Iniuriæ alta mente repositæ manent. 112. b
 Iniustitiæ habitus iustitiæ contrarius, & quomodo. 68. a. Quæ mala ex eo nascantur. 70. b
- Iniustitia fugienda principibus. 111. b
 Instrumenta quæ improbauit Aristoteles in artem ciuilem tractantibus ex instituto. 126. a
 Intellectus errores vnde oriuntur. 5. b
 Intellectus practici perfectio & finis. 71. b
 Intellectus & voluntatis errores. 12. a. Illius duplex error. ibid. b
 Intellectiue potentiæ imperium in irascibilem & concupiscibilem facultatem. 10. a
 Intemperantia est omnium perturbationum morborumque fons. 21. a
 Intemperantia est morbus habitualis animi respondens corporali marasmo. 21. b. est quasi prima omnium perturbationum. 22. b
 Intemperans & puer eodem modo castigandi. 27. b
 Intemperans quis dicatur Aristoteli. 21. a. Cui similis, 21. b. Illius discrimen ab incontinenti. ibid.
 Intemperati correctore indigent vsque ad extremum vitæ. 32. a
 Ira, calorifica passio. 4. b
 Ira quid sit & quando insurgat. 54. b. est media inter facultatem concupiscibilem & rationem. 54. b
 Ira exaudit rationem, & est veluti quidam famulus. 54. b. æquiparatur cani. ibid.
 Ira maxime perturbat cor. 55. a. delirium est, ex Chrisippo. ibid. Non differt ab insania & furore. ibid.
 Iræ affectus eleganter à Seneca descriptus. 55. b.
 Nihil magis ad insaniam accedit quàm illa. ibid.
 Iracundia pleni sunt pueri. 56. a
 Ira magis à parentibus in filios traducitur quàm cupiditates. 56. a
 Ira & aliæ concupiscibiles facultates quomodo compescendæ. 56. a
 Iræ non habere contrarium, quo sensu dicat Aristoteles. 56. a
 Ira non omni ex parte prohibita. 57. a
 Ira non debet esse aduersus mortuos. 57. b
 Iræ cohibitio in quo consistat. 57. b
 Illi obest eruditio mollis & blanda. 58. a
 Iracundiæ solo appetitu moti cui similes. 55. a
 Iracundiæ tria genera. 57. b
 Iracundorum furentium nonnulla exempla ex Galeno. 55. a
 Irascencia & cupiditas, qua ratione tam opiniones quàm affectiones dicantur. 12. a
 Irasci sine peccato quando & quomodo, oporteat. 57. a
 Irascibilis facultas specie leonina repræsentatur. 15. b
 Irascibilis potentia appellatur à Platone & irrationalis & rationalis. 17. b. Quando insurgat aduersus rationem. ibid. Formæ equi assimilatur. ibid.
 Isocratis dictum ad Regem suum quoad religionem. 97. a
 Isocratis consilium ad Nicoclem Regem quoad artem gubernandi. 98. b. Aliud quoad Regis amicos. 108. a. Aliud de seruanda veritate. 129. a
 Isocratis consilium de non seruiendo cupiditatibus. 129. b
 Iudicia secundum legem præferuntur ab Aristotele factis secundum iudicis mentem. 95. a
 Iudicij mutandi necessitas. ibid.
 Iupiter nusquam cantauit nec citharâ pulsauit. 125. a
 Iustitiæ nomen communiter acceptum duplex. 67. b
 Iustitia quomodo habitus contrarius iniustitiæ. 68. a.
 Iustitiæ quomodo medium. ibid.
 Iustitiæ nomen æquiuocum. 68. a
 Iustitia regalis quæ dicatur Aristoteli. ibid.
 Iustitia originalis amissa per primum peccatum in quo posita. ibid. b

Index Rerum.

- Iustitia sola ostendit quales esse debeant homines. 68.b
 Iustitia pulcherrimum bonum, ex Platone. 69.a. ciuitatis sc̄licitas. ibid. est tota virtus. ibid.
 Iustitiæ in commutatiuam & distributiua diuisio. 69.a. distributiua in quo posita. ibid.
 Iustitia emendatiua seu commutatiua in quo consistat. 69.b
 Iustitiæ species in quo conueniant. 70.a
 Iustitiæ subiectum. ibid.
 Iustitiæ habitus quomodo acquiratur. 70.b
 Iustitia throni regij stabile firmamentum. 110.a
 Iustitia publica quæ dicatur Marfilio. ibid.
 Iustitia sola sociabilis est. ibid. sc̄licem reddit monarchiam. ibid. regina est omnium virtutum. 110.b. illius fundamentum fides. ibid.
 Iuuenis non est idoneus auditor ciuilis prudētię. 73.a
- L.
- L**acedæmoniorum modus in multa auri copia coateruanda. 107.b
 Lectio bonorum librorum perutilis ac maximè necessaria Principibus. 124.a
 Lentus quis dicatur. 64.a
 Lentitudo à pueris arcenda. 64.b
 Leuia tentanda, deinde difficilia. 75.b
 Lex Christi à Regibus magis quàm à subditis obseruanda. 95.b
 Lex dat esse Rebus publicis. 118.a
 Lex quæ facere iubeat. 68.a
 Lex breuis esse debet, & cur. 122.a
 Lex qualibet potest esse nociua. 94.b
 Legis descriptio. 120.a
 Leges scriptæ, patriæ consuetudines & instituta latere pueros non debent. 70.b
 Leges nouæ subditis noxiæ. 117.a
 Legum mutatio siue licita. ibid.b
 Legum bonarum distributio à Deo, iuxta Platonem. 96.b
 Legum præsidium tutius quàm hominis imperantis. 95.a
 Legum datio ad regiam pertinet potestatem. 94.b
 Liberalis quæ sua sunt non debet negligere. 76.b
 Liberalis ab omnibus amatur. 77.a. raro diues. ibid.
 Liberalitas quæ virtus, & quod illius munus. 76.a
 an Liberalitas desinat esse propter paruiteratem doni. 76.b. Ad eam quanam pueri facilius duci possint. 76.b
 Liberalitatis officia decent pueros statim à principio. 77.a
 Liberalitas media est inter prodigalitem & auaritiā. 77.a
 Licentia deteriores efficit homines. 39.b
 Literarum doctrina non tam necessaria homini quàm virtus. 31
 Loquela inhonesta turpem parit operationem. 126.a
 Loquendi modus affectatus non quærendus regibus. 122.a
 Lupi rapaces qui dicantur. 117.a
- M.
- M**agistratus & Rex in quo differant. 87.a
 Magistratus ad puerorum institutionem qualis ex mente Platonis eligendus. 25.b
 Magistratus qui præfideret nutricibus olim electus. 16.b
 Magnificencia maximè decet regem, & qui illius effectus. 111.a
 Magnificencia iuxta Hippocratem in quo consistat. 111.b
 Magnificencia & magnanimitas ponuntur in appetitu irascibili. 79.a
 Magnificus omnis est liberalis, non contrā. 79.a
 Magnificum opus vnde spectetur. 79.a
 Magnifici sumptus qui dicantur & quomodo se gerere debeant in his adolescentes nobiles. 79.a
 Magnanimitas spei & desperationis medium. 56.b
 Magnanimitas quid sit ex D. Thoma. 63. b non est sine aliis virtutibus. 64.a
 Magnanimitatis & magnificentia necessitas in regibus adstruitur. 110.b
 Magnanimitatis effectus. 111.a
 Magnanimitas medius inter duo vitia habitus. 64.a.
 Ad eam quomodo ducendi pueri. 64.b
 Magnanimitatis obiectum. 65.a
 Magnanimitatis acquisitio quàm difficilis. 66.b
 Magnanimus quis appellandus. 59.a
 Magnanimus qua ratione honorandus. 63. b. In vnaquaque virtute est magnus. ibidem.
 Magnanimus debitum sibi honorem recipit tantum à probis. 64.a omnia despicit. 65.a
 Magnanimus comitatur simplicitas & veritas. 65.b
 Malus sua sponte nemo ex Platone. 16.b. 49.b
 Mansuetudo vnde oriatur & quid sit. 56. b. vide Clementia.
 Mansuetus siue mitis quis. 57.b
 Marchionis de Anchre interitus. 130.b
 Medicinæ & moralis philosophiæ commixtio & affinitas. 21.a. 3.a
 Medicus maximè prudentia indiget. 74.b
 Medicus qui bonus vel malus fieri possit. 48.b
 Medicus peritus vincit moralem philosophum in medela affectuum animi & in eorundem cognitione. 6.b. *vers.* Ex quibus.
 Mediocritates tres in communi sociabili viuendi modo, & vitia sex. 79.b
 Memoria, præcipuum ingenij signum in paruis. 36.a
 Mendacium quàm maximè dedecet Reges. 128.a
 Mendacij malignitas quanta. 128.a
 Mendacij duo genera. 80.b
 Mens quomodo Deo assimiletur. 18. b
 Mentem esse subiectum omnium virtutum, quo sensu intelligat Augustinus. 42.b
 Milites crescente periculo fugientes. 60.a
 Ministri Regis non debent esse veluti mercenarij. 108.a
 Ministri inferiores quales. 108.b
 Ministrorum cupiditas nimia & ignorantia quàm perniciofa. 108.b
 Ministro cuilibet debitus tribuendus honos à patrefamilias. 105.a
 Ministrorum numerus nec deficiens nec excedens esse debet. 104.b
 Ministrorum bona electio & examen frequens circa eorum opera ad ciuilem gubernationem requiruntur. 198.a
 Miridis historia de filij Sesostris educatione qui maiora præstitit quàm Alexander. 92.a
 Misericordia quando vitiosa. 113.b
 Modestia in sermonibus commendanda pueris. 75.b
 Modestus quis vocetur. 64.b
 Monarchia sicut propria domus à Rege gubernanda. 107.a. Quanam beata. ibid.
 Monarchiæ grandia mala ex mora consultationum & ex occasionum transgressione. 120.b
 Moneta cur sic dicta, & quam sit sensibilis circa ipsam institutorum mutatio. 118.a
 Monitiones

Index Rerum.

- Monitiones in pueris quanti momenti. 27.a
Moralis philosophiæ diuifio. 82.a
Moralis philosophiæ magistri quomodo se gerere debeant, & quid illa fit. 45.a. *Vide Virtus.*
Morbi definitio generalis ex Platone. 20. b. Quomodo conueniat animæ morbo. 20.b
Morborū tū corporis tū animi origo & genera. 22.a
Mores ciuitatis mali corrumpunt puerorum animos, ex Laërtio. 50.a
Mores animi temperamentum corporis fequi, probatur ex Galeno. 4.a
Mores boni rarò inueniuntur, vbi aurum & argentum abundat. 50.b
Morum varietas vnde nascatur. 5.b
Morum diligentiam in hominibus magis quàm litterarum citharæque doctrinam defiderat Plato. 31. a.b.
Morum cognitio & ad medicam artem & ad omne vitæ regimen confert. 7.a
Motus fecundum naturam, ex Galeno. 11.b
Mundi & Regni conseruatio fimilis. 123.a
Mundiliber cur dedicatus Alexandro ab Aristotele. 122.b
Mundus quid fit. ibid.
Musicam pueris quænam diffuadeant. 124.b
Musici vltus pueris maximè conueniens iuxta Platonem & Aristotelem. 125.a
Musica voluptate præftantior. 125.b
Musicam voluptuofam magis vituperarunt Aristoteles & Plato quàm constitutionem ipfius artis laudarint. 125.b
Musici modus conueniens pueris erudiendis ad publicam gubernationem. 126.a
Musica vti debent aliquando Reges: & quem modum in ea tenebant Perfæ Reges. 127.a
- N
- Naturâ inuitâ, ferè omnia in vanum tentantur 38.a
Naturæ opera quomodo difcernantur ab eiuſdem perturbationibus. 10.b
Naturæ & regionum varietas caufa eſt variarum in hominibus proprietatum. 37.a
Nero quàm ſapienter inſtructus à Seneca. 93. b.
Illius natura quàm deprauata. ibid.
Neronis clementia. 112.b
Nobilitas quid fit. 92.b
Nobilitas aut puritas generis ter rigorosè comprobata in æternum manet apud Hiſpanos. 115.a
Nobilitas naſcitur ex genere. 116.a
Nugiuenduli, cumini emptores vel ſectores, paruiloquaces. 78.b
Numiſmatis imminutio, quàm nociua populo. 118.a
Numorum conſeruatio & vſus. 107.b
ibid.
- O
- Obiecta realiter diſtincta, diſtinctas realiter habent proprietates. 2.b
Obiecta formidabilia & ardua, & quomodo pueri circa illa ſe gerere debeant. 58.b
Oculus corporis & oculus animæ eodem modo errant. 14.a
Oculorum anguli quid ſignent. 5.a
Oeconomica ars Regi addiſcenda. 103.a
Opinio latè accepta, pro quadam operatione intellectus & voluntatis. 12.a
Opum accumulatio, celerior puerorum pernicies. 25.a
- Orationis bene ordinatæ viſ. 120.b
Oratione & ratione homo diſtinguitur à brutis. 121.a
Orationis partes debent ſciri à Regibus. 121.b
Orationes Regum quales eſſe debent. 122.a
Oratoris perfectiſſimi regulæ ex Cicerone petendæ. 48.b
Otij & ignauitiæ quanta mala. 53.2
- P
- Pædagogi nomen quid propriè ſignificet. 31. a.
Munus potiſſimum. ibid. b. Conditiones. 32. a. & b. Electio apud Romanos. 33.a
Pædagogus quilibet pueri inſtituendi naturam præcognoscere debet. 38.b
Pædagogus regius qua potiſſimum virtute excellere debet. 116.2
Pædagogus Regius ſequi debet munus pædagogi tertij Regum Perſarum. 132.2
Pædagogi regij quatuor apud Perſas, & quales. 92.b
Pædagogi negotium in quo conſiſtat. 52.a
Pædagogi debent tractare pueros iuxta ſingulorum proprietates. 41. b. Quem modum ſeruare debeant. 42.b
Pædagogi primi primum munus apud Perſas. 95. b
Quale apud Chriſtianos. ibid.
Pædagogi primi futurorum Regum ſecundum munus apud Perſas. 98.a
Pædagogi ſecundi Regum Perſarum munus. 127.b
Pædagogi tertij Regum Perſarum munus. 129.a.b
Pædagogi quarti Regum Perſarum officium. 132.a
Pædagogorum neceſſitas adſtruitur. 28
Pædagogorum electio, & quandiu durabat eorum miniſterium apud Græcos & Romanos. 30. a.
Antiquiſſimus eorum vſus. ibid.
Pædagogorum regionum circunſpectio quoad muſicæ melodias. 127.a
Pædōtribæ nomine quid intelligebant antiqui. 28. b. Eorum electio quàm difficilis. 29. a. non eſt deſpicienda. 32.b
Parcus, tenax ſeu aridus quis dicatur. 78.b
Parentes in educatione filiorum virtutem prius quàm diuitias conſiderent. 25. a. eorundem peccata in acquirendis pecuniarum aceruis, etiam à filiis reprehenda. 25.b
Parentes nunquam ſatis ſolliciti de filiorum ſuorum educatione. 25.b. 26.b
Parentes quantoperè colendi. 30.b. iniuriæ etiam leuiſſimæ illis illatæ reddenda Deo ratio. ibid.
Parentum cura ſtatim ac natus eſt ipſis aliquis filius. 22.b
Paruiloquaces quos vocet Ariſtoteles. 78.b
Patris nomen conuenit maximè Regi. 113.b
Paterfamilias diligens diligentes habet ſubditos. 104.4
Paterfamilias cuique miniſtrorum tribuere debet honorem. 105.a
Patriſfamilias ſiue principis circunſpectio erga domeſticos. 104.b
Patriſfamilias & Regis æquiparationes nonnullæ. 107.a
Paterni ſermones & mores quàm vim habeant ad bonam filiorum inſtitutionem. 33.a
Pauoris & timoris effectus. 40.a
Parentum bonitas & ſcientia bonos & ſcientes efficit filios. 33.b. Eorum exempla ſequuntur filij. ib.
Pecuniarum recta adminiſtratio quàm neceſſaria pueris. 76.a. Quis earum vſus. ibid.
- S 4 Peccata

Index Rerum.

- Peccata leniter à Regibus castiganda. 114.b
 Perfectionis acquirendæ in appetitu concupiscibili
 & in irascibili,ordo. 29.b
 Perfidorum peccata in Ecclesiis apud Hispanos de-
 picta. 115.a
 Pericula sintne pueris adeunda. 65.a
 Persarum consuetudo quoad partum noui Regis,&
 de huius institutione. 90.a
 Persarum Reges quosnam ex subditis ad institu-
 dos suos filios eligebant. 93.a
 Persarum Regum filij quibus instituendi tradeban-
 tur. 89.a
 Perturbatio quid sit. 13.a
 Perturbatio bona quando fit. 44.b
 Perturbatio omnis,iuxta Græcos,est animi morbus.
 21.a
 Perturbationes animi debent esse notæ medico. 6.b
 Perturbationes animi quod damnum inferant po-
 tentiæ rationali. 15.a
 Perturbationum animi causa efficiens. 10.b
 Perturbationum duarum extremarum media virtus
 iuxta Ciceronem & Senecam. 44.a
 Perturbationum cohibitio in pueris fit, sicut in bru-
 tis domesticatio. 27.a
 Perturbati sunt sicut ebrij. 14.a
 Philosophia de cælo est. 96.b
 Philosophia moralis animi medicina. 53.b
 Philosophia moralis quos magistros requirat. 45.b
 Philosophia moralis planè Regi necessaria. 100.b.
 sine illa nequit esse sanus animus. ibid.
 Philosophiæ moralis finis in quo consistat. 102.a
 Philosophorum quorundam error circa definitio-
 nem virtutis moralis. 43.a
 Physiognomonicæ notæ quæ dicantur. 5.a
 Physiologicæ & moralis artis coniunctio & affini-
 tas. 2.a
 Placidi qui vocentur. 80.a
 Platonis scripta diuinitus inspirata. 101.a
 Plato Syracusas vocatur philosophiam Dionysium
 edocturus,& quid inde sequutum. 134.b
 Platonis monita ad Dionysium. 136.a
 Platonem non tanquam verum magistrum, sed infi-
 diatorem audiebat Dionysius. 136.b
 Poëtæ cuiusdam dictum aduersus malè peritū. 88.a
 Policleti canon. 84.a.b
 Politica,pars moralis philosophiæ,& in quo cōsistat.
 88.b
 Politicarum virtutum actio. 68.b
 Potentiæ irascibilis,concupiscibilis & rationalis,qui-
 bus assimilentur. 17.b
 Præcepta bona quanti momenti in erudiendis pueris
 45.b
 Præcepta ad eliciendas bonas actiones requirunt
 animum liberum à falsis opinionibus. 45.b
 Præceptorum cognitio necessaria ante cuiuslibet ar-
 tis exercitium. 87.a
 Præstigiator homo sciens plures artes, diuersaque
 promittens se posse facere officia. 99.b
 Princeps suis viribus, absque diuinæ providentiæ
 speciali auxilio,non diu regnat. 96
 Principes magnifici cauere debent ab avaritia & pro-
 digalitate, & qua in re Deo magis assimilentur.
 111.b
 Principi nihil occultum. 105.b
 Principum errata quomodo corrigenda. 105.b
 Principium à facilioribus sumendum in omni arte.
 106.b
 Probi qui dicantur. 64.a
 Probus & verecundus qui. 59.a
 Prodigalitas quod vitium. 77.b. vincitur in maligni-
 tate à cupiditate acquirendi & nimio dolore dan-
 di,absumentique pecunias. ibid. & 78.a
 Prodigalitas Principibus fugienda. 111.b
 Prodigus seipsum interficit. 77. b. labitur in omnia
 vitia.ibid. omnia largitur vt stolidus. ibid.
 Prodigus & liberalis in duo conueniunt. 78.a
 Proprietates regionales quam vim habeant. 37.a
 Proprietatum siue inclinationum in pueris varietas.
 36.a. origo.ibid. & quarundam causa,iuxta Gale-
 num. 36.b. Quid de regionalibus. 37.a
 Prudens & sibi & patriæ vtilissimus. 20.a
 Prudentis condiciones ad benè consultandum. 72.a.
 & b. an conueniant pueris. 73.a
 Prudentes qui dicantur. 72.a
 Prudentia animi pulchritudo 19.b. circa quæ verse-
 tur. 20.a. nec sine virtute esse potest, nec virtus si-
 ne illa. ibid.
 Prudentia communiter accepta quæ virtus. 20.a
 Prudentia recta est ratio. 44.a
 Prudentia nō est propriè moralis, sed intellectiua. 51.b
 Prudentia quid sit. 71.a
 Prudentia deficiente reliquæ virtutes sunt vitia. 71.
 a. est reliquis moralib. virtutibus perfectior. 71.b.
 est habitus partis animæ opinatiuæ, seu cogitatiuæ;
 ibid. Illius subiectum est intellectus, & quomodo.
 ibid.
 Prudentiæ opus seu munus. 72.a
 Prudentiæ varij habitus. 73.b. quomodo conueniat.
 ibidem.
 Prudentia & media & electionem finis consiliat, &
 quomodo. 73.b
 Prudentiæ habitus à quo verè possunt exerceri. 74.a
 Prudentia ciuilis quàm excellens. 74.a
 Prudentia medicis necessaria. 74.b
 Prudentia impropriè sumpta. quæ. 74.b
 ad Prudentiam qua via ducendi sint pueri & quan-
 do. 75.b
 Prudentia quàm necessaria Regi. 109.b magis perti-
 net ad Imperatorem quàm ad subditos ibidem.
 Prudentiæ opera exercere quàm durum sit Regibus,
 109.b
 Ptolomæi fames. 110.a
 Puer duabus de causis non potest rectè imperare.
 101.b
 Puer centum annorum cur à Spiritu sancto maledi-
 ctus. 102.a
 Pueri ratione carèt parumque differunt à belluis. 23.b
 Pueri maximè iracundi. 56.a
 Pueri & vt bruta & vt ebrij procedunt. 27. b. Illo-
 tum gubernatio laboriosissima est. 27.b
 Pueri omni bestia intractabiliore. 27. b. semper oc-
 cupati. ibid. Nunquam suo arbitrio relinquendi.
 28.a
 Pueri difficilius quàm bruta à suis appetitionibus
 renocantur. 28.q. Eorum educatio variis ministris
 olim commissa. ibid.
 Pueri sine pædagogo cui similes. 30.b. Quomodo à
 pædagogis preparandi. 31.b
 Pueri quomodo tractandi sine à pædagogis atque
 magistris. 39.40
 Pueri quia ratione carent iuxta inclinationem insti-
 tuendi, & sicut bruta mansuefaciendi. 35. b
 Puerorum proprietates quàm variæ. 36.a. vnde
 oriantur. ibid.
 Pueri quanto magis recesserint ab optima natura,
 tanto minus ad bonorum mōrum receptionem
 erunt idonei. 37.a. tales sunt similes arboribus
 nodosis. ibidem.
 cur Pueri à principio bonis moribus instituendi. 37.
 b. eorum educatio plerisque rebus æquiparatur à
 Galeno.

Index Rerum.

- Galeno. ibid.
Puerorum capacitatem ab initio cognoscere quantum conferat ad rempublicam, ex Platone. 37.b
Pueri tractandi sicut solent ægrotos tractare medici. 41.a. Quis timor incutiendus illis est. ibid.
Pueri quomodo periculis assuefaciendi. 65. a. beneficia conferre quatenus illis conueniat. ibid.
Pueri verè magnanimi vtuntur virtutibus tum in prosperis tum in aduersis. 65. b. ardua & præclara esse debet eorum actio. 65. b. Quid de odio & amore. ibid. Non debent agere propter vilitatem. ibid. debent esse tardi ad admirationem. 66. a. nec queruli. ibid.
cur Pueri facilius fiant mathematici quàm prudentes. 73. a. sunt inepti ad consiliandum in materia prudentiæ. 73. a
Pueri leges scriptas, patriæ consuetudines & instituta tenere & obseruare debent. 70. b. Quid de distributione. ibid. a
Pueri quomodo & quando ad prudentiam inclinandi & ducendi. 75. b. modestiam in loquela semper habere debent. ibid.
Pueri qua ratione exercendi in administratione pecuniarum, vt liberalitatem & magnificentiam assequantur, auaritiam autem & prodigalitatem fugiant. 76. 77. 78
Pueris arcenda est effœminatio animi, timendique promptitudo. 61. b. Nec non rabiosa nimisque præceps audacia. ibid. in ipsis laudanda grauitas animi & firmitas ad quoscunque euentus. ibid.
Pueri quibus in ludis exercendi. 84. a
Puerorum recta institutio in quo posita. 7. b
Puerorum disciplina & educatio qualis debet esse ex Platone. 46. a
Puerorum institutio diuersimodè fieri debet. 34. a
Puerorum institutio potissima circa Dei cultum, legesque. 47. b. Eorundem, & adutorum discrimen. ibid. Exemplum egregium quoad eorum institutionem. 49. a
ad Puerorum institutionem qualis magistratus eligendus, ex mente Platonis. 25. b 26. a
Puerorum bona institutio etiam antequam nascantur incipienda. 26. b. De illis iam ablactatis egregius Plat. locus. 26. b. carent electione. 27. a
Puerorum magnanimitas circa res pulchras & turpes. 66. a. Qualis esse debeat eorundem motus & locutio. 66. a
Puerorum animi corrumpuntur malis ciuitatis moribus. 50. a
Puerorum solertia naturalis cur à Galeno commendata. 38. a. Eorundem natura pædagogis cognoscenda. ibid. a
Puerorum non pauca proprietates ex Quintil. 38. b
Pueritia plena spe. 102. a
Pugnaces qui sint. 60. a
Pulchritudo animæ in quo consistat. 19. b
Pusillanimitas quis habitus. 64. a vitanda pueris est. ibid. b. proprietates. 66. b
Pythoræ consilium Regibus vtilissimum, pretiosissimum. 129. a
- Q
- Verela non conuenit pueris. 66. a
Quintiliani sapientissimi puerorum magistri sententia quoad eorum institutionem. 49. b
Quintiliani ortus & elogium. 84. a
- R
- Ratio hominibus ita naturalis est ac volatus auibus. 22. b
Ratio recta quæ sit, quàm necessaria Regibus, & quomodo hi possint eam obtinere. 101. b
Ratio sine affectibus, est veluti nauclerus sine ventis. 44. b
Ratio etiam sine præceptis operari potest. 35. b
Ratio recta, prudentia. 44. a
cur Ratio succumbat sæpe appetitui sensitiuo. 10. a
Ratione & oratione hominem à brutis natura distinguit. 121
Rationis prudentis & orationis benè ordinatæ vis in imperantibus. 120. b
Rationis munus. 15. b
Rationem affectuum caligine obtenebratam quæ sequantur incommoda. 14. b
Rationis imperium in perturbationibus Medæ exemplo ostenditur. 13. a
Recipere pusillanimitas est. 65. a
Recipere non sunt assuefaciendi pueri. 76. b
Redditus cur Regibus constituti. 117. a
Regionum variarum variæ proprietates. 37. a
Religio Christiana omni ex parte colèda Regi. 97. a
Religio & deorum cultus à pueritia addiscendus iuxta legem Zeleuci. 47. a
Regni conseruatio in quo posita (ne legas petita.)
Regni augmentum & robur à fidelibus iustis & peritis ministris. 108. b
Regni perditio ex ærarij publici consùptione. 108. a
Rebus tum secundis tum aduersis quomodo vtendum. 107. b
Respublica quæuis suum habet Deum siue Angelum custodem, iuxta Platonem. 31. a
Respublica corporis viuientis naturam imitari debet, si bonam gubernationem seruare velit. 83. a
Respublica, Persica & Attica, qualiter gubernata. 116. b
Reipublicæ pestes. 88. b
Reipublicæ condendæ potissimus finis virtus. 50. a
Reipublicæ perniciēs ex nimium molli, vel aspera gubernatione. 118. b
Respublicæ antiquissimæ vario ministrorum genere ad puerorum educationem utebantur. 28. b
Reipublicæ bona ex bona puerorum educatione, quanta: & contrà ex mala quanta mala. 24. a. b
Reipublicæ optima constitutio ex vniuscuiusque puerorum optima institutione. 26. b
Reipublicæ ruina certior est ex scelestis animi moribus quàm ex corporum imbecillitate. 1. a. b
Reipublicæ corruptio ex inhonoratione. 105. a
Regia potestas ad quid inuenta. 94. a
Rex potentior qui. 85. a
Rex propria bonitate indiget vt bonos suos subditos faciat. 89. b
Rex honores per seipsum dare debet, pœnas per alios. 136. a
Rex quid scire in vniuersum teneatur. 87. b
Rex prius in gubernatione domus quàm ciuitatis exercere se debet. 106. b
Rex & paterfamiliàs in multis comparantur, quomodo se habere debeant circa pecuniarum vsum. 107. b
Rex in sua monarchia est veluti Sol, & qualis ille est, tales subditi eius. 103. a
Rex vitiosus quibus delectetur. 103. a. honestus quænam amet. ibid.
Rex mendax non Deo sed diabolo similis. 128. b. vilior est quocunque latrone. ibid.
Regis authoritas in verborum fide 128. b. veritas vt pretiosissimus thesaurus ei seruanda. 128. b
Rex crudelis & iracundus amittit diuinam similitudinem. 114. a
Rex optimus debet imitari prudentissimum agricolam. 114. a. & Reges à natura institutos. ibid.
Rex

Index Rerum.

- Rex optimus debet obtinere ad sui & ad politicam gubernationem quatuor virtutes cardinales siue imperiales. 109. 110
- Rex Christianus aduersus suam autoritatem non debet ferre contumeliam. 109. a
- Rex optimus debet esse magnanimus atque magnificus. 110. b. 111. a. b. & clemens. 112. 113
- Rex optimus debet quæ in mundo sunt sepe reuolueret. 122. b
- Rex ametur ab omnibus suis, & sit amator omnium. 105. a. Quantum illius interest facere electionem famulorum domesticorumque. 105. a
- Regis optimi conditiones nonnullæ. 133. a
- Rex & Tyrannus se habent circa subditos sicut dominus & conductor circa vineam. 133. b
- Rex verus & legitimus qua ratione in Tyrannum euadere possit. 135. b
- Rex puer regni infelix omen, & quomodo id intelligendum. 102. a
- Rex puer gubernare incipiens vno maximè consiliario indiget. 131. b
- Regis & magistratus discrimen. 87. a
- Regis autoritas à quibus famulis rectè conseruetur. 105. a
- Regis custodia tutissima in quo posita. 112. b
- Regi addiscenda præcepta artis imperatoriar. 87. a
- Regi optimo tres sunt Ethicæ partes addiscendæ. 102. b. Oeconomica pars ei pernecessaria est. 103. b
- Regi siue Imperatori nõ sufficit vnus magister. 89. a
- Regi optimo quæta cura de domesticis habenda. 104. a
- Regis filius à pueritia edocendus, nullum habere dominatorem præter Deum. 130. a
- an Regi necessaria sit philosophia moralis. 100. b
- Regi futuro quæ necessaria scientiæ. 98. b. 99. a. 100. a
- Regis Hispani pietas, fidelitas, & celebritas in die corporis Christi. 97. b
- Reges maximè decet bellicum & ciuile exercitium. 126. b. dedecet eos inhonestarum cantilenarum compositio ibid. nec non canere coram subditis. ibid.
- Regem quem appellat Aristoteles. 101. a
- Reges optimi non sine maxima difficultate formantur. 93. a
- Reges temere audaces, aliquando captiui. 132. a
- Reges magis quàm subditi tenentur obseruare legem Christi. 91. b
- Reges & principes qui dicebantur Socrati. 102. b
- Reges debere semper sequi prudentiam (lege clementiam) & fugere crudelitatem, quibus rationibus probet Seneca. 113. b
- Reges dii in terris. 9. b
- Regum bonorum in cælis gloria. ibid.
- Reges à Deo maiora recipiunt auxilia quàm subditi. 96. a
- Reges debent considerare se habere distinctum esse accidentale & viuendi modum ab esse & viuendi modo subditorum. 129. b
- Reges amicis quibusdam singularibus indigent. 130. b horum conditiones. 131. a
- Reges Persarum qua ratione in erudiendis primogenitis procedebant. 90.
- à Regibus quinam segregandi homines. 88. a
- Regibus utilis maximè Dorica harmonia. 127. b
- Regum filij non tradendi mulieribus aut hominibus imperitis. 91. b
- Regum ira, malum incurabile. 115. a
- Reges ad mansuetudinis vsum debent adiungere quandam grauitatem quæ reuerentiam causet. 115. a. b
- Regum Ægypti & Persiæ magistri. 89. a
- an Regibus conueniat Rhetoricam addiscere. 119. 120.
- Rhetoricæ liber cur ab Aristotele scriptus Alexandro magno. 119. b
- Rhetoricam esse fugiendam Regibus quomodo probetur. 119. a vtilissimam esse atque conuenientissimam omnibus principibus ostenditur. 119. b
- Romani imperij extensio & felicitas vnde orta. 115. b
- Rustici ac duri qui dicendi. 80. b
- S
- Sacerdotum munus primum, apud Ægyptios, docere infantes. 47. a
- Sacrificium quod Deus exigit à Regibus, quoddam sit. 97. a
- Sagacitas quis actus. 74. b. 75. a
- Sagax qua ratione versutus. 75. a
- Saltationes permittæ Regibus, quænam sint. 127. a
- Sanitatis tum corporis tum animi corruptio. 52. b
- Sanitatis animi definitio secundum Platonem & Tullium. 18. b. 21. a
- Sani animi qui dicantur Tullio. 21. a
- Sapientia reddit homines Deo similes. 53. a
- Scientia animi de probationibus necessaria est medico. 6
- Scientiæ Imperatori necessaria. 98. b. 99. a. 100. a
- Scientiarum cognitio, anchora intellectus & voluntatis. 99. a
- Scientias aliquas & virtutes nobis à natura congenitas qua ratione dicat Aristoteles. 36. a
- Scipionis Africani dictum de subditis Romanorum. 115. b
- Scribendi recta methodus quid requirat. 1. a
- Scurræ qui dicantur. 80. b
- Scurris in quibus possit vti Rex. 106. a
- Senecæ libri de clementia Neronis dicati, & cur. 112. b
- Senecæ sententia, *Nemo sibi soli errat, aut sapit*, quibus potissimè conueniat. 103. a
- Septentrionales ventricolæ. 6. a
- Signa ex conformatione desumpta quæ sint. 5. a
- Simia deputatum animal ad iocum. 5. a
- Simplicitas & veritas magnanimitatis comes. 65. b
- Socrates à Deo dimissus iuxta Socraticos. 2. b
- Socrates paedagogus humani generis vigilantissimus. 30. b
- Socrate verè constans. 62. a
- Socratis rationes aduersus Nicomachidem negatorem domesticam gubernationem similem esse Regiæ. 107. a
- Socrates à Comicis reprehensus propter artem eloquentiæ. 119. a
- Solertia, coniectatio, consultatio, inquisitio finne idem. 72. b
- Somnus puerorum quatenus regulandus, nec non vigilia. 52. b
- Spei origo. 54. a
- Spei & desperationis medium magnanimitas. 56. b
- Solidus quis dicatur. 64. a
- Studia seria non cadunt in pueros. 46. a
- Studiosi fiunt homines propter tria. 35. b
- Studiosi hominis virtutes. 67. a
- P. Suarez de potentiis animæ locus, egregius. 8. b
- Subditi quomodo à Rege tractandi. 113. b. 114. a
- Subditi non seruiliter sed ciuilitè à Rege gubernandi. 112. a
- Subditorum amor mansuetudine paratur. 115. b
- Sumptus magni & publici ad quid infumendi. 133. a
- Superciliorum

Index Rerum.

- Superciliorum signa. 51.a
Surgendum ante lucem. 52.b
- T.
- T**emperantia, optimus animi status, quid sit ex Platone & Pythagora. 19.a. Illius proprium & peculiare significatum. ibid.
Temperantia propriè dicta subiectatur in appetitu concupiscibili. 50.b
Temperantia qua ratione reliquis virtutibus dici possit perfectior. 51.b
Temperantiæ acquisitio non fit sine exemplis. 52.a
Temperantiæ consequutio difficilior quàm cæterarum virtutum. ibid.
Temperans Deo similis. 51.b
Temperantis & continentis discrimen. 51.a
Temperari mores ex Hippocrate. 36.b
Temperatus ad omnia bona promptus. 32.a
Temperatissimus optimè à Galeno depictus, & cur. 84.b
Terentij sententia de præmeditandis euertibus. 62.b
Terribilia quæ dicantur: & circa quæ versetur fortitudo. 58.b
Terribilia quàm varia. 59.a. & b
Terribilia magna, non tamen omnia, sunt obiectum fortitudinis. 59.a
Terribilium præmeditatio commendabilis. 62.a
Nonnulla egregia de hac re loca Anaxagoræ, Ciceronis, Terentij. 62.b
Theopompus Rex laudatur ob regiæ authoritatis diminutionem vt durabilior eam efficeret. 108.b
Tibiæ vsus maximè improbatu exemplo Mineruæ illius inuentricis, & Alexandri pulchrè ea canentis. 126.b
Timidus quis dicatur. 59.a
Timor cuius appetitus passio. 54.a
Traiani dictum de bono principe. 93.b
Tyranni qui vocentur. 78.a
Tyranni proprietates. 133.b
Tyranni gubernatio contraria gubernationi optimi Regis. 133.a. & b
Tyrannus, vt subditos imminuat timidòsque reddat, tria coniectat. 134.a
Tyrannorum simulati exploratores. 134.a
Tyrannicæ prauitatis effectus. 134.a. Illius exempla, duo Dionysij. ibid.
Tyrannus potest in verum Regem euadere, & quomodo. 135.b
Tyrannorum preces adiunctam habent semper aliquam necessitatem. 135.a
Tyranni nemini fidunt, veritatèsque esse fraudes arbitrantur. 135.a
- V.
- V**andalia abundat ingeniis præstantissimis. 6.a
Vapulare turpe est & seruile. 40.a
Vectigalium impositionem abhorrebat Plato. 117.a
Vectigalia noua, nouæque leges quantum noceant subditis. ibid.
Venatio & equitatio maximè decent Reges. 90.b
Quàm vtilis corpori & animæ. ibid.
Venatio quæ exercitatio & quàm vtilis. 90.b
Venatio maximè conducit ad efficiendos maximos bellatores, & quàm multa ad id in ea reperiuntur. 91.a
Veneris dispositio vnde & quàm facile gignatur in pueris. 53.b
Verba sunt signa animi. 128.a
Verborum impudentia & obscenitas omnibus fu-
- gienda. 49.a
Verecundus timer infamiam. 59.a
Veritas vsualis ac habitualis. 81.a
Veritas omnium actuum penes philosophos. 101.a
Veritas in verbis quanti momèti & quæ virtus. 80.b
Veritas odium parit. 101.b
Veritas Regibus seruanda vt thesaurus pretiosissimus. 128.b. consilia de ea seruanda. 129.a
Veritatem dicere quàm maximè laudabile. 81.a
Vigiliæ tempus potest diuidi in tres inæquales partes. 52.b
Virgilij locus de puerorum institutione. 47.b
Virtus est animæ salus, vitium eiusdem morbus. 2.b
Virtus non acquiritur sine contemplatione quadam rei que contemplatæ exercitio. 45.a
Virtus vsui prærequiritur. 76.a
Virtus & vitium non sunt à natura. 16.b. 23.a
Virtutis & vitij origo. 7.b
Virtus & vitium quomodo opponantur. 44.b
Virtus moralis medium est duorum vitiorum. 44.b
Virtus moralis sitne scientia. 61.a
Virtus moralis est habitus electius per excessum defectumque corruptibilis. 43.b
Virtus moralis ex vi nominis quid sit. 44.a
Virtutes omnes morales necessariæ sunt Regi. 109.a
Virtutis finis honestus. 59.b
an Virtus rectè definiatur ab Augustino. 42.b. Quod bonum illius. ibid.
Virtutis definitio ex Cicerone petita non probatur. 43.a. Quid sit latè sumpta, iuxta Galenum. ibid.
Virtutis moralis existentia tria requirit. 43.a. Error quorundam philosophorum circa illius definitionem. ibid.
Virtus Regis sibi & subditis prodest. 109.b
Virtuti omnes res & diuitiarum copia obediunt. 31.b
Virtutis generatio, institutioque, vt se habeat, ex Seneca. 46.a
Virtutes quomodo docendæ. 34
ad Virtutem exhortari nolentes resipiscere, ignorantia & seruilis est timoris. 135.b
Virtutis & vitij descriptio. 43.b
Virtutes neque esse potentias, neque affectus seu perturbationes, ex Aristotele. 43.b
Virtutes sine magnanimitate cui similes. 64.b
Virtutum cardinalium necessitas. 48.a
Virtutum moralium vitiorumque generatio. 48
Virtutum moralium cognitio & conseruatio sitne Regi necessaria. 99.a
Virtutum omnium subiectum quod sit. 42.b
Vita infelix iuxta Possidonium. 18.b
Vitæ totius diuisio quadrimenibris. 41.a
Vitiosum à principio bonum non assequitur finem. 25.a
cur Vitium prius quàm virtus in animo recipiatur. 23.a
Vitij & virtutis oppositio. 44.b
Viuenti communis sociabilis modus quot mediocritates & vitia habere possit. 79.b
Vltio finis iræ, & quando sine peccato sumi possit. 57.a
Vniuersi cognitio sitne necessaria regibus. 122.a. 122.
Voluntas quomodo mutabilis & immutabilis. 9.b
Voluntatis & intellectus errores. 12.a
Urbanitas quæ virtus. 80.a
Urbanitas & grauitas maximè decent Reges. 15.b
Urbanitatis vitia. 80.b
Urbanus in ioco quomodo se habere debeat. 80.b

F I N I S.


Index Rerum.








552





4
132

9.184